7. Rd R. 3842

25-7-4

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala A
Estante 4
Nº 437

LOCI COMMVNES SENTENTIARVM ET EXEMPLORVM

memorabilium, ex probatissimis scriptoribus probatissima electione deprompti, liberaliũ artium studiosis & Catholicæ obseruationi consecratis, perutiles lectio.

COLLIGEBAT
Andreas Eborensis.

Anno M. D. LXIX.
Quin. Cal. April.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

7. 24 R. 8842

LOCI COMMVNES

SENTENTIARVM

ET EXEMPLORVM

memorabilium, ex probatissimis scriptoribus probatissima electione depromptι, liberaliũ artium studiosis & Catholicæ observationi consecratis, perutiles lectio.

COLLIGEBAT

Andreas Eborensis.

Anno M. D. LXIX.

Quin. Cal. April.

Licentia.

Vidi integrum librum, & nihil inueni quod pias aures posſit offendere, ideo cõcedo facultatem, vt posſit mandari Typis. Olyſsipone. 5. die nouembris. M. D. L X V I.

Frater Emanuel da Veiga. Librorum Inquiſitor.

ORNATISSIMIS AC RE-

ligioſiſsimis Olyſsiponenſis Collegij ordinis Prædicatorum patribus. Andreas Eborenſis, perpetuam fœlicitatem.

QVanquã prior collectionũ mearum fœtura apud liberales & ſtudioſos viros optimè audit, & nemo tã ingratus tãq; in alieno opere ingenioſus eſt, qui annos huic labori dicatos otioſos iudicet: Ingenuè tamẽ fateor (dignisſimi patres) in opere quod veſtrũ eſt, quod veſtri cognomine gloriatur, aliquid amplius deſiderari qđ veſtri nominis deceat integritatẽ, quod erga vos animi mei gratitudinẽ explicet. Manet enim alta mẽte repoſtum nouũ beneficij genus, quod ſuperioribus in me officijs in hoc opere adieciſtis: dũ tutelaribus litteris lucubrationum mearum vos patronos ſignificaſtis, tanto in hoc beneficij genere vobis deuinctior, quanto epiſtolari ſigillo alienæ cauſæ rarius ſubſcribitis. itaq; vt deſiderio meo (vt acceptis donis pro viribus reſpõdeam) quod vnũ potui feci. accingor iterũ operi, iterũ horarum mearũ & latro & cõputator effectus, cũ domeſtica ſolicitudine facio diuortium, abrado, muto, addo, tranſcribo, vt opus iam inde ab initio ſacris dicatum Miſſis, earum in terris vices gerentibus decenter offerã. Cum nuptiali igitur veſte iterũ nobis offero, admittite patres integerrimi. Et valete in dño.

CONVENTVS. S. DOMINICI Olysipponensis, Andreæ Eborensi suo. S.

POst innumera beneficia, quibus nos tibi deuinctos habes Andrea candidissime, etiam hoc nouo beneficij genere deuinctiores habere voluisti: dũ nos laborum & vigiliarum tuarum nõ modo participes, sed & patronos instituisti. parum erat quòd opibus tuis, & iocundissima consuetudine iuueris, nisi & litteris iuuares etiam, & præclarissimis ingenij tui monumẽtis: præsertim cũ non tantũ nostris, sed omnium etiam pie viuere volentium studijs tuæ eruditione iueris, vix enim quicquã hoc eruditissimo seculo præstari poterat, quod magis in rem omnis generis studiorum foret. De laude enim locorum cõmunium, qui de vitijs & virtutibus tradunt, nihil est quod in præsentia dicamus. Quid enim aliud est in vita aut vtilius, aut iucũdius, aut magis necessarium? Quid agit Philosophia, aut Theologia? quid denique ipsæ litteræ sacræ? Quid aliud conuenientius ac dignius potest concionaturus pro suggestu tractare? Tolle à cæteris doctoribus, tolle vel ab vno Chrisostomo quæ ille passim inserit de locis cõmunibus, dum in libidinem, aut auaritiam, aut in ebrietatem, aut in intẽperantiam proclamat. Aut rursus dũ totus in laudes fortitudinis, patientiæ, liberalitatis ac pietatis effunditur, quid in illo iam reliquum erit? Porrò de ijs locis scripsere multi, & nõ contẽnendæ eruditionis viri, scribũt & passim studiosi omnes, dum vnusquisque in abditis suis thesaurum recõdit insignium sentẽtiarum & exemplorum: quòd nemo sine huiusmodi penu, atque, vt ita dixerim, supellectile satis se instructum esse ad

agendum arbitratur: Sed tamen inter alios collectores multiplex tibi debetur gratia: Primum quòd omnes quidem qui de hac re scripserunt diligẽtissime perlegisti. Deinde quòd in sententijs exemplisq; eligendis (quæ præcipua huius negotij pars est) accuratissimum tuditium adhibuisti, dum humilia aut vulgaria, aut nimium protrita prætermittens, præstantissima quæq; selegisti. Tertio quòd multa quoq; in commune tuis parta laboribus addidisti, vt hũc sapientiæ thesaurũ locupletares. Habẽt igitur pij omnes quod per nos tibi debeant, nos per te Deo. Quite pro munere isto (honoratur enim in seruis suis) decorabit laudis & pietatis laurea: & nos atq; adeò tota hæc prouintia immortales gratias agit. VALE.

AVTORVM NOMINA, EX QVIBVS DE-cerptæ sunt sententiæ & exempla, quæ in his duabus tomis congesta sunt.

Græci Autores.

Aristoteles.
Plato.
Homerus.
Plutarchus.
Diog. Laërtius.
Lucianus.
Chrysippus.
Euripides.
Demosthenes.
Esquines.
Xenophon.
Apuleius.
Sodiades.
Democritus.
Hesiodus.
Theocritus.
Scobeus.

Latini.

Seneca.
Quintilianus.
Cicero.
Liuius.
Aulus Gelius.
Valer. Max.
Plinius Senior.
Plinius Iunior.
Iustinus.
Columella.
Cato de Re. Rust.
Cæsaris cõmentarij.
Suetonius Tranq.
Plautus.
Publius Mimus.
Iuuenalis.
Vergilius.
Martialis.
Ouidius.
Horatius.
Lucanus.
Propertius.

Quint.Cur.
Salluſtius.
Siluius Italicus.
Marcus Varro.
Strabo.
Fabius Pictor.
Solinus.
Perſius.

Sacri.

Beatus Auguſt.
B.Hieronymus.
B.Bernardus.
B.Ambroſius.
B.Gregorius.
B.Chryſoſtomus.
B.Cyprianus.
B.Anſelmus.
B.Leo Papa.
B.Antoninus.
B.Hilarius.
B.Remigius.

Illuſtres viri Chriſtiani.

Nazanzenus.
Tertullianus.
Iſidorus.
Hugo.
Valer.Epiſc.
Lact.Firm.
Platina de vitis Pontif.
Vegetius.
Caſsiodorus.
Claudianus.
Volaterranus.
Iuriſconſulti.
Caſianus.
Origenes.
Damaſcenus.
Petrus Bleſ.
Richardus.
Innocentius.
Cæſarius.
Petr.Damianus.
Theodorus Gaza.
Dioniſius.
Proſper.
Sabellicus.
Fulgoſius.
Alanus.
Guido in exemplorum (libro.
Marullus.

INDEX

¶ Index locorum communium in hoc ſententiarum memorabilium volumine contentorũ, ordine Alphabetico digeſtus.

Absolutio. 146
Abſtinentia. 140
Abſentia. 518
Abundantia. 322
Abuſio. 200
Accuſatio. 258
Admiratio. 133
Adoleſcentia. 324
Aduentus. 9
Aduerſitas. 293
Adulatio. 183
Adulterium. 211
Affectus. 280
Affinitas. 303
Affirmatio. 69
Afflictio. 293
Ager. 317
Agricultura. 317
Altare. 132
Ambitio. 263
Amicitia. 58
Amor hominum. 52
Amor erga Deum. 55
Amor erga proximũ. 57
Angelus. 17
Anima. 155
Antiquitas. 328
Apoſtolus. 29
Aqua. 290
Argumentum 308
Ars. 285
Aſcenſio. 15
Auaritia. 203
Audatia. 95
Auditus. 303
Auxilium. 149

B

Baptiſmus. 124
Beatitudo. 18
Beatus. 20
Benedictio. 25
Beneficium. 160
Benignitas. 102

C

Bellum. 45
Bona & mala opera. 20
Bonitas. 87
Breuitas. 288

C

CAlumnia. 202
Captiuitas. 250
Caro. 306
Caſtigatio. 309
Caſtitas. 151
Cauſa. 110
Cautela. 320
Cęcitas. 289
Chriſtianus. 45
Chriſtus. 8
Cibus. 289
Ciuitas. 315
Clementia. 23
Clericus. 114
Cogitatio. 43
Cognitio. 284
Commoditas. 312
Concordia. 62
Concupiſcentia. 211
Confeſsio. 125
Coniectura. 260
Conſcientia. 130
Conſideratio. 43

D

Conſilium. 146
Conſolatio. 148
Conſtantia. 48
Conſuetudo. 314
Contemplatio. 42
Contemptus. 185
Continentia. 151
Contrarium. 263
Contritio. 127
Contumatia. 200
Conuerſatio. 65
Conuerſio. 142
Conuiuium. 290
Corpus. 306
Creatio. 134
Creatura. 134
Credulitas. 49
Crudelitas. 210
Crux. 11
Cultus Dei. 118
Cupiditas. 203
Cura. 250

D

DAmnatus. 169
Damnum. 314
Debitum. 306
Defenſio. 259

Deſi-

D

Deſiderium. 280
Deſimilitudo. 263
Deſperatio. 173
Detractio. 181
Deuitiæ. 238
Deuotio. 130
Deus. 1
Deus Pater. 4
Deus Filius. 4
Deus Spiritus ſanctus. 5
Diabolus. 167
Dies. 288
Difficultas. 292
Dignitas. 82
Diſciplina. 108
Diſcipulus. 108
Diligentia. 254
Diſcordia. 175
Diſceretio. 94
Diſpenſatio. 79
Diſputatio. 308
Doctrina. 106
Doctor. 106
Dubitatio. 302
Dux. 248

E

EBrietas. 214
Eccleſia. 32

E

Edificium. 318
Educatio. 322
Ætas. 327
Æternitas. 18
Eleemoſyna. 138
Electio. 112
Eloquentia. 287
Emmendatio. 119
Emulatio. 263
Error. 205
Euangeliſta. 38
Euangelium. 38
Euchariſtia. 119
Excuſatio. 259
Exemplum. 261
Exercitium. 251
Exercitus. 247
Exilium. 319
Experientia. 157

F

FAcies. 305
Fama. 257
Fames. 291
Fauor. 149
Feditas. 238
Finis. 330

G H

Fertilitas. 322
Festinatio. 254
Festiuitas. 119
Fictio. 263
Fidelis. 46
Fidelitas. 49
Fides. 46
Filius. 323
Fœlicitas. 269
Fortitudo. 95
Fortuna. 255
Fraus. 184
Frugalitas 154
Furor. 176
Furtum. 198

G

Generatio. 322
Gratia. 25
Gratitudo. 153
Gratiarum actio. 153
Gubernatio. 74
Gula. 214
Gustus. 214

H

Hæreditas. 309
Homo. 264

I

Honor. 82
Hostis. 147
Humanitas. 102
Humilitas. 69
Hypocrisis. 185

I

Iactantia. 179
Iesus. 7
Ieiunium. 140
Ignauia. 201
Ignobilitas. 224
Ignorantia. 191
Imitatio. 261
Impatientia. 195
Impietas. 172
Impossibilitas. 292
Imprudentia. 198
Incarnatio. 9
Inconstantia. 195
Industria. 250
Infernus. 168
Iniuria. 185
Infidelitas. 172
Infirmitas spiritualis. 102
Ingenium. 285
Ingratitudo. 213
Iniustitia. 190

Impa-

L

Inimicitia. 173
Innocentia. 121
Insania. 203
Interrogatio 312
Intellectus. 302
Inuidia. 196
Ira. 176
Ira Dei. 178
Iudæus. 89
Iuditia Dei. 92
Iuditium. 89
Iuditium extremum. 93
Iuramentum. 291
Iustitia. 89
Iustificatio. 121

L

Labor. 251
Lachrymæ. 267
Latro. 198
Laus. 296
Lectio. 40
Letitia. 292
Lex ciuilis. 91
Lex diuina. 34
Liberalitas. 160
Libertas. 79
Licentia. 79

M

Litigium. 199
Locus. 315
Loquacitas. 200
Lucrum. 305
Ludus. 206
Lux. 288
Luuria. 212

M.

Magnanimitas. 146
Mala & bona opa. 20
Maledictio. 181
Maleficium. 190
Malitia. 188
Mansuetudo. 65
Mare. 299
Maria. 46
Martyrium. 50
Matrimonium. 144
Medicina. 293
Meritum. 22
Meditatio. 42
Memoria. 298
Mendatium. 202
Mens. 155
Mercatura. 305
Miles. 249
Miraculum. 133

Mor-

N O

Mediũ & præteritũ. 329
Misericordia. 23
Monachus. 116
Mora. 208
Mors. 227
Morbus. 231
Mores. 304
Mulier. 266
Mundus. 308
Musica. 300
Mutatio. 165
Mutuum. 306

N

Natiuitas. 10
Natura. 320
Nauigatio. 299
Necessitas. 283
Negligentia. 208
Nobilitas. 223
Nomen. 284
Nouitas. 228
Nox. 289

O

Obedientia. 77
Obliuio. 299
Odium. 173
Opinio. 164

F

Opus. 251
Oratio. 135
Orbitas. 268
Ordo. 303
Ornatus. 237
Otium. 260

P

Parentes. 322
Parsimonia. 163
Passio. 11
Pastor. 112
Patientia. 99
Pattia. 319
Paupertas. 242
Pax. 62
Peccatum. 170
Peregrinatio. 318
Perfectio. 120
Periculum. 253
Periurium. 215
Perseuerantia. 98
Petitio. 135
Philosophia. 156
Pietas. 23
Pigritia. 209
Pœnitentia. 126
Possessio. 238
Potestas. 223
Potus. 290

Præ-

Q R

Præceptum. 34
Prædicatio. 72
Prælatus. 112
Principium. 329
Probatio. 258
Proditio. 202
Profectus. 119
Promissio. 163
Prophecia. 28
Prouidentia. 94
Prudentia. 94
Pueritia. 324
Pudor. 156
Pulchritudo. 237
Punitio. 309
Pusilanimitas. 209

Q

Qualitas. 304
Quies. 238

R

Ratio. 110
Regimen. 74
Regnum. 215
Regula. 303
Religio. 118
Remedium. 304

S

Reprehensio. 300
Responsio. 312
Respublica. 315
Resurrectio. 15
Risus. 298

S

Sacerdos. 114
Sacramentum. 123
Sacra scriptura. 36
Sacrificium. 132
Sanctitas. 27
Sanctus. 27
Sanitas. 233
Sapientia. 102
Scandalum. 159
Scientia. 102
Secretum. 158
Securitas. 236
Senectus. 326
Sensus. 303
Sepultura. 164
Sermo. 318
Seruitus. 81
Seueritas. 87
Simulatio. 184
Sobrietas. 154
Spes. 50

Silen-

T

Silentium. 158
Similitudo. 263
Simplicitas. 67
Societas. 63
Solemnitas. 119
Solicitudo. 250
Solus. 254
Somnium. 230
Somnus. 230
Sors. 255
Spectaculum. 206
Stultitia. 191
Subditus. 76
Superbia. 179
Suspitio. 260

T

TEmeritas. 212
Temperantia. 154
Tentatio. 159
Tempus. 327
Terra. 308
Testamentum. 309
Timor. 193
Testimonium. 259
TRinitas. 16
Tristitia. 293

V

Turbatio. 193
Turpitudo. 238

V

VEnia. 146
Eritas. 69
Vicinitas. 319
Victoria. 244
Viduitas. 268
Vigilia. 231
Vindicta. 210
Violentia. 205
Virginitas. 152
Virtus. 84
Vitium. 187
Vita. 225
Vinum. 290
Visus. 288
Voluntas. 280
Voluptas. 209
Votum. 167
Vsura. 198
Vsus. 314
Vtilitas. 312
Vulgus. 224
Vultus. 305

PRIMA

OPERIS INSTRVCTIO prævidenda Lectori.

QVAMVIS ipse lectionis ductus, ipsa operis, scriptorum, ac materierum diuisio, satis superque lectoris facilitati consulat, operæpretium tamen fore visum est, si in ipso operis frontispicio procedentis operis distributio ac dispositio constet. Solet enim concepta lectionis facilitas prænonito lectori fructuosius respondere. Primum omnium ne operis magnitudine grauaretur lector: totũ opus in duos tomos diuisum est. Quorum alter sententias, alter exempla refert, cæterum vt omnis abesset in lectione cõfusio: in tria rursus membra vterq; tomus subdiuisus est. Primus de virtutibus, secundus de vitijs, tertius reliquas materias complectitur. Hoc postremo aduertendũ est, quod singulas materias triplex dictat scriptorũ classis. Prima Græcorum est, quod in humanis literis antiquius cæteris gentibus scripsere. Secundum locum latini occupãt scriptores, quod procedẽte tam seculi ætate & rerum experientia & politiore stylo aliquid Græcorum literis addidere. Vltimum vero ac perfectum locum nostri tenent scriptores: naturæ nanque vis & hominum ingenium: quod ad illa vsque tem-

Æ pora

pora præualuerat: ſuaui iugo renaſcentis gratiæ ſubmiſſa eſt: nō quod obſcurata, deſtructa, aut exinanita natura ſit: ſed quod illuſtrato, ac multiplicato ſpiritu ſapientius noſtri dixerint, ſanctius operati ſint. De indefeſſo autem collectoris labore, ac de elaborato electionis iudicio nihil eſt quod te (pie lector) admonitum velim: ipſe enim vtriuſque ſapiētiæ fluxus tacite in oratione clamantis faciet de recognita, ac conſummata electione iudiciū: quando non tantū probatos ſcriptorū flores (quod prouidi collectores fecere) ſed ex probatis probatiſsimos delegiſſe conſtabit: vt opus iam inde a primo lapide Domino dicatum, non in applauſu populi, ſed in legētium profectu Domini ſanctuarium intraret. Abſolues tamen (egregie lector) gratitudinis officiū: ſi (quæ deſunt) ſcriptorum fragmenta adieceris, quando colligendi, ſicut & ſcribendi nullus eſt finis.

Vale.

PRIMA SENTENtiarum pars, quæ de virtutibus agit.

DEVS.

EX GRAECIS SCRIPTORIBVS.

PROVIDENDVM EST, ne quaſi ex oppoſito ad ſolem cō uerſi perinde reſpiciamus Deū: ac ſi mortalibus oculis conſpici poſsit: tutius enim videbimus: ſi ad imaginem eius reſpiciamus. Plat. de ſci.

Deus nuſquam & nunquam iniuſtus, ſed ſemper & vbique iuſtiſsimus, totam videlicet iuſtitiæ poteſtatem complexus, nihilq; ei ſimilius quam iuſtiſsimus homo. Ibidem.

Deus animal immortale ad beatæ viuendum ſeipſo contentus, vis ſempiterna, & bona naturæ cauſa. Idem de diff.

Vniuerſi patrem inuenire difficile eſt: & cum inueneris: fieri non poteſt, vt eum enuncies. Ibidem.

Idem esse semper,& secundum eadem,& eodem loco se habere, soli Deo conuenit: corporis autem nostri natura,huius ordinis non est capax. Plat. de ciuil.

Nemo stultorum Deo amicus est: vnde inter prudẽtes homines versatur Deus. Idem de iust.

Bonorum causa Deus est: malorum autẽ quamlibet aliam causam quærere decet. Idem.2.de rep.

Deorum nomina nec inquinãda sunt, nec facile huc vel illuc deuoluenda. Idem.2. de leg.

Qui deos esse sibi persuasit,nec agit,sponte impium: nec loquitur: qui autem impie agit, aut loquitur, deos esse negat: aut si sint : res humanas non prouidere : & si prouideant: facile sacrificijs placari. Idem.10.de leg.

Diligo vos Athenienses: sed Deo magis parere volo quam vobis: primum enim animi,quam corporis cura habenda est,aut pecuniarum: pecunia náque ex virtute, non virtus ex pecunijs prouenit. Plat. in Apol.

Deus est animal sempiternum, optimum, diuinissimum, & honorabilissimum: intelligit enim,& nõ transmutatur. Arist.12. Met.

Deus hoc solum priuatur: infecta facere, quæ facta sunt. Arist.Ethic.5.

Qui dubitant, vtrum oporteat deos venerari & parentes honorari, coërcendi sunt pœna. Idẽ Top.1.

Non quærẽdum est, vtrum Dij sint, sed protinus credendum: nam quæstione proposita,etiam ille,qui impijssimâ opinionem defendit, nempe deos non esse,superare conatur. Scob. lib.2.

Diuitiæ sunt sapientibus Deus: cætera inania verba sunt,& verborumornamenta. Eurip. in cycl.

Quod gubernator in naui, hoc in mundo Deus est. Apul.de Asin.aur.

Quid sit Deus ignoro : curiosos autem odio habere scio. Ibidem.

Et si semper Dij colendi sunt: tunc certe maxime,cũ homini secundæ res sunt, vt cum necessitas inciderit: confidenter deos vt iam beneuolos imploremus. Ibidem.

EX LATINIS SCRIPTORIBVS.

¶Nulla gens tam immansueta,nec tam fera est, quæ nõ etiam si ignoret qualem Deum habere deceat: tamen habendum sciat. Cic.1. de leg.

Quid potest esse tam apertum, tanque conspicuum, cum cœlum inspicimus,quam esse aliquod numẽ præstantissimæ mentis, quo hæc regantur. Idem de nat.Deorum.

Dij semper fuerunt: nati nunquam sunt, æterni futuri. Ibidem.

Quanto magis considero Deum , tanto mihi videtur obscurior. Ibidem.

Illud video,vt Deum noris: etiam si ignores & locũ & faciem;sic animum tuum tibi notum esse oportet,

tet: etiã si ignores & locũ & faciem. Idem. 1. Tusc.

De potestate Deorum pauca homini, & timide dicẽda sunt. Cic. pro le. ma.

Prope Deus est, tecum est, ita dico Lucili, sacer intra nos spiritus sedet, bonorum malorumque obseruator & custos: hic prout à nobis tractatus est, ita nos ipse tractat, bonus vir sine Deo nemo est. Sen. Epi. 40.

In viro bono quis Deus habitat, incertum est. Habitat tamẽ Deus, etenim si hominem videris: interritum periculis, intactum cupiditatibus, ex superiore loco homines, ex æquo Deos videntẽ: subibit certe veneratio eius: & dices, ista res maior est, altior est corpusculo nostro, vis istuc diuina descẽdit, sine numine res tanta stare non potest. ibid.

Nemo nouit Deum: multi de illo male existimant & impune, quærendum est igitur quo non melius aliquid possit optari, quid hoc est, nisi animus bonus, magnus, erectus: quid aliud voces hũc, quam Deum in humano corpore hospitem? miraris hominem ad Deum ire? Deus ad homines venit. Idem. Ep. 31.

EX SACRIS SCRIPTORIBVS.

¶Ex perpetuitate creaturarum intelligitur creator æternus: ex magnitudine omnipotens, ex ordine & dispositione sapiens, ex gubernatione bonus. Aug. super Ioann.

Deus

Deus tibi totũ est, Si esuris, panis tibi est: si sitis, aqua tibi est: si in tenebris es, lumẽ tibi est: si nudus es, immortalitate tibi vestis est. Ibidem ser. 19.

Deus totus oculus est, quia omnia videt: totus manus est, quia omnia operatur: totus pes est, quia vbiq; est. Idem Ep. 36.

Aurum quod tibi est, non potest tibi esse argentum: vinũ quod tibi est, non potest tibi esse panis. Deus tuus totum tibi est, manducabis eum, ne esurias: bibes eum, ne sitias: totum habebis, totum habebit: quia tu & ille vnũ eritis. Idem super psal. 36.

Deus, cum sit omnipotẽs, mori non põt: mentiri nõ potest: multa non potest: & omnipotens est, quia ista non potest. Nã si mori posset, omnipotens nõ esset: si mẽtiri, si fallere, si iniquè agere, non esset omnipotens: quia si hoc in eo esset, nõ esset dignꝰ, qui fuisset omnipotens. Aug. de Symbolo.

Deus, quia omnipotens est, & de se filium genuit, & ex nihilo mundum fecit, & ex limo hominem fecit. vt per istas tres potẽtias ostenderet effectionẽ suã in omnibus valentem. Idem. 2. de Cot. Mani.

Deꝰ sine diuina gr̃a nõ põt cognosci. Idẽ ser. de Epi.

Deus melius scitur, nesciendo. Idem. 2. de ord.

Nescio qd spũaliter et corporaliter facit Deꝰ in nobis: qd nec sonꝰ sit, qui audiatur: nec color, q oculis discernatur: nec odor, q naribꝰ capiatur: nec sapor, q faucibus iudicetur: nec durũ et molle, quod tangẽdo sentiatur, & tñ aliquid est, quod sentire facile est, explicari nõ possibile. Idem super Ioan.

Deum nemo vidit vnq̃, visuri tamen sumus. Inuisibilis est: & inuisibiliter videtur. Aug. Epis. 112.

Nulla Dei cogitatio satis magna est. Quarum prima est scire, quid homo sit. August. super Psal. 34.

Deus in homine, tanquam in speculo relucet. Aug. de spir. & ani.

Deus est in seipso, tanquã. A. Alpha, & ω. Omega. In mundo sicut rector & auctor: in Angelis, sicut sapor & decor: in anima, sicut sponsus in thalamo: in iustis, sicut adiutor & protector: in Ecclesia, sicut pater familias in domo: in reprobis, sicut pauor & horror. Idem super pater nost.

Quidquid præter Deum est, dulce nõ est. Quidquid mihi vult dare Deus meus, aut ferat totum, & se mihi det. Super psal. 26.

Dei visio, præmium est fidei. Aug. 22. de Ciui. Dei.

De Deo disputandum est animo sereno, nec quicq̃ de illo dicẽdum, q̃ q̃d scriptura habet. Idẽ Ep. 178.

Nusquam deest, & tamen ab iniquorum cogitationibus longe abest. nec tamen ibi deest, vbi longe est: quoniam vbi non est per gratiam, adest per vindictam. Gregor. 2. Mor.

Pene omne, quod de Deo dicitur, eo ipso iam indignum est, quod potuit dici: nam cuius laudi non sufficit obstupescens conscientia, quomodo sufficiet loquens lingua? Idem. 20. Moral.

Tunc minus inuenitur Deus, quando is, qui vbiq; totus est, per partes quæritur. Idem. 2. Moral.

Deꝰ, p̃ sui amoris vestigia indagãdꝰ est. Gre. 11. Mor.

Deus

Deus ab hoie sumpsit naturã, nó culpã. Idẽ. 17. Mor.

Deo nec peccata nostra nocent, nec bene gesta concurrunt. Ibidem.

Deus sæpè humano more loquitur. Idem in Reg.

Qui in factis Dei rationẽ non inuenit, in infirmitate sua inueniet, cur rationẽ nõ inueniat. Idẽ. 9 Mor.

Tunc verè de Deo aliquid cognoscimus, cũ aliquid de illo cognoscinõ posse sentimus. Idẽ sup Mor.

De Deo ẽt vera dicere, piculosum est. Cypr. in Sym.

Diuinitas definiri nequit. Idem in quod. Ser.

Deus ex quatuor, præ cæteris cognoscitur: aut quia sine peccato est: aut quia peccata condonat: aut quia creatura non est, sed creator: aut quia non adorat, sed adoratur. Ambr. super Lucam.

Quãuis Dei sunt omnia: paucorum est tamen dicere Deo, tuus sum ego: nec omniũ est dicere, Deus meus es tu. Ibidem.

Omnia in ipso reperimus: vnus est qui quæritur, sed in eo omnia continẽtur. O lucrũ mirabile, o cõpẽdium singulare: cur nos per diuersa fatigamus? Ad ipsũ vnanimiter festinemus, per quẽ cuncta bona vltra nó quærimus, sed tenemus. Cassio. sup psal.

Virtus inexplicabilis, pietas incomprehensibilis, sapientia ineffabilis. Cuius definitio est, finẽ in sanctis laudibus non habere. Ibidem

Vnus quisq; quod super cætera colit, quod super omnia admiratur, & diligit: hoc illi Deus est. Quidquid illud est, quod in dilectione præponderat, hoc tibi Deus est. Orig. Ho. 1.

Etiam qui Sancti sunt, præsentiam Dei absq; formidine non videbunt. Ibidem.

Pascit nos Deus, & profectib9 nostris pascitur. Ber. super Can. ser. 71.

Deus timeri exigit, vt dominus: honorari, vt pater: amari, vt sponsus. Ibidem ser. 73

Dei potestas reuelatur seruo: fœlicitas mercenario, filio veritas. Ibidem.

Deus charitas est: & quanto quis Deo coniunctior, tanto charitate plenior est. Ibidem.

Deus ęternitas est: & ideo non inuenitur, nisi ab eis, qui perseuerantęr eum quęrunt. Idem ad Frat.

Deus quærendus est debito tempore, modo, & loco. Idem ser. 75.

Deus ratione vtentibus lux est: recte agentibus virtus: vincentibus gloria. Idem super Can. ser. 75.

Deus & simplex est: & simplicitatem cordis requirit. Idem ad Frat.

Deum aut nullus inimicus cognoscere potest: aut nisi amicus cognoscere potest. Idem.

DEVS PATER.

PATER noster in cõmuni Deus est, sed Christi in speciali: Aug. de ver. Dñi.

Prædicare quod acceperis nõ est superbia, sed deuotio: leua ergo oculos ad Patrem, qui te per lauacrum genuit: ad Patrem, qui per Filium te redemit. Idem super psal. 48.

Pater

Pater videt Filium, & Filius Patrem. Semper gignit Pater, & semper nascitur Filius. Idem Ep. 174.

Pater nõ est vnus, sed vnum cum Filio. Idẽ de Fide.

Solus pater non dicitur missus, quia solus non habet auctorem à quo genitus sit, vel à quo procedat: & ideo nõ propter naturę diuersitatem, quæ in Trinitate nulla est: sed propter ipsam autoritatẽ, solus Pater nõ dicitur missus. nõ enim splẽdor, aut seruor ignẽ, sed ignis mittit siue splẽdorẽ, siue feruorẽ. quãuis hæc lõgè sint dissimilia, nec inuenitur aliquid vel in corporalibus creaturis, vel spiritualibus, quod Trinitati quę Deus est: meritò cõparetur. Augustus, contra Arr.

Deus Pater vnicũ Filiũ suũ in vtero Virginis humanę naturę cõiũgẽs, Deũ ante secula sibi coëternũ fieri voluit, hominem in fine seculorum: & quem sine tempore genuit, saluandis hominibus in tempore ostendit. Greg 2. Mor.

Loqui Dei, est verbum genuisse. Idem. 23. Mor.

Deus vocatur, ppter terrorẽ maiestatis ei9. Pater vocatur propter benignitatem, qua dignatur credentes sibi adoptare in filios. Amb. super Ep. ad Thes.

Pater Filiũ osculãs, illi arcana suę diuinitatis plenissime eructat. Ber. super Can. ser. 80.

DEVS FILIVS.

NIHIL est aliud Filius, vel Verbũ Dei, q̃ cogitatio, vel sapiẽtia ei9 Au. de Cog. verę vitę.

Verbum Patris ideo dictum est: quia per ipsum innotescit Pater. Idem de Fid. & Symb.

Quæris à me, quid sit verbum Dei? Si tibi velim dicere, quid sit verbū hōis, nō explico, fatigor, hæsito, succūbo, non possum explicare vim verbi humani: Quāto magis verbi Dei. Idē Ser. 53. d̄ Resur.

Filij Dei participatione fieri possumus: quia ipse participatione factus est filius carnis. Aug. Epist. 120.

Incōprehēsibiliter generatus filiꝰ: incōprehēsibiliter generat Pater. Et tñ ex se genera uit, & ante omnē intellectū generauit Deus verus Deū verū. Ibidē.

Verbum dicitur, Filius dicitur, Dei virtus dicitur, Dei sapientia dicitur. Verbū, quia immaculatus: Virtus, quia pfectus: Filius, quia genitus ex Patre: Sapientia, quia vnum cum patre: vnū æternitate, vnum diuinitate. Non enim ipse Pater, qui Filius: sed inter Patrem & Filium generationis expressa distinctio est: vt ex Deo Deus, ex manente manēs, plenus è pleno sit. Amb. primo de Fid.

Qui naturam non agnoscunt, si non credunt scripturis, vel operibus credant. Cui dicit Pater, faciamus hominem? nisi ei: quem filium verū sciret? in quo, nisi in vno imaginē suam agnosceret? Idem.

DEVS SPIRITVS SANCTVS.

SPIRITVS Sanctus, quę dā est Patris & Filij cōmunio: & ideo fortasse sic appellatur, quia Patri & Filio potest appellatio eadē cōuenire: nam

nā hoc ipse proprie dicitur, quod illi cōiter: Quia Pater Spiritus, & Filius Spiritus: Pater Sanctus, & Filius Sanctus. Vt ergo ex nomine q̄ vtriq; cōuenit, vtriusq; cōio significetur: donum vocatur amborum Spiritus Sanctus. August. 5. de Trinit.

Spiritum Sanctum, nec ingenitum, nec genitum fides certa declarat: quia si docuerimus ingenitū, duos Patres affirmare videbimur: si autē genitū, duos filios credere culpabimur. Sed vt certa fides tenet, nec ingenitus est, nec genitus, sed ab vtroq; procedens. i. à Patre & Filio. Idē de Diuer. Quæst.

Magna est misericordia Dei, quia donum dat equale sibi: nā donū eius. Spūs sctūs est. Idē. 3. de ver. dñi.

Spiritus Sanctus, in confitente est. Id. de Bap. l. 7.

Quis non obstupescat, quanta maiestas sit Spiritus Sācti? cum qui dixerit verbū in Filium hominis, audeat veniam sperare posse: cum vero in spiritū Sanctum blasphemauerit: nec in præsenti seculo, nec in futuro veniam habere. Idem ad Simp.

Etiā indignis vita eterna, Spūs Sācti donadātur. Ibid.

Sicut participatione Dei, aliquis in filiū adoptatur, & participatione sapiētiæ sapiēs in Deo efficitur: ita & participatione Spiritus Sācti, spiritus, & spiritalis efficitur. Ibidem.

Quandiu viuimus, pugnamus: Quādiu pugnamus, periclitamur, sed in ijs ōnibus superamus per eū qui dilexit nos. Ista autem dilectio de Spiritu Sctō est: qui datus est nobis. Aug. 3. de verb. D.

Loquitur vnusquisq; fidelis omnibus linguis: quia

in eo corpore loquitur, ideſt, quæ omnibus linguis loquitur. Idem li. Homm. Hom. 50.

Spūs ſancti ſubſtantia non in colūbam, vel ignē trāſmutata eſt: ſicut nec Verbi ſubſtantia in carnē eſt cōuerſa: ſed Spūs ſanctus corpus colūbæ cōdidit, ī quo ſe ad horā p corp⁹ ſibi inſeparabiliter vnitū, ad teſtimoniū hominib⁹ viſibilē prębuit, ipſe inuiſibilis ī ſubſtātia Pris et ȳbi māſit. Au. d co. ve. vit.

Spūs vitę animū legētis diuerſis modis, et ordinib⁹ tangit: cor enim replet, ſimplices facit & ardentes. Gre. in Reg.

Vbi pręſentia Spiritus ſancti eſt, ibi deſperatio eſſe non poteſt. Ibidem.

Spiritus ſancti nomina, non naturę ſunt, ſed apparitioni conuenientia. Chry. de Spū ſancto.

Spiritus ſanctus regia ſubſtantia eſt, & cauſa quòd ſcripturas habeamus. Idem Ho. 8.

Habitare in corpore animā prōbant vitales ſenſus corporis: habitare in anima Spūm ſanctū, pbat vita ſpūalis: illud ex viſu & auditu cognoſcę: iſtud ex humilitate, cęteriſq; virtutibus. Gre. in Mor.

In terra datur ſpiritus, vt diligatur proximus: de cœlo datur ſpiritus, vt diligatur Deus. Sicut ergo vna eſt charitas, & duo ſunt præcepta: ita vn⁹ ſpiritus, & duo dona. Idem Ho. 23.

O q̄ velox ſermo ſapientię! & vbi Deus magiſter eſt, q̄ cìto diſcitur qd docetur! Leo Papa ſer. d Pœnit.

Patre et filio cognitis, cognoſcitur vtriuſq; bonitas: quæ eſt ſpiritus ſanctus. Ber. ſuper Can. ſer. 8.

Spi-

Spiritus ſancti doctrina non curioſitatem acuit, ſed charitatem accendit. Ibidē ſer. 18.

Spiritus ſanctus quos repleuerit, cognoſcere facit eos à mia fuiſſe prętentos. Idē ſer. 3. de pœnit.

Cū Spūs ſancti vicißitudines diſpēſatorię ſint, ſi vigilātiſsimè nō obſeruātur: fit, vt nec abſentē deſyderes, nec pręſentē glorifices. Ibidē ſer. 17.

TRINITAS.

QVI Trinitatis myſteriū, vel ex parte, vel p ſpeculū in ęnigmate videt, gaudeat cognoſcēs Deū, & grās agat: qui verò non videt, tendat per pietatem ad videndum, non per cęcitatem ad calumniandum: Quoniam vnus eſt Deus, ſed tamen Trinitas. Aug. 6. de Trinit.

Vbi quęritur vnitas Trinitatis, Patris, & Filij, et Spūs ſancti: nec piculoſius alicubi erratur, nec laboriosi⁹ aliq̄d quęritur, nec fructuoſi⁹ aliq̄d inuenitur. Nō pigebit me, ſicubi hęſito, quęrere: nec pudebit, ſicubi erro, diſcere. Quiſq; ergo hęc audit, vel legit: vbi pariter cert⁹ ē, pgat mecū: vbi errorē ſuū cognoſcit redeat ad me: vbi mecū, reuocet me: ita ingrediamur ſimul charitatis viā tē dētes ad Deū, d quo ſcriptū ē. Quęrite faciē ei⁹ ſemp. Idē. 1. d Tri.

Trinitatis veſtigia in anima ſunt. Idē. 11. de Ciu. D.

Trinitas ad perſonam refertur: Vnitas ad naturam. Idem de Fid.

Sic eſt inuiſibilis Trinitas, vt nō mēte videatur: multo minus huiuſmodi de illa opinionem habere debemus, vt eam corporalibus, vel corporaliū rerū imagi

imaginibus ſimilẽ eſſe credam? Idẽ ad Cõſ. Ep. 2.

Trinitatis nomina dulciſsima ſunt. Aug. de ſpũ & A.

Videmus ſolẽ in cœlo currentẽ, fulgentem, calentẽ. Similiter ignis tria habet, motum, lucem & feruorẽ. Diuide ergo, ſi potes Arriane ſolem, vel ignẽ, & tunc demũ diuide Trinitatẽ. Aug. de verb. D.

Quare non eſt ab initio Trinitas prędicata? Nihil pene nouũ effectũ eſt: ſic enim Trinitas prędicatur, vt Deus vnus credatur. Non ergo additũ eſt aliquid, ſed ſacramentum Dei vnius reuelatũ. Inter aũt ipſa primordia, manifeſtari nõ oportuit: quia prius prædicãdum erat: & poſtea quod prędicatũ eſt, reuelandum: vt ſcias Patrem eſſe, à quo cũcta ſunt: Filium vero dici, per quẽ facta ſunt omnia: Spiritum autẽ ſanctum appellari, per quẽ omnia, quæ à Patre quidem, ſed per Filium ſunt: regenerantur ad fidem vnius Dei. Idem. 6. de Trinit.

Quemadmodũ, cum memoriam meam, & intellectũ & volũtatem nomino: ſingula quidem nominata ad res ſingulas referũtur: ſed tamen ab omnibus tribus ſingula facta ſunt: nullũ enim trium horũ nominũ eſt, quod non voluntas, & intellectus, & memoria mea ſimul opata ſint. ita Trinitas ſimul operata eſt, & vocem Patris, & carnem Filij, & cõlũbam Spiritus ſancti: cum ad perſonas ſingulas, hęc ſingula referantur. Idem. 4. de Trinit.

Si propterea aliqui negandam putant Trinitatem, quia eã non valẽt cæcis mentibus cernere: debent & illi, qui ex natiuitate ſua cæci ſunt, iſtum ſolẽ eſſe

eſſe negare. Aug. 15. de Trinit.

Aperte tũc videbimus, quomodo & vnũ diuiſibiliter tria ſunt: & indiuiſibiliter tria vnũ. Gr. in Mor.

Vnius Trinitatis tres eſſe perſonas, non qua ratione dicatur, ſed à quo dicatur animaduertendum eſt. Pius apud Patinam.

Inquirere de Trinitate, peruerſa curioſitas eſt: Credere, & tenere, ſicut ſancta Eccleſia tenet, fides & ſecuritas eſt: Videre autem eam, ſicuti eſt, perfecta & ſumma fœlicitas eſt. Bern. in par. ſerm.

Trinitatis, ſeu diuinitatis arcanum, nec ab Angelis, nec ab hominibus, niſi Spiritu ſancto reuelante, cognoſcitur. Idem ſuper Cant.

Tripliciter in æterna illa beatitudine fruemur Deo: videntes eum in omnibus creaturis: habentes eũ in nobiſmetipſis: &, quod ijs omnibus ineffabiliter iocundius, & beatius eſt, ipſam quoq; cognoſcentes in ſemetipſa Trinitatem. Idem de omnibus ſanctis.

IESVS.

IESV propter nomen tuum, fac mihi ſecundum nomen tuum. Auguſt. lib. Mend.

Ieſus ſaluator nominatur ab angelis & hominibus: nempè quia ſaluator erat Angelorum, & hominum. Ber. de Cir. Dei.

Ieſus ſaluator, quid tam optabile miſeris? neceſſariũ perditis, vtile deſperatis? Idem de nat. Dñi.

Ieſus vir erat nondũ etiam natus; ſed ſapientia, nõ ætate. Nec minus ſapiens fuit conceptus, quàm

natus

natus: paruus quàm magnus. Idem Hom. 2.

Iesum cum nomino, hominem mihi propono mitẽ, & humilem corde, benignum, sobrium, castum, misericordem, omniq; honestate ac sanctitate cõspicuum: eundemq; ipsum Deum omnipotẽtem: Qui suo met exemplo sanet, suo adiutorio roboret. Hęc omnia mihi sonãt, cũ insonuerit IESVS. hoc tibi electuarium habes, ô anima mea recondi tũ in vasculo vocabuli huius, qd̃ est, Iesus, saluti ferum certè, & quod nulli pesti tuæ inueniatur inefficax: semper tibi in sinu sit, semper in animo: quo tui omnes sensus in IESV dirigantur, & actus. Ber. super Cant. serm 17.

Iesum sequi salubre consilium est: tenere solẽne gaudium: manducare beata vita. Idem in Ep.

Aculeus dilectionis, Iesus est: & hic crucifixus. Idem de dil. D.

Discere Iesum, omni scibili est dulcius. Ber. in Ep.

Paruul⁹ est Iesus: ꝑ paruo placari põt. Idẽ in Epiph.

Vocatũ est nomẽ Iesus, nõ impositũ. Idẽ super Ioan.

Aridus est omnis cibus, si non oleo isto, nomine scilicet Iesus infunditur: insipidus est, si nõ hoc sale condiatur. Si scribas: non sapit mihi, nisi legero ibi Iesum. Si disputes, aut conferas: non mihi sapit, nisi sonuerit ibi Iesus. Iesus mel in ore: melos in aure: in corde iubilus. Idem super Cant. ser. 15.

CHRISTVS.

Qui

QVI sic cõfitetur Christũ Dñm, vt eundem neget Deum hominẽ, habentẽ scilicet vnitã sibi nostræ carnis, animæq; naturã: non est proillo mortuus Christus. Aug. de Me. d.

Christus Ecclesiam suam, tanquã homo carnem suã amat. Idem de Cont.

Aut cum Christo, aut cum diabolo nos esse oportet: non est locus medius. Ibidem.

Per Christum ad Christũ venitur. Aug. super Io.

Tota Christi vita, disciplina morũ fuit. Idẽ de ver. rel.

Vtrunq; oportet nouerimus in Christo, & vnũ, quo æqualis est Patri: & vnũ, quo illo maior est Pater, illud verbũ, illud caro, illud Deus, illud homo: sed vnus Christus Deus & homo. Idem de ver. med.

Christi humilitas misericordia fuit, non impotentia. Idem super Psal. 196.

Instabilis est Domus, quæ Christum non habet in fundamento. Greg. 7. Mor.

Christus aliud ex Patre est, aliud ex matre: non tamẽ alius. Idem. 18. Mor.

Christus in carne diuinitatem abscõdẽs, quasi hamo diabolum cœpit. Idem. 23. Mor.

Christus est via, per quã lux spargitur. Idẽ. 29. Mor.

Christus Rex fieri noluit: ad Crucis vero patibulum sponte venit. Idem in Past.

Christus ante mortem gloriam fugit: post mortẽ cognosci voluit. Greg. super. 1. Reg.

Omnia Christus nobis est. Si vulnus curare desyderas: medicus est, si febribus æstuas: fons est si grauaris

ris iniquitate: iuſtitia eſt, ſi auxilio indiges: virtus eſt, ſi mortẽ times: vita ẽ: ſi cœlũ deſideras, via eſt: ſi tenebras fugis, lux ẽ: ſi cibũ quæris, alimẽtũ eſt. Guſtate itaq;, & videte: q̃ ſuauis ẽ dñs. Amb. d̃ virg.

Chriſti gloria, inimicorum impugnatione creuit. Chryſo. ſuper Epi. ad Hebr.

Habemus in Chriſto quod amem⁹: quod imitemur, quod admiremur. Idem in Epiph. Dñi.

Incaſſum laborat in acquiſitione virtutum, qui eas alibi quã in Chriſto requirit. Ber. ſup Can. ſer. 21.

Prudẽtia vera in Chriſti doctrina, iuſtitia in Chriſti miſericordia: tẽperantia in Chriſti vita: fortitudo in eiuſdem paſsione reperiuntur. Ibidem. Ser. 2.

Chriſtus ab Eccleſia ſua humanitatem ſubtraxit: vt daret locum fidei. Ibidem. ſer. 75.

Chriſtus in carne didicit miſereri. ibidem. ſer. 76.

Chriſtus viuendo viuere docuit: moriendo, ſecuram reddidit mortẽ. ibidem.

Chriſtum ſequendo, apprehendere poteris citius quam legendo. Bern. in Ep.

Nomen Chriſti ſonat aut maieſtatem, aut pietatem. Idem. de ſal. pr. vít.

Vilem, & contemptibilem potuit ſe Chriſtus monſtrare: ſed non reputare. Idem ſuper Cant. ſer. 40.

ADVENTVS ET INCARNATIO.

NON liberaretur genus humanũ: niſi verbum Dei dignaretur eſſe humanũ: nam & ille

ille homo dicitur eſſe humanus, q̃ ſe exhibet eſſe hominem. Si ergo humanus dicitur, qui in domo ſua ſuſcipit hominem: quam humanus eſt, qui in ſe ipſo ſuſcepit hominem? Aug. de Ver. Apoſt.

Dicat mihi incredulus Iudęus, quemadmodum arida Virga fronduit, & floruit, & nuces protulit: & ego dicam illi, quomodo virgo concepit & peperit. Sed profectò nec Iudęus virgę poterit explicare cõceptũ, nec ego virginis. Aug. de incar. Dñi.

Si ratio quęritur, non erit mirabile: ſi exemplũ quęritur, non erit ſingulare. Demus Deum aliquid poſſe, quod nos fateamur inueſtigare non poſſe: in talibus tota ratio ẽ potẽtia faciẽtis. Idẽ ad Vol.

Si cogitemus Virginem, quę ſine cõcupiſcentia carnis concepit carnem: & ſine viro peperit virum: ſi volumus facti huius quærere rationem, in ipſa inquiſitione ſucũbimus: cum ſcriptum ſit, Generationem eius quis enarrabit? Aug. de Med. Dñi.

Vultis eius ſaltus agnoſcere? De cœlo venit in vterum, de vtero venit in prę ſepium, de præſepio venit in crucem: de cruce venit in ſepulchrum, de ſepulchro venit in cœlum. Gre. 17. Mor.

Incarnato Domino, diſcordata corda concordata ſunt. Idem. 17. Mor.

Quod natura non habuit: vſus neſciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cœlum, ſtupet terra, creatura omnis etiam cœleſtis miratur. hoc totum eſt, quod per Gabrielem Mariæ diuinitus denunciatur. Hier. de Aſſump.

Nulla causa veniendi fuit, nisi peccatores saluos facere: tolle morbos, tolle vulnera: & nulla causa erit medicinæ. Hug. de sacr.

Aduentientis personæ consyderanda maiestas dignationis magnitudo, charitatis latitudo, humanę naturę exaltatio. Ber. de Aduen. Dñi. ser. 3.

Venit medicus ad ęgrotos, redemptor ad venditos, ad errantes via, ad mortuos vita. Ibidem.

Apparuerat potẽtia in rerũ creatione: sapiẽtia, in rerũ gubernatione: sed humilitas & benignitas in humaninatis assũptione apparuit. Idẽ d Nati. dñi.

Christus ad nos veniens, videamus quis veniat? vnde, quo, ad quẽ, quando, & qua? Idẽ de Aduẽ. Dñi.

Christus in mundũ venit, à quo non aberat: sed apparuit qui latebat: & missus est per humanitatem: qui semper fuit præsens per diuinitatem. Ibidem.

Verbum, sponsus, caro, sponsa, thalamus, virginis vterus. Idem super Psal. 90.

NATIVITAS.

LACTA Maria creatorẽ tuum: Lacta eum, qui talem fecit te, vt ipse fieret in te: lacta eum, qui fructum fœcũditatis tibi dedit cõceptus, & decus virginitatis nõ abstulit natus. Au. ser. 3 d Assump.

Nobilitas fuit Christi nascentis in virginitate parientis: nobilitas parientis in diuinitate nascentis. Idem super Ioan.

Duæ sunt natiuitates Christi, vna diuina, altera humana: vna per quam efficimur, altera per quam reficimur, ambę mirabiles, illa sine matre ista sine patre. Si illam non comprehendimus: istam quomodo enarrabimus? Ibidem.

Natus est Christus de Patre sine tempore: de matre sine semine. De Patre principium vitæ: de matre, finis mortis. De Patre ordinans omnem diem, de matre cõsecrãs hunc diẽ, Aug. de Natiu. Dñi.

In illa natiuitate nolite cogitare vllũ spatiũ ęternitatis: Quãdo erat Pater, & nõ erat Filius? Quomodo põt esse, vt coęuus sit Pater Filio, Filius Patri? Occurrat vobis ignis Pater, splẽdor Filiꝰ: & ecce inueniemus coęuos. ex quo ignis esse cępit continuo splendorem gignit: nec ignis ante splendorem, nec splendor post ignem. Et ecce Pater incipiens: ecce Filius simul incipiens, nec antecedẽs, nec sequens. August. de Symb.

Ad hunc articulum res sic colligitur, vt Deus pater ęqualem sibi generet Filium, aut nõ potuerit, aut noluerit. Si non potuit, infirmꝰ: si noluit inuidus inuenitur. Sed vtrunq; falsum ẽ. Patri igitur Deo, Filius verus, & ęqualis est. Idem 3. Cont. Max.

Nõ mediocre hoc tibi videatur fidei exẽplũ: nõ vilis persona pastorũ: ecce quo vilior ad prudẽtiã, eo preciosior ad fidẽ. nõ sapientes, sed simplices, q fucare audita ne scirent, Dñs sui prędicones elegit. nõ rhętores, sed piscatores ad euangelizandum delegit. Bed. super Luc.

Licet Deus dies cũctos creauerit, singulariter tamẽ diẽ hunc fecisse dicitur, qui Christi dñi Natiuita-

te ſacratus eſt: in quo meritò exultare cõuenit, & lętari: quoniã in eo, & Diabolus ius perdidit, & ſalutem mundus accepit. Caſsiod. ſuper Pſalm.

Me illius infantis vagiẽtis abluũt fletus: illę lachrymæ meæ delicta lauerunt. Plus igitur Domine Ieſu, debeo iniurijs tuis, quibus creatus: nõ prodeſſet naſci, niſi redimi profuiſſet. Amb. ſuper Luc.

Subſtantia operis ſola fuit potentia Conditoris. Secundum hanc ergo potentiam, credamus Dominum noſtrum abſq; vllo ſexus initio, ex ſola fœmina virum creaſſe, quem ſcimus, inter ipſa initia generis humani, ex ſolo viro fœminam condidiſſe. Euſeb. Emiſſ. Hom 2.

Clamat ſtabulum, prę ſepe, lachrymæ, & panni, clamant in Chriſti Natiuitate pœnitentiam. Ber. in Nat. Domini.

Natus quibuſdam nondum Chriſtus eſt: quibuſdam nondum paſſus: quibuſdam non dum reſurrexit: quibuſdam non dum aſcendit: quibuſdam non dũ miſit Spiritum ſanctum. Ber. De reſur. Dñi.

Vbi aula Regia? vbi thronus? vbi curię regalis frequẽtia? Nunquid aula eſt ſtabulum? Thronus præſepium? & totius curiæ frequentia, Maria & Ioſeph? Idem in Epiph. Dñi.

PASSIO ET CRVX.

DISPICE vulnera pendentis: ſanguinem morientis: pretium redimentis: cicatrices reſurgentis. Caput habet inclinatum ad oſculandum: cor apertum ad diligẽdum: brachia extenſa ad amplexandum: totum corpus expoſitum ad redimendum. Hæc quanta ſint cogitate: hæc in ſtatera cordis veſtri appendite: vt totus vobis figatur in corde, qui totus pro vobis fixus fuit in cruce. Aug. de Virg.

Paſsio Chriſti & reſurrectio, vitę noſtræ figura ſunt. Idem de ſpiritu & lit.

Amarum poculum, prius medicus bibit: ne bibere timeret ęgrotus. Idem ſuper Pſal. 98.

Ipſa Crux, ſi attẽdis, thronus Dei fuit, in medio eius iudice conſtituto: vnus latro qui credidit, liberatus eſt: alius, q̃ inſultauit, dãnatus eſt. Idẽ ſup̃ Ioã.

Extremum genus elegit mortis, ne aliquod genus mortis martyres formidarent. Idem de Symb.

Conuenit noſtrę deuotioni, vt qui paſsionem Domini crucifixi celebraturi ſumus: reprimendarum carnalium voluptatum, Crucem nobis ipſi faciamus. Idem in Sermo. de Quadra.

Fratres, vt à peccato ſanemur, Chriſtum crucifixũ intueamur: quomodo qui intuebantur ſerpentem æneum in deſerto, non peribant morſibus ſerpentum: ſic qui fide intuentur Chriſti mortem, ſanãtur à morſibus peccatorum. Idem ſuper Ioan.

Stultum eſt, cum gladijs quęrere eum, qui vltro ſe offert: & in nocte per proditorẽ inueſtigare, quaſi latentem, qui quotidie in templo docet: ſed factum conuenit tempori, & perſonis: quia cum eſſent tenebrę, in tenebroſo tempore, tenebrarum opus exercebant. Ambr. ſuper Math.

Auctor pietatis in cruce pendens, testamẽtum condidit, singulis pietatis opera distribuens, Apostolis persecutionem: Iudęis corpus: Patri spiritum: Virgini paranymphũ: Latroni paradisum: peccatori infernũ: Chrianis pœnitẽtibus crucẽ. Ibidẽ.

Fraudulenta est sacerdotum promissio: maius fecit surgens de sepulchro, & non creditis: quomodo si descenderit de cruce credetis? Hier. super Mat.

Omnis creatura compatitur Christo morienti. Sol obscuratur, terra mouetur, petræ scinduntur, velum templi diuiditur: sepulchra aperiuntur: solus miser homo non compatitur, pro quo solus Christus patitur. Ibidem.

Quæ nobis erit contumelia: postquàm hęc Christus passus est: nec enim vna pars, sed totum corpus patiebatur, caput per coronam: manus per arundinem: os per acetum: facies inspuebatur: genæ vellebantur: & tandem totum corpus perforatur. Chrys. super Mat.

Effusio sanguinis iusti pro iniustis, tam potens fuit ad priuilegium, tam dives ad precium, vt si vniuersitas captiuorũ in redẽptorem suũ crederet, nullũ tyrãnica vincula retinerẽt. Leo Papa ser. 7.

Quid retribuã Dño pro omnibus quæ retribuit mihi? in primo opere, me mihi reddidit: in secũdo se, & vbi se dedit, me mihi reddidit. Ber. ad dilig. Deũ.

Nonne propter te satis vulneratus sum? pro iniquitate tua nõ satis afflict⁹ sum? cur addis afflictionẽ afflicto? magis aggrauant me vulnera peccati tui, quàm

quàm vulnera corporis mei. Ibidem.

Passiones Christi meditari, sapientia & sublimis Philosophia est. Idem super Can. ser. 47.

Passio Christi tria habet, opus: modum: causam. In opere patientia, in modo humilitas, in causa charitas cõmendatur. Idem in Dom. Palmarum.

Videri vult vulnera sua Christus, tanquàm sua signa Dux. Idem super Can. ser. 64.

Si totum me debeo pro me facto: quid addam iam pro me refecto? Idem de Dilig. Deum.

Passio tua Domine Iesu, vltimum est refugium, & singulare remedium. Deficiente sapientia, iustitia non sufficiente, illa succurrit: cum tamen defecerit virtus mea non conturbabor: nõ diffidam: scio quid faciam. Calicem salutaris accipiam, & nomẽ Domini inuocabo. Idem super Cã.

Nemõ hominum nouit, nec nosse põt, quid bonũ ad gratiã: quid congruentiæ ad salutem: Quid decoris ad gloriam: quid commodi ad salutem, penes seipsum cõtineat huius venerãdi mysterii, humanæ scilicet redẽptionis altitudo. Idem in Ep.

Mors in Christi morte refugatur: & Christi nobis iustitia imputatur. Verũ quomodo mori potuit, qui Deus erat? quoniam nimirum & homo erat. Sed quo pacto mors illi⁹ hominis pro altero valuit: quia & iustus erat. Profecto nãq; cum homo esset, mori potuit: cum iustus, debuit non gratis, nõ quidem peccator mortis sufficit soluere debitum pro altero peccatore: cũ quisq; moriatur pro se.

qui autem mori pro ſe non habet, nunquid pro alio fruſtra habet? quanto ſanè indignius moritur qui mortem non meruit, tanto is iuſtius pro quo moritur, viuit. Sed quę (inquies) iuſtitia eſt, vt innocens pro impio moriatur? nō eſt iuſtitia, ſed miſericordia: at tamē ſi iuſtitia non eſt, non tamē contra iuſtitiam eſt: alioqui & iuſtus & miſericors ſimul eſſe non poſſent. Chriſtus igitur & mori potuit, quia homo erat: & moriendo mortis ſoluere debitum quia iuſtus. Ber. de Lau. no. mi.

Dicet aliquis: non valuit opus ſuum reparare creator abſq; tanta difficultate? valuit: ſed maluit iniuria ſui, quo hominem multę dilectionis debitorem teneret: commoueretq; gratitudinis difficultas redēptionis, quē minus deuotum faceret creationis facilitas. Ibidem. Cap. 12.

Crux à cruciatu dicitur: & duobus modis crucē Domini baiulamus, cum aut per abſtinentiam carnē afficimus: aut per compaſsionem proximi, neceſſitatem illius noſtram putamus. In Ho.

RESVRRECTIO.

LAVS fidei noſtræ eſt credere Chriſtum reſurrexiſe: non eſt enim laus fidei Chriſtianorum, quia credunt mortuum Chriſtum: ſed quia credunt reſurrexiſſe Chriſtum: nam mortuum & paganus credit, & hoc tibi pro crimine obijcit: quia in mortuum credidiſti. Quæ igitur laus tua? credere

dere Chriſtum reſurrexiſſe, & ſperare te reſurrecturum eſſe per Chriſtum. Quare autem credimus mortuum? quia credere eum reſurrexiſſe non poſſumus, niſi prius mortuum fuiſſe credamus. Au. ſuper Pſalm. 101.

Chriſtus ſuſcipere dignatus eſt carnem mortalē de virgine Maria, in qua nobis & paſsionis, & reſurrectionis prębet exemplum. Paſsionis, ad firmā dam ſpem, vt duas vitas nobis oſtenderet in carne, quam ſuſcepit de vita noſtra mortali: vnam laborioſam: alteram beatam. laborioſam, quam tolerare debemus: beatam, quam ſperare debemus. Idem. 2. contr. Mani.

Surrexit Chriſtus; exultet vniuerſus mundus: par enim eſt, vt, ſicut omnis creatura lugubri doluit ploratu in morte creatoris ſui, & quæ funere noſtis obſcuro proſecuta eſt exequias in cruce morientis, nunc triumphalem ab inferis reditum lęta ſuſcipiat Reſurgentis. Idem in Ench.

In hac die peccator indulgentiam deſperare non debet, ſi enim Latro paradiſum meruit, cur non meretur veniam Chriſtianus? & ſi illi Dominus, cū crucifigitur, miſeretur: multo magis huic miſerebitur, cum reſurgit. Nam paſsionis humilitas tantum præſtitit confitenti: quantum reſurrectionis gloria tribuit deprecanti. largior enim ſolet eſſe ad præſtandum lęta victoria, quàm addita captiuitas. Auguſt. in ſer.

Fides noſtra in hac die regulanda eſt per fidem Apo

ſtolorum. Gre.4.Mor.

Caro noſtra poſt reſurrectionem eadem erit per naturam:ſed diuerſa per gloriam. Idem. 24. Mor.

Exemplo Iob credimus reſurrectionẽ factam: quã ille cognouit faciendam. Idem 14.Mor.

In Chriſti reſurrectione,ablata ſunt omnia argumẽta perfidiæ. Idem ſuper Euan.

Multi cum Chriſto reſurrexerunt,ne de reſurrectione noſtra dubitaremus. Idem.14.Mor.

Quod diſcipuli tarde crediderũt, magis fuit noſtra, q̃ illorum infirmitas:nã illis dubitantibus,reſurrectio multis argumẽtis mõſtratur: quia & comedit,& ſe oculis videndum,& manibus palpãdum, & cõtrectandũ præbuit:quod de ſolo ſpũ eſſe non pót.Minus Magdalena præſtitit, quæ ſtatim credidit:q̃ Thomas,qui diu dubitauit.Gre.ſuper Math.

Reſurrectio corporum exemplis deprehẽdi poteſt: ratione non poteſt. Idem.6.Mor.

Reſurrectionem noſtrã in alimẽtis ſuis mundus imitatur:cõſyderemus paruum cuiuſlibet arboris ſemẽ,quod in terrã iacitur,vt arbor ex illa producatur:& comprehendamus,ſi poſſumus, vbi in illa tanta paruitate ſeminis,tam immẽſa arbor latuit, quæ ex illo proceſsit:vbi lignum,vbi cortex,vbi viriditas foliorũ:vbi vbertas fructuum:Nũquid in ſemine tale aliquid videbatur,cũ in terrã iaceretur? Quid ergo mirũ, ſi tenuiſsimum puluerẽ à noſtris oculis in elementa redactũ,cum vult Deus in hominẽ reformet:qui ex tenuiſsimis ſeminibus immenſa

immenſa arbuſta reintegrat. Idem 24.Mor.

In omni re,aut actu, virtus agẽdi,ſpes eſt futuri: qui enim arat,arat vt metat:q̃ pugnat,pugnat vt vincat. Tolle ergo ſpem reſurrectionis, & reſoluta eſt omnis obſeruantia pietatis. Chry.ſuper Mat.

Si reſurrectio non eſt,nec Deus eſt:nec prouidentia eſt.tunc caſu omnia feruntur, & agũtur,videmus enim plurimos iuſtos eſurientes, & iniuſtos abundantes.ſed quis hoc vnquàm iuſti iudicij, vel ſapientis prouidentiæ opus ſuſpicabitur? erit ergo reſurrectio:iuſtus enim Deus eſt, & ijs qui confiduntin eo,mercedis retributor. Damaſ.li.4.

Reſurget iuſtus,vt iudicet:peccator,vt iudicetur:impius,vt ſine iudicio puniatur. Caſsiod.ſup Pſal.

Expoliata eſt fragilitas:exinanita mortalitas:ſola inſicatricibus permanent reuerẽda teſtimonia Paſſionis.Quid hoc ẽ? nimirũ illud ſolũ, vnde Reſurrectio erat credẽda,nõ abſtulit.Euſeb,Emiſ.Ho.4

Cerne manus Iudęe,quas fixeras:Cerne latus Romane,quod foderas:videte corpus,an idem ſit,quod dicebatis clam tuliſſe diſcipulos.Hier.ad Heliod.

Nec enim præſtari decet integrã beatitudinẽ,donec ſit homo integer cui detur. Acceperunt iã ſinguli ſingulas ſtolas: ſed non veſtientur duplicibus, donec veſtiamur & nos.ſtola enim prima,requies animarũ eſt:ſecunda verò,immortalitas,& gloria corporum. Ber.de omnibus Sanctis.

ASCENSIO.

Cum,

CVM audis eleuatum, agnosce militię cœlestis obsequium, non auxilium: seruitium, non subsidiū: ministerium, nō adiutoriū. Aug. de Asc.

Christus descendit, inferna patuerunt. Christus ascēdit, superna claruerunt: Christus in ligno pepēdit insultēt furētes. Christus in sepulchro: mentiātur custodes. Christus in inferno: visitētur quiescētes. Christus in cœlo credāt oēs gētes. Idē de Asc.

Scire debemus fratres charissimi, quòd hodierna festiuitas non minor est illa, in qua Natalem Domini publico honore suscepimus. Illa enim Dominū ac saluatorem nostrum terris dedit: hæc cœlis reddidit. in illa verè se hominem in incarnatione cōfessus est: in hac se esse Deum in ascensione testatus est. in illa gratiam dignissimę humanitatis: in hac fidē manifestissimę Diuinitatis asseruit. in illa virginalis templi: in hac cœlestis secreta patefecit. in illa descendit, nos redempturus: in hac ascēdit, nos glorificaturus. in illa salutis nostrę inchoatio: in hac perfectio continetur. in illa incepit promissa: in hac, beneficia cōsummauit. Au. 6. de Asc.

Nos Christi mors viuificauit: nos Christi resurrectio erexit: nos Christi Ascensio consecrauit. Ibidem.

Virtutes precedētes Christū ad alias virtutes clamāt, vt viam Dño venienti aperiant, eiq; occurrant: referate, inquiunt cœlestes aditus: veniente Dño eternalis ingressus pateat: & introibit rex glorię, vt ad dexteram Dei Patris interpellet pro nobis. Stupefactæ autem ipsę virtutes angelicæ nouo myste-

mysterio carne induti, cum admiratione quærūt, Quis est iste rex gloriæ? Quibus respondent aliæ: Dominus virtutum est. Licet enim multi scirent ipsum esse hominem, non tamen sciebant humanā Naturam supra se exaltandam. Hier. super Psal.

In hac solemnitate deletum est chirographū nostræ dānationis: mutata est sententia nostræ corruptionis. Illa enim natura, cui dictū est: terra es, & in terrā ibis: hodie in cœlum ascendit. Gr. Hom. 29.

Redemptor noster, homo nascendo, vitulus moriendo, Leo resurgendo, aquila ad cœlos ascendendo factus est. Idem Hom. 4.

Non solum hodie cœli possessores firmati sumus, sed superna cœlorum in Christo penetrauimus, ampliora recepturi per suā ineffabilem gratiam, quā per Diaboli perdideramus inuidiam. quia quos Diabolus de primi habitaculi fœlicitate deiecit, hos Dei Filius sibi corporatos ad Patris dexterā collocauit. Leo Papa de Asc.

Ascendit Christus vt fides merito non priuetur. Ber. super Cant. ser. 76.

Quatuor modos Ascēsionis dicimus: primus ad cor: secūdus in corde: tertius de corde: quartus supra cor. In primo timetur Dominus: in secundo auditur consiliarius: in tertio desyderatur sponsus: in quarto videtur Deus. Idem in sent.

MARIA.

Autrix

AVtrix peccati Eua: Autrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit: Maria viuificando profuit. illa percuſsit: iſta ſanauit. Aug. de Aſſump.

O verè gratia plena. Quis hãc gratiã explicet? Quis huic gratię gratias agẽdo ſufficiet? Fit homo, & p liberũ arbitriũ perijt hõ: & inuenitur homo factꝰ, qui fecit, vt nõ periret quẽ fecit. Idẽ li. Hõ. H5. 50.

Fœlicior partus ſpiritualibꝰ, quã carnalibus: beatior enim fuit Maria cõcipiẽdo Chriſtũ fide, quàm carne: materna enim ꝓpinquitas nihil ei ꝓfuiſſet, niſi fœliciꝰ ipſũ fide, quã carne geſtaſſet. Aug. de. Virg.

Sicut ĩ trãſitu meo Marię nõ ẽ maculata ỳginitas, ſic mea ibi nõ ẽ maculata maieſtas: Idẽ. cõt. duas hęr.

Conſydero conceptũ tuum beata virgo, & expaueſco: intueor partũ tuũ, & contremiſco: adoro Filiũ tuum, & reuiuiſco. Idem. ſer. 2. de Annunc.

Audeo dicere fratres, quia nullum Sanctorum inuenimus tam potentem ad placandam irã ęterni iudicis, quàm eam quę emeruit fieri mater eiuſdem redemptoris & Iudicis. Idem ſer. 3. à. Nat. Mar.

Virginitas Mariæ ideo gratior & accepior, quòd nõ eam Chriſtus conceptus viro violaturo, quam ſeruaret, ipſi præripuit: ſed priuſq̃ conciperetur, iã Deo dicatã, de qua naſceretur elegit. Idẽ. d̃ S. Virg.

O ineſtimabilis Mariæ laus: plus credidit Ioſeph caſtitati quàm vtero intumeſcenti: plus gratię, quã naturę. cõceptionẽ vidit ſed fornicationẽ nõ exiſtimauit: poſsibilius credebat mulierem ſine viro cõcipere, quã Mariã poſſe peccare: Chry. ſup Mat.

Talis

Talis fuit Maria, vt eius vnius vita omnium diſciplina ſit. Amb. ſuper Math.

Cũm ductus fui ad conſpectum virginis Mariæ, tantus me diuinꝰ ſplendor circũfulſit exterius, & plenus irradiauit interius: tanta etiã in me odoramẽtorũ ſuperabũdauit fragrãtia, vt nec corpꝰ infœlix nec ſpiritus poſſet tantæ fœlicitatis inſignia ſuſtinere. Teſtor Deũ, qui aderat in virgine: ſi me diuina non docuiſſent, hanc Deum verũ eſſe credidiſſem: Quoniam nulla maior videri poſſet gloria meritorum: Diony. de. Cęl. Hier. Ep. vlt.

Aue Maria gratia plena: talibus certe decebat virginẽ oppignorare muneribus, vt eſſet gratia plena, quæ reddidit cœlis gloriam: terris Deũ: fidem gentibus: finem vitijs: vitæ ordinem: moribus diſciplinam. Hier. de Aſſump.

Nõ eſt in mũdo locꝰ dignior vtero virginali, in quo Dei Filiũ. Maria ſuſcepit: nec in cœlis ſolio Regali, in quo Mariam Dei Filius ſublimauit. Ibidem.

Maria quia mente paſſa eſt, pluſquam martyr fuit: nimirũ & eius dilectio fortior: mortem enim Chriſti ſuam fecit. Ibidem.

Cæteris virginibꝰ ꝑ partes præſtatur gratia: Mariæ verò tota ſe infundit gratiæ plenitudo, quæ fuerat in Xp̃o: quã q̃ aliter & aliter. Quia ĩ Xp̃o fuit plenitudo gr̃æ: tanq̃ in hõe ꝑſonaliter definito: in Maria verò ſicut in collo trãſfundẽte. Hier. d̃ Aſſũp.

Index certiſsimus manſuetudinis & verecundiæ in Maria fuit tarditas ad loquendum: quater enim

enim tantum modò legitur locutam fuisse. Ber. de virg. Mar.

Maria veneratione digna est: in qua humilitatē exaltat fœcunditas, & partus consecrat virginitatem. Idem Hom. 1.

Nihil est quod tantum me terreat: nihil est quod tãtum me delectet: sicut de beata virgine sermonem habere, terret (inquàm) me indignitas propria: sed delectat Virginis laus & excellentia. Ibidem.

Magna fuit sanctificatio Hieremiæ, quæ potuit facile vitare culpam mortalium: maior Ioānis Baptistæ, quæ potuit frequentiã vitare venialium: maxima virginis Marię, quæ potuit vitare, imo vitauit omne peccatum. Idem ad Can. Reg.

Quæ est virgo tam sublimis, vt salutetur ab angelo: tã humilis, vt despõsata sit fabro? Idem Hom. 2.

Ille solus ô Virgo beata, tuas laudes sileat, qui te fideliter inuocãtem senserit vnquàm in suis necessitatib⁹ sibi defuisse. Et quid mirũ, si inuocata adest, quæ etiam non inuocata pręsto est? Idem in ser.

Sicut à te despectus, & auersus necesse est vt pereat: sic ad te reuersus, & à te receptus, impossibile est, quòd pereat. Ber. Ibidem.

Maria omnibus facta est sapientibus, et insipientibus copiosissima charitate debitrix: omnibus misericordię sinum aperuit, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi. Captiuus redemptionem: ęger curationem: tristis cõsolationem: peccator veniam: iustus gratiam: angelus lætitiam: denique tota Trinitas

nitas gloriam: sibi persona Filij carnis humanæ substantiam: vt non sit qui se abscondat à calore eius. Ber. ser. 8.

Maria virginem se oblita, gloriatur de humilitate: & tu negligendo humilitatem, blandiris tibi de virginitate. Ber. super. Euang.

ANGELVS.

Angelus, officij nomen est, non naturæ. Quęris nomẽ eius naturę? spirit⁹ est: Quæris officiũ? angelus est. ex eo quod est, spiritus est: ex eo quod agit, angelus dicitur: Aug. de cõg. ver. vit.

Quia angelus nuncius interpretatur: Quicunq; aut Episcopus, aut presbyter, aut etiã laicus frequẽter de Deo loquitur: & quomodo ad vitã pueniatur æternã, enũciat: merito angel⁹ dicitur. Idẽ. ho. 2.

Scientia angeli, in comparatione scientiæ Dei, quodã modo vespera est. Aug. de oros.

Oportebat, vt primatum creaturę obtineret illa creatura quæ creaturam p̃ creatorẽ: non creatorẽ per creaturam posita agnoscere. Idem li. 5. sup Gen.

Diligunt namq; Angeli conciues suos, per quos expectant restaurari suę ruinæ scissuras: ideoq; magna cura & vigilantia adsunt nobis, omnibus horis & locis succurrentes, & prouidentes necessitatibus nostris: & solicitè discurrentes inter nos & te Domine: gemitus nostros, & suspiria nostra referentes ad te: vt impetrent nobis facilem tuę benig

gnitatis propitiationem, ac referant ad nos desyderatam tuæ gratiæ benedictionem. Leo Papa ser. 7.

Quoties bene agimus, gaudent angeli & tristantur dęmones: Quoties verò à bono deuiamus, diabolum lętificamus, & angelos nostros suo gaudio defraudamus. Ibidem.

Angelorum amicitiam acquirimus per bonæ voluntatis similitudinem: qua cum illis sumus, & cum illis viuimus, & cum illis Deum, quem colunt, colimus. Idem li. 8. de Ciuit. Dei.

Magna sunt Domine beneficia tua, quibus nos honorasti, dans nobis angelos tuos in ministerium nostrum: dederas enim nobis quidquid cœli ambitu cõtinetur: & quasi parua reputas hęc, quę sub cœlo sunt, nisi adderes quæ sup cœlos sũt. Ibidem

Non est angelus (cum inhæremus Deo) nostra mẽte pręstãtior. Aug. de mor. Eccl.

Angeli, quocunq; mittuntur, semper faciem Dei vident. Greg. in Reg.

Vox Angelorum est in laude Conditoris: ipsa admiratio intimę contemplationis. Ibidem.

Angelo nostro debemus reuerentiam, pro pręsentia: deuotionẽ p̃ beneuolẽtia: fiduciã p̃ custodia: Ibid.

Angelos collocauit De⁹, nõ in summo, sed in tuto homines autẽ, nec in sũmo, nec i tuto: sed i cauto. Ib.

Vt fumus apes, vt fœtor columbas fugat: sic miserabile, ac putidum paccatum repellit vitę nostræ custodem Angelum. Basil. in Hex.

Simus grati, simus deuoti tantis custodibus: redamemus eos quantum possumus, quantum debemus affectuose, tanquam futuros aliquando cohęredes nostros vero interim actores, & tutores à Patre prępositos: adhuc enim paruuli sub tutoribus, & actoribus sumus. Bet. ser. de Ani.

Quoties grauissima cernitur vrgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere: inuoca custodẽ tuũ, adiutorem tuum in oportunitatibus tuis: qui in tribulatione nec dormitat, nec dormit, quamuis ad tempus dissimulet. Ibidem

Si vis habere ministeriũ Angelorũ, fuge consolationes seculi: & tẽtationib⁹ resiste Diaboli. Idẽ. ser. 40.

BEATITVDO ET ÆTERNITAS, EX GRÆCIS ET LATINIS.

IMmortalis naturę vnusq; sq; cupid⁹ est: Plat. 4. Dia. +

Nemo mortaliũ beatus est vir, sed diuitijs affluentib⁹, ali⁹ alio fœlicior: beat⁹ vero nõ: Eurip. i med.

Beatitudo in excelso est: sed volenti penetrabilis est: Sene. Ep. 65.

Miraris hominem ad Deũ venire? Deus ad homines venit. nulla sine Deo mẽs bona est. Semina in corporibus humanis dispersa sunt: quę si bon⁹ cultor excipit, similia origini prodeunt. Idem Ep. 74.

Summum bonum nec satietatem habet, nec pœnitentiam. Idem de Vita beata.

Cum vnusquisque posteritati seruit, esse aliquid verisimile est, cuius post mortem sensum sit habiturus: Cic. 1. Tusc.

Beati dicuntur, qui sunt in bonis, nullo adiūcto malo: Nō enim intelligo, qui beatus est, quid requirit, vt sit beatior: si est enim aliquid quod desit, nō beatus quidem est: Idem Tusc. 5.

Cui ascensus in cœlum patet, quanuis maxima, tamē debito minora sūt, quę in terris tribuūtur. Max. l. 8

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIB.

¶ Æternū ardentius diligitur adeptum, quàm speratum: nemo enim plus de illo existimat, quam in se habet: vt fiat minus quod speratum est āplius. Sed tāta est ibi excellētia, vt multò amplius adeptura sit charitas, quàm vel fides credidit, vel spes desyderauit. Aug. li. 1 de Doct. Chr.

Omnia dici possunt de illa ineffabili fruitione veritatis: & tanto magis omnia dici possunt, quanto minus aliquid dici digne potest. Nam ipsa est lux illuminatorum, requies exercitatorum, patria redeūtiū, esca indigētiū, corona vincētiū. Ibidem.

Cum Beatitudinem illam obtinuerimus nostra erūt superiora, ad viuendum: nostra erunt æqualia ad conuiuendum: nostra erunt inferiora, ad dominandum: Idem Quæst. 33.

Si ista temporalia bona sunt, quid illa æterna erunt? Quid dabit eis, quos prędestinauit ad vitam: qui hęc etiam dedit eis, quos prædestinauit ad mortem? Aug. 22. de Ciuit. Dei.

Regnum Dei venale est: eme, si vis: nec multum existi-

existimes de precio, tantum valet, quantum es. te da, & habebis illud. sed dices, malus sū: & forte me nō recipiet: dādo te illi, bonus eris. Idē de sp. & An.

Quid hoc bono melius? Quid hac fœlicitate fœlicius? viuere Deo: viuere de Deo. Ibidem.

Ij vitam carnis quasi permanentem diligunt, qui, quanta sit vitæ sequentis æternitas, non consyderant: dumq; solidam perpetuitatem non consyderant, exilium patriam: tenebras lucem: cursum stationem putant: Greg. in Mor.

Quando ad ipsum vitæ fontem venerimus, erit nobis delectabiliter impressa sitis, simulatque satietas. Sed lōgè aberit a siti necessitas: Longè à necessitate fastidium: quia sitientes satiabimur, & satiati sitiemus: Idem super Iob.

Quo magis æterna quæruntur, eo magis inspicitur, quàm vacuè pro vita ista laboratur: & quo propius præmium aspicimus, magis dolemus, quod sero quæsiuimus. Idem 8. Moral.

Gloria Dei in rebus videri potest: in seipsa pro hac vita videri non potest: Idem super Ezech.

Æternitatis præmia præstolantes, vires ex aduersitatibus sumunt: Idem 26. Moral.

Regnum Cœlorum non est dantis, sed accipientis: Hiero. super Psal. 68.

Regni cœlorum via parua est: nec recipit nisi paruos: Ber. de Pas. Dñi.

Curia cœlestis præstolatur consumationem nostram: Bern. in vig. D.

Tripliciter in ęterna illa & perfecta Beatitudine fruemur Deo: videntes eum in omnib⁹ creaturis: habentes eum in nobis ipsis: & quod his omnibus ineffabiliter iocundius est, atq; beatius, ipsã quoque cognoscẽtes in semetipsa Trinitatẽ: Idẽ. in ser.

Vna cunctis erit Beatitudo lætitię, quamuis nõ vna sit omnibus sublimitas vitę: & in illa Beatitudine erit culpæ memoria, non quę mentẽ polluat, sed quæ nos lætitia arctius astringat. Ibidem.

BEATVS.

Ipsum est beatum hominis, pfecte quęrere veritatẽ: hoc est enim peruenire ad finem, vltra quem non potest progredi. Quisquis ergo minus instanter q̃ oportet veritatem quęrit, is ad finem hominis nõ peruenit. Quisquis autem tantum, quãtum homo potest ac debet, dat operam inueniendæ veritati: etiã si eã nõ inueniat, beat⁹ est. Aug. d̃ Acad. Disp.

Ille beatus est qui omnia, quę vult, habet: nec aliquid vult quod non decet. Idem 3. de Trin.

Non facit beatum hominem, nisi qui fecit hominem. Nam qui tanta bona creaturæ suæ, bonis malisq; largitur, vt sint: vt homines sint: vt vigentes sensibus, valentes viribus, affluentes opib⁹ sint: seipsum bonis dabit, vt beati sint. Aug. ad Maced.

O Dñe Deus me⁹: O Dñe De⁹ noster: vt veniam⁹ ad te, fac nos beatos de te. Nolumus de auro, nolum⁹ de argento: Tãtũ volum⁹ fac nos beatos d̃ te. Quia btũs populus cui⁹ est Dñs De⁹ ei⁹. Id. d̃ Verb. Do.

Tantum gaudebunt beati, quantum amabunt: tãtũ amabũt, amabunt, quantũ cognoscent Deũ. Idem li. Med.

Si esse vis beatus, esto [illegible] aculat⁹: illud enim omnes hoc autem pauci volunt: sine quo non peruenitur ad illud quod omnes volunt, Aug. super. Ps. 118.

Infœlix, q oĩa nouit: & te neścit. Qui autẽ te, & illa nouit, nõ ꝓpter illa btũs, sed ꝓpter te solũ. Idẽ sup Ioã.

Dico beatã vitã consistere in altitudine sapiẽtiæ, suauitate conscientiæ, virtutis sublimitate: non enim sine passione esse, sed victorem esse passionis, beatum est. Amb. de Offi.

Beat⁹ q post illa nõ abijt, quæ possessa onerãt: amata inquinant: admissa cruciãt: An nõ satis ea cũ honore spernis, quæ cum dolore perdis? Ber. in Ep.

BONA ET MALA OPERA.

Ea dicẽda sunt bona opa, quę fiũt per dilectionẽ Dei. Hoc autem necesse est, vt antecedat fides: vt inde ista, nõ ab istis incipiat illa. Quoniã null⁹ opatur ꝓ dilectionẽ, nisi pri⁹ credat in Deũ. Aug. sup Ps. 67

Nemo sibi audeat tribuere, qa misericorditer opatur quia Deus illi per Spiritum dilectionẽ dedit, sine qua nemo põt esse misericors. Idẽ sup Ep. ad R.

Ad peccandum homo abundat propria voluntate, ad agendũ autẽ bonũ sibi non sufficit, nisi ab illo iustificetur, qui sol⁹ est iustus. Idẽ de verb. innoc.

Non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est: & parum est nemini nocere, nisi studeas multis prodesse. Ibidem.

Nemo inuitus bene facit, etiam si bonum est quod facit: quia nihil prodest spiritus timoris, vbi non

est spiritus charitatis. Aug. de ver. Innoc.

Opera misericordiæ sunt semina futuræ messis. Idem. q. 4.

Non opera, sed Fides & intentio iustos ab iniustis discernit. Super Psalm. 63.

Opera bona non tantum spirat, sed perficit Deus. Idem Ep. 143

Bona opera multa facit in nobis Deus, quæ non facit homo: nulla autem facit homo, quæ non faciat Deus. Idem cont. Ep. Pel.

Secundū opera quę fecit, non quæ facturus erat, iudicabitur homo. Idem Ep. 207.

Laxatis curis mutabiliū rerum: bona stabilia, & certa quęramus: superuolemus terrenis operibus nostris: nam in mellis copia, nō frustra pœnas habet apicula: nectit enim hęrētem. Idem Ep. ad Romni.

Sicut omnia bona opa, bono amore, & bono timore fiunt: ita malo amore, & malo timore omnia mala opera cōmittuntur. Idem super Psalm. 79.

Bona opera tribus modis hostis impugnat. aliquando intentione polluit: aliquando in ipsa actione malum intermiscet, vt gloria quæ quęsita non fuerat, oblata delectet: aliquādo in fine actionis illaqueat eo vehementius, quo securior iam videbatur operans. Gre. 1. Mor.

Iustus in bono opere, nec à corde gloriam, nec à lingua laudē, nec à manu munꝰ expetit. Idē. 9. Mor.

Oportet bona opera nesciendo, nescire: quia & recta hęc ęstimare oportet, & minima: recta, vt custodiamus: minima, ne inflemur. Ibidem.

In omnibus operibus nostris, nos, & non Deum iuuamus. Idem. 15. Mor.

Bona opera occultentur studio: sed necessitate publicentur. Gre. 18. Mor.

Multi fidei, quam credunt: operibus contradicunt. Idem 29. Mor.

Bonum opus plerumq; publicum est, cum fit occultè: & occultū, cum fit publicè. Idem super Psal.

Quidam bona opera facere student, vt gratiam alienę operationis obnubilent. Ibidem.

Merces ex bono opere quæsita, ex malo perditur. Idem super Ezech.

Bonis operibus auxilium prębens, mercedis est particeps. Gre. in Reg.

Opera patrum, filijs prosunt. Ibidem.

Operationes indicant naturas. Basilius.

Opera libera, non seruilia probātur à Dño. Ambr.

Opera bona, non sunt remissè facienda. Chrisost.

Opus trina consyderatione debet præueniri. An liceat, deceat, & expediat. Primū ad Deum: secundū ad pximū: tertiū ad nos ptinet. Ber. de Int. domo.

Cures prius facere, quàm docere: & sic dabis voci tuæ vocem virtutis. Idem super Can. ser. 70.

Salutis nostræ opus tres simul cooperantur: Deus, Angelus, homo. Ibidem ser. 78.

MERITVM.

EX SACRIS.

Merita noſtra Dei ſunt munera. Vnde cum merita noſtra coronat Deus, non coronat tanquàm noſtra, ſed tanquam ſua. Aug. de Grã. & lib. Arb.

Propriæ volũtati tũc ẽ meritũ bonũ: qñ gratię donũ præcedit vnius cuiuſq; volũtatẽ: & optatur, vt meritũ faciat homo p̃priã volũtatẽ. Idẽ ad Sixtũ.

Nõ putes te p̃merẽdo accepiſſe, qui nõ promereres, niſi accepiſſes: gr̃a p̃ceſſit meritũ tuũ nõ gratia ex merito, ſed meritũ ex gratia: nã ſi gratia ex merito, emiſti: nõ gratis accepiſti. Au. ẽ Ver. Apoſt.

Et ſi quiſquàm dicat aliquid deberi meritis ſuis, certè vt eſſet, non ei debebatur: non enim erat cui deberetur: & tamen quod meritum eſt, conuertere ad Deum, ex quo es: vt ex ipſo etiam melior ſis, ex quo habes, vt ſis. Idem lib. 3. de lib. Arb.

Dicemus merita noſtra feciſſe, vt ſecunda natiuitas donaretur à Domino? Abſit vt merita noſtra id facerent. Non venit ille ad inſpectionem meritorum, ſed ad remiſsionem peccatorum. Nõ fuiſti, & fact⁹ es: malus fuiſti, & liberat⁹ es. Aug. pſal. 13.

Sis auarus in petendo, modo ſis idoneus in promerendo, Amb. de Offi.

Multorum merita quatiuntur vnius delicto. Ibidẽ.

Iuxta meritum plebis Deus ſolet prouidere de Paſtore. Greg. 28. Mor.

Quidquid geſſeris parum eſt: quidquid feceris, minus. Omne enim merirum breue eſt, comparatione donorum. Numera beneficia, ſi potes: & tum con-

ſydera quid mereris. Gre. Hom. 7o.

Vidimus multos cœpiſſe poſtremos, & meritis præceſsiſſe priores. Chry. de rep. la.

Differri non debẽt merita fidelium, vt ad ſtudia bonorum actuum prouocentur vota cunctorũ. Demus ergo quæ ſunt iuſta laboribus, vt prouectu priorum inuitemus corda ſequẽtiũ. Caſsi. lib. 2.

Sufficit ad meritum ſcire, quòd non ſufficit meritum. Ber. ſuper Cant. ſer. 53.

Præpoſterus ordo eſt, ante meritũ exigere præmiũ: & ante laborem ſumere cibum. Ibidem.

Meritum totum hominis eſt: ſi totam ſpem ponat in Domino. Idem ſuper Pſal.

Reſpectus Dñi variatur pro meritis eorum quos reſpicit. Idem ſuper Cant. ſer. 87.

Deus auctor eſt meriti: qui & voluntatẽ applicat opi, & opus explicat voluntati: Cæterũ ea quæ dicim⁹ noſtra merita, vt propriè appellentur: Spei quędã ſunt ſeminaria, charitatis incẽtiua, occultę prædeſtinationis indicia, futurę fœlicitatis p̃ſagia, via regni, nõ cauſa regnandi. Idem de Gra. & lib. Arb.

Si q̃s vitã laborioſam æſtimat, ſuæ deſidiæ ẽ accuſator. Si enĩ nautis pelagi fluct⁹, & tẽpeſtates agricolis, ſi vulnera militib⁹ tolerabilia ſunt p̃pter ſpẽ tẽporaliũ, ac pereuntiũ cõmodorũ: multo magis cũ cœlum præparatus in præmium. Super Matth.

Opario duas res debet, q eũ cõducit ad vineã: & cibũ ne deficiat: & mercedẽ, vnde gaudeat. Aug. ẽ Ord.

PIETAS.

EX LATINIS.

¶Habet ſuos impetus Pietas. Quint. Decla. 6.

Pietate erga Deos ſublata, fides etiã ac ſocietas generis humani tollatur neceſſe ẽ. Cic. đ Nat. Deorũ.

Prima pietatis magiſtra, Natura eſt. In hiſt. Sax.

Quo miſerius experitur Pietas, eo certius. Ibidem.

Sit parum acutus, modo ſit Pius. Ibidem.

EX SACRIS.

¶Conſyderata infirmitate cõi, & accuſatoris dolor, & iudicatoris rigor frãgitur. Au. in Ep. ad Maced.

Primus gradus Pietatis eſt, vt quos tibi auctores voluit eſſe natura, honores obſequijs, abſtineas contumelijs, nec vultu lędenda eſt Pietas parentum. Ambr. de Offi.

Penes Deum, nec Pietas ſine iuſtitia eſt, nec iuſtitia ſine Pietate. Pet. Chryſol. ſer. de Gen. Chriſti.

Pietatis genus eſt, impiũ eſſe pro Dño. Hier. in Ep.

Rectus ordo eſt, poſt Deũ, amare patrem & amicos; ſi tamen neceſsitas venit, vt vtrũq; ſeruari nõ poſſit: odiũ in ſuos, Pietas in Deum ſeruãda eſt. Ibidem.

Grãdis in ſuos Pietas, impietas in Deũ eſt. Ibidem.

Nulla eſt ſcientia, ſi vtilitatem Pietatis non habeat; valde inutilis eſt Pietas, ſi ſcientiæ diſcretione careat. Gre. in Moral.

Ille bene agit quę pia ſunt, qui ſcit prius ſeruare quę iuſta ſunt: vt collatus in proximos miſericordiuulus, de iuſtitiæ fonte ducatur. Ibidem.

Perfecta Pietas eſt, quę anteaquam flectatur prẽcibus, nouit conſiderare fatigatos. Caſsiod. 4. [illegible]

Mi

EX GRÆCIS ET LATINIS.

¶Difficile eſt ſimul miſereri, & ſapere. Plut. in Apo.

Qui flagitioſum miſeratur, non mores, ſed hominẽ miſeratur. Dio. li. 4.

Eſt Clementia hominibus omnib⁹ neceſſaria: maxime autem decora Imperatoribus. Sen. de Clem.

Saluũ Regem in aperto Clemẽtia præſtat. Ibidẽ.

Iſpa regentis Clemẽtia verecũdiã peccãdi facit. Ibid.

Petũt etiã inocẽtes Miſericordiæ auxiliũ. Quin. li. 11.

Nihil minus videtur partibus aduocati conuenire, quàm reo capite periclitanti ſubſidium miſerationis auferre. Idem Decl. 2.

Quod vltimum miſeris eſt, miſerationem perdere. Idem Decl. 22.

Nihil eſt laudabili⁹, nihil magno viro, & præclaro dignius placabilitate & Clementia: quæ ita probãda eſt, vt adhibeatur Reip. cauſa ſeueritas: ſine qua adminiſtrari recte Ciuitas non poteſt. Cic. 2. Offic.

Fauor & Miſericordia acreis primos impetus habẽt: paulatim conſilio & ratione quaſi reſtincta concidunt. Plin. 2. Epiſ.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Nec ipſa pœnitentia videtur aliquid profutura, ſi ab opibus Miſericordię ſterilis fuerit. Au. đ Miſer.

Nihil ad Miſericordiam ſic inclinat, quàm proprij periculi cognitio. Idem ſuper Ep. ad Gal.

Nemo timeat erogare pauperibus: nemo puteteum

accipe-

accipere, cuius manum videt: ille accipit, qui iussit vt dares. Idem Trac. de Auar.

Medicina, quæ quotidianis vulneribus adhibenda est, Misericordia est. Si itaq; Misericordiam Dei impetrare vis: esto misericors. Idē ser. 34. ḋ Resur.

Facite misericordias in hoc seculo, quæ deleāt peccata, vt succurrā vobis in die iudicij: quia quod māducatis, perditis: quod laboratis, relinquitis: qd̄ verò pauperibus erogatis, hoc firmiter possidebitis. Antecedat ergo vos Mia vestra. Aug. de Defun.

Manifestum est quòd aliquando serui Dei nō habēt, vt probentur qui habent. Lib. 5. Ho.

Non est illa Misericordia deputanda quæ clamorib⁹ extorquetur, cum ille mercedem suis operis accipiat, qui se diu patitur deprecari: Qñ id non Dei mandato, sed precibus præstitit: misericordiā suā lachrymis vendidit. Idem in Trac. de Or.

Melius est, vt nullus sit miser, quàm vttu facias Misericordiam. Aug. super Psalm.

Plurimum interest quo animo quisq; parcat: sicut enim est Misericordia puniens, ita est, & crudelitas parcens. Idem Epistola. 74.

Nō est quo fugias à Deo irato, nisi ad eum placatū. Idem super Psalm. 64.

Misericorditer multos occidit De⁹. Au. 3. cōt. lit. Pet.

Misericors esse nō pōt, q̄ in se crudelis ē. Idē sup Psal.

Tanto quisq; perfectior est, quanto perfectius sentit dolores alienos. Gre. 29. Mor.

Pl⁹ est aliqñ cōpati ex corde, q̄ dare: qa quisq; indigēti per-

ti pfecte cōpatitur, min⁹ ęstimat omne qd̄ dat: & rē q̄ libet plerūq; dat, qui nō cōpatitur. Idē. 20. Mor.

Lex Dei misericordia est. Idem super Psalm. 7.

Misericordia artem non habet. Hiero. in Ep.

Nō memini me legisse mala morte mortuū, qui libēter exercuerit opa charitatis: habet enim multos intercessores: & impossibile ē multorum preces non exaudiri. Idem in Ep.

Natura hominum prona est ad clementiā: & in alieno peccato sui quisq; miseretur. Ibidem.

Sola Misericordia ē defunctorū comes. Amb. ḋ Of.

Misericordia largior, vbi fides prōptior ē. Nihil tā cōmēdat Christianū, q̄ miseratio Charitatis. Ibidē.

Cōpassio ex virtute est, qñ propter Deū alienis doloribus cōpatimur: cū scilicet iustitiā p̄mi, vel innocētiā affligi videm⁹. Cōpassio ex vitio culpabilis est: cōpassio ex natura irreprehēsibilis ē: cōpassio ex virtute laudabilis ē. Prima reprehēditur: tertia laudatur: secūda nec culpā habet, qa ē ex Natura: nec prę miū quia ex virtute nō est. Hugo de. 2. vol.

Tria sunt, per quæ p̄batur vera cōpassio, scilicet occulta beneficia, pauptas, & mors. Idē ḋ Clem. Ani.

Misericordię virtus tāta ē, vt sine illa cęterę virtutes p̄desse nō possīt. Quāuis enim aliqs fidelis sit cast⁹, & sobri⁹, & alijs maiorib⁹ ornat⁹ insignib⁹: si misericors tñ nō ē, Misericordiā nō cōseqūtur. Leo Pa. iser.

In regno cœli corā oīb⁹ angelis, in cōuentu resurgētiū, Qd̄ Abel passus sit: Quòd mundū cōseruauit Noe: Q̄d Petr⁹ crucē Iesu prim⁹ ascēdit De⁹ tacet: &

clamat

clamat solũ qđ paup comedit dicẽs, Esuriui. Qui enim misericors est mia dignꝰ est. Leo Pap. in ser.

Precedentis misericordiæ beneficium perdidit, qui putat esurienti sufficere qđ semel donauit: Val. in quodam serm.

Benigni principis est ad clementiæ commodum trãsilire terminos æquitatis: quoniam sola est Misericordia, cui cętere virtutes honorabiliter cedere non recusant. Cassiod. in Ep.

Egentibus iustum est, non diuitibus subuenire. Fũdit potius qui mittit in plenum: nam illud potius recõditur, quod vasis vacuis congregatur. Ibidẽ.

Misericordia non de meritis iudicare solet, sed necessitatibus subuenire, iuuare pauperem: non examinare iustitiam. Amb. in Ep.

Aurũ hẽt Ecclesia non vt seruet, sed vt eroget. Ibid.

Bona Misericordia est, misereri animę tuę Ber. in Ap

Nõ nulli dura sunt ceruice: vt quo magis eis compatimur, tanto magis nostra compassione abutantur. Idem in sermo.

GRATIA ET BENEDICTIO.

GRatia Dei donum est, donum autẽ maximum ipse spiritꝰ sanctus est: & ideo gratia dicitur, quia gratis datur: quia nõ quasi merces redditur post discussionem meritorum, sed donũ datur post veniam delictorum. Aug. 3 de Verb. Dñi.

Incipit homo percipere gratiam, ex quo incipit Deo credere, vel externa, vel interna monitiõe motus ad fidem. Idem lib. 1. de Diu. Quęst.

Primo est gratia, consequenter sunt opera bona: nõ quę gratia pariat, sed quę gratia pariãtur. Ibidem.

Hæc est disciplina Christiana, quòd nemo facit bene, nisi gratia. Quod facit homo male, ipsiꝰ est hominis: quod facit bene, de beneficio Dei facit: vt cum cœpit bene facere, non sibi tribuat: cum non sibi tribuerit, gratias agat à quo accepit. Cum aũt bene facit, non insultet illi qui illud non facit, aut extollat se supi ipsum, nõ enim in illa finita est gratia Dei, sed ad illũ nondũ peruenit. Au. sup Ps. 98.

Scimus gratiam Dei nec paruulis, nec maioribus secũdum merita nostra dari. Scimus maioribus ad singulos actus dari. Scimus non omnibus dari, & quibus datur, non solum secundum merita operum non dari, sed nec secundum merita voluntatis eorum quibus datur. Quod maximè apparet in paruulis. Scimus eis quibus datur, misericordia Dei gratuita dari. Scimus eis quibus non datur, iusto iudicio Dei nõ dari. Idẽ in Epis. ad vital.

Debetur merces bonis operibus, si fiant: sed gratia, quę nõ debetur, prędit vt fiãt. Idẽ de vera Inno.

Gratia adiuuat, vt legis quisq; sit factor: sine qua gratia sub lege potius erat tantum modo legis auditor. Idem de Grat. & lib. Arb.

Sic adiuuatur gratia velle nostrũ, vt faciat qđ iubetur: tunc enim vtile est velle cũ possumus: & tũc vtile est, posse, cum volumus: aut quod possumus,

nolumus. Ibidem.

Desyderare auxilium gratiæ, initium est gratiæ. Aug. de Corr. & Gra.

Quanto magis regnat in vnoquoq; gratia, tanto minus dominatur iniquitas. Idem super psal. 17.

Gratia Dei cur ad illum veniat, ad illum non veniat, occulta potest esse causa, iniusta non potest. Idem. l. 1. de mer. & rem. P.

Inter gratiam, & prædestinationem, hoc inter est, quia prædestinatio est gratiæ præparatio: Gratia vero iam ipsa donatio. Idem de Prædest. Sanct.

Quanto maioribus laudibus medicina prædicatur, tãto magis vituperantur vulnera & morbi à quibus liberat quæ ita laudatur: sic laus & prædicatio gratiæ, vituperatio delictorũ est. Idem de Spir. & Lit.

Nemo dimittit Deum, nisi deceptus: Nemo quærit, nisi admonitus: Nemo inuenit, nisi purgatus. Augustin. in Sol.

Gratia diuina, etiam reluctãtibus datur. Idẽ Ep. 106.

Debet voluntas præcedere, & sic sequitur Gratia. Nã nec gratia sine voũltate aliquid operatur, nec voluntas sine gratia potest: terra enim non germinat, nisi pluuiam susceperit: nec pluuia fructificat sine terra. Amb. super Matth.

Gratiam dare Dei est, hominis fidem exhibere. Chry. super Ioan.

Admoneo vos vt semper Dñm benedicatis. Si venerint mala, benedicite, & dissoluẽtur mala: si ꝓspera venerint, bñdicite, & ꝓseuerabũt bona. Id. ꝺ symb.

Sæpe

Sæpe quod putatur Dei gratia, ira est: & quod putatur ira, Gratia est. Greg. 9. Mor.

Sunt qui per donum gratiæ intelligunt, quæ exponi à doctoribus nũquam audierũt. Idẽ super Ezech.

Non in sola gratia plenitudo gratiæ est: sed nec in sola veritate. Quid prodest scire, quid te oporteat facere, si non detur & velle facere? Quid si velis quidem, & minime possis? Quæ cum ita se habeant, neutrũ sine altero sufficit. Ber. super Cant. ser. 27.

Cibus animæ, Gratia Dei est: Idem serm. de An.

Triplicem Gratiam diuinitus accipimus: vnam, qua conuertimur: aliam, qua in tentationibus adiuuamur: tertiã, qua probati remuneramur. Prima nos initiat, qua vocamur: Secũda prouehit, qua iustificamur. Tertia consumat, qua glorificamur. Et prima quidẽ beneplacitũ est. Secunda meritum. Tertia præmium. Idem in Hom.

Gratiã percepisse multis nõ ꝓfuit, eo ꝙ ꝺ tẽperamẽtũ de veritate pariter nõ acceperũt. Ibidẽ. ser. 74.

Quantũ quis crescit in Gratiam, tantũ in fiduciam dilatatur. Ibidem ser. 3.

Cum benedicit nos Deus, nos crescimus: & cum nos benedicimus Deum, nos crescimus. Vtrunq; certe nobis prodest. August. super Psalm. 66.

Benedictioni humiliari debetis, & corda, & corpora fideliter inclinare. Quia licet benedictio nobis ꝓ hominẽ datur, nõ tñ ab ipso hõe datur. Id. s. ꝺ Ora.

Dicimus nullam ætatem Gratiæ Dei esse præmaturam, sicut nec seram. Idem de Consyd.

SANCTITAS ET SANCTVS.

SAncti obesse possunt: bonis enim ad salutem sancta insunt, malis ad iudiciũ. Aug. supet. Ioã. Fieri non potest, vt sanctificato spiritu, non sit etiam corpus sanctum: quo sanctificato vtitur spiritus. Idem de San. Vid.

Non est sanctus, vt Deus noster: qui est sanctus sancti ficans, sicut iustus iustificãs. Non est sanctus præter te: quia nemo nisi à te. Idem. 17. de Ci. D.

Opus est nobis assidua sanctificatione: vt, quia quotidie delinquimus, delicta nostra assidua sanctificatione purgemus. Idem Cont. Iul.

Nomẽ Dei semper est sanctum: quare ergo petimus, vt sanctificetur nomen eius? nisi, vt per ipsum sanctificemur. Quod ergo sanctum est, vt in nobis sanctificetur, oramus. Idem. de Dom. orat.

Quoties persecutiones irrogantur Ecclesiæ, sanctorum orationibus aut amouentur, aut temperantur. Idem Hom. 10.

In præsenti seculo sancti regnant: quia ita secum Dei adiutorio regunt, vt à peccatis vinci non possint: recte enim regnare dicũtur, quia etiam inter pressuras mundi se & alios bene regũt. Idem Hom. 17.

Cũ sanctos in oratione vocas, sic oportet de eis cogitare, vt splẽdidissima lumina in gloria ęternę claritatis longè præ solis fulgore fulgentia: qui omnia bona in visione Dei plenius habent, & cunctis se

se inuocãtib⁹ potẽter subueniãt. Au. ad cog. ver. vi.

Ista sunt quæ sanctitatis causa seruanda sunt. Pudicitia corporis, castitas animæ, & veritas doctrinæ. Idem de Vi. C.

Sanctis pauperibus à diuitibus ministrandum est. Idem de op. mon.

Sancti honorandi sunt imitatione non adoratione: qui non in seipsis, sed in Deo sunt laudandi. Idem de Ver. Rel.

De Sanctorum meritis, periculum est disputare. Hier. ad Damas.

Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse laudandum est: quia & Hierosolymis, & de Britãnia tantũdẽ patet aula cœlestis. Idẽ ad Paul.

Sancti viri ad cordis secreta semper redeunt. Gre in Mor.

Sancti certissime sciunt, quia in hac vita requiem habere non possunt. Ibidem.

Viri sancti ab improbis derisi, ad testẽ conscientiæ Deum recurrũt. Idem 10. Mor.

Sancti viri interdum coram hominibus compelluntur bona facta narrare. Ibidem.

Sanctos suos Dominus veniendo adiuuat: derelinquẽdo, probat: donis firmat, tribulationibus tentat. Ibidem.

Sancti viri non præesse cæteris gaudẽt, sed prodesse Greg. 21. Mor.

Sancti viri interdum de sua bona opinione gaudent. Idem. 21. Mor.

Sancti ſententiam ſuam abſcondunt, quando aliorũ vitam loquendo lucrari non poſſunt. Ibidem.

Non ſolum quod ſancti viri dicunt, prophetia eſt, ſed etiam quod agunt. Ibidem.

Sancti viri, vt ab illicitis longè abſint: etiam licita abſcindunt. Greg. Dial. 4.

Quæ eſt iſta iuſtitia, Sanctos colere, & ſanctitatem cõtẽnere? Primus gradus pietatis eſt ſanctitatem diligere, poſtea Sanctos: quia non ſancti ante ſanctitatem fuerunt, ſed ſanctitas ante eos. Sine cauſa ergo Sanctos honorat, qui iuſtitiam ſpernit. Chryſ. ſuper Matth.

Sanctorum merita aut imitari debes, ſi laudas: aut laudare non debes, ſi imitari detrectas: vt qui ſanctorum merita admiratur, mirabilis ipſe vitæ ſanctitate reddatur. Idem ſer. de Conſeſ.

Mirabile ſanctitatis genus eſt, vt nõ poſsis videri ſanctus, niſi ſceleratus appareas. Ber. in Ep.

Tria ſunt, quæ in feſtiuitatibus ſanctorum conſyderare debemus: Auxilium ſancti: exemplum eius: confuſionem noſtram. Idem in quod. ſer.

In ſanctorum feſtiuitatibus, & gaudere, & confundi debemus. Gaudere, quia Patronos præmiſimus: confundi, quia eos ſequi non poſſumus. Ibidem.

PROPHETIA.

NIHIL eſt homo habens Prophetiam ſine charitate: ita fortaſſe quemadmodum poſſumus dice

dicere, nihil eſſe hominem habẽtem animam ſine mente: non quia poteſt inueniri homo, qui mentem non habeat, habens animam: ſed quia nihil eſſet, ſi inueniri poſſet. Aug. lib. 20. ad Simp.

Prophetauit Saul Rex malus, cum etiam ſanctum Dauid perſequeretur. Non ergo ſe jactent, qui ſine charitate ſanctum munꝰ Dei habent: ſed videãt qualem rationem habituri ſunt cum Deo, qui ſanctis non ſancte vtuntur. Idem ſuper Can. Ioã.

Sanctorũ, qui præceſſerũt tẽpore Natiuitatem Dñi, nõ ſolũ ſermo, ſed & vita, cõiugia, & filij, & facta Prophetia fuerũt huius tẽporis: quo per fidẽ paſsionis Chri cõgregata ẽ ex gẽtibꝰ Eccleſia. Id. ḋ cath. rud.

Cum Propheta imprecatur malum, hoc facit ex officio, nõ ex voluntate. Et hoc meminiſſe debetis, ne quod præſaga mens in ſpiritu Dei dicit, maleuole deprecaſſe videatur. Idem ſuper pſalm. 68.

In prophetica bene miſcẽtur futura præteritis, quo vtrũq; ſignificetur: quia ea, quę vẽtura ꝓphetizantur, ſecũ dũ tẽpus futura ſunt: ſecũ dũ vero ſciẽtiã ꝓphetãtiũ, ſunt iã pro factis habẽda. Au. ſup. ps. 3

Tripartita reperiuntur omnia Prophetarũ eloquia, & facta: quia aliqua ſunt ad terrenã Ieruſalem ſpectantia: alia ad cœleſtẽ: nõnulla ad vtrãq;. Ibidẽ.

Eos teneamus interfectores Prophetarum, quos contradictores inuenimus linguis Prophetarum. Idem lib. 2. Cont. Petil.

Prophetica auctoritas cæteris omnibus ſcriptis antiquior eſt. Idem, lib. 2. de Ci. D.

Prophetiæ triplices sunt: Iudęorum, Gentium, & veritatis. Idem cont. Faust.

Multa Prophetata sunt contra Deos falsos: at nihil contra Deum verum. Idem 11. de Trin.

Prophetarũ filętiũ diuinę iræ signũ ẽ. Chry. ḋ ver. ap.

Prophetæ aliqua Euangelistis dicenda seruauerunt. Idem super Mat.

Rarò in vita Prophetæ accepti sunt. Ibidem.

Prophetę adhuc hodiè nobiscũ loquũtur, Idẽ de Ele.

Prophetiæ moris est, subitô mutare materiam. Greg. super Ezech.

In Propheticis verbis res & verba rebus exponuntur. Ber. 5. Cant. serm. 2.

Non serò est adimpletum, quod semper est creditũ; nec minus adepti sunt, qui in illud crediderunt p̃missũ, q̃ qui susceperũt donatũ. Leo Papa in ser.

APOSTOLVS.

NON frustra duodecim habere voluit discipulos Dñs, & ita numerus ille sacratus ẽ, vt in locũ vnius, qui ceciderat, nõ posset nisi alter nominari. Quia enim quatuor sunt orbis partes, & totꝰ orbis in Euãgelio vocabatur: vnde quatuor Euãgelia scripta sunt. Et totus Orbis in nomine Trinitatis vocatur, vt cõgregetur Ecclesia. Quatuor autẽ ter ducta, duodecim fiunt. Aug. super Psal.

Elegit discipulos, quos & Apostolos nominauit: humiliter natos, inhonoratos, illiteratos: vt quidq̃d magnum

magnum essent, & facerent, ipse in eis esset & faceret. Habuit inter eos vnũ, quo malo vtens bene, & suæ passionis impleret depositũ, & Ecclesiæ sue tolerandorũ malorũ prębere exẽplũ. Au. 18. ḋ Ci. D.

Nõ quesierũt Apostoli honorẽ suũ sed Xp̃i: qa quotquot in Xp̃o. p̃ Euãgeliũ genuerũt, nõ Paulinos, aut Petrianos, sed Chr̃anos nominarũt. Id. sup. ps. 44.

Apostolorum eloquia fuerunt eorũ miracula. Idem lib. 1. de Ciuit. Dei.

Apostoli juriſperiti & Consiliarij Christianorum fuerunt: Idẽ. cont. Iudæ.

Multa tradiderunt Apostoli, quæ literis non mandarunt: Aug. de Bapt.

Quis iam desperet, aut de humilitate generis? aut de magnitudine criminis? cum videat sic inundasse cœlestis gratię fontem, vt & piscatorem Regibus pręponeret; & persecutorẽ Apostolis coęquaret? Ille enim dum pauperiem suam curat, & alimenta quotidiani victus quęrit in pelago, factus est diues in Christo: cui Reges & nationes famulantur in seculo Paulus vero dum vrget gladijs sanctorũ fidem, susceptiugũ, & magister factus est Gentiũ, forma martyrum, formido dæmonũ, indultor criminum, & virtutũ fons. Idem in ser. Apostо.

Apostoli ceu volucres, orbem terrarum percurrunt, alijs fuerunt odor mortis, alijs vitę. Chrys. sup Act.

Misit Christus Apostolos suos, quasi Sol radios suos, quasi rosa suauitates odoris sui, quasi ignis scintillas suas dispersit: vt sicut sol in radijs apparet, sicut

rosa in odoribus suis sentitur, sicut ignis in scintillis suis aspicitur: sic in illorum virtutibus Christi potentia agnoscatur. Idem super Matth.

Pater mi Timothee, si vidisses agones cõsumationis ipsorũ, defecisses qdẽ prę tristitia & dolore. Quis nõ fleret illa hora, qñ sentẽtia egressa est in eos .s. vt Petrus crucifigeretur, & Paulus decollaretur? Vidisse quidẽ turbas iudęorũ & gentiũ percutientes eos, & expuentes in faciẽ ipsorũ: sed adueniẽte terribili tẽpore cõsumationis eorũ, ligarunt colũnas mundi, non sine fratrũ gemitu & ploratu: & cũ separarẽtur ab inuicẽ, tũc Paul⁹ ait Petro. Pax tecũ fũdamẽtũ Ecclesiarũ, pastor ouiũ & agnorũ Christi. Ac Petrus ad Paulũ. vade in pace prædicator bonorum, mediator & Dux salutis iustorũ. Cum autẽ elongassent eos ab inuicẽ, secutus sum Magistrũ meũ, scilicet Paulum: non enim in eodẽ loco siue vico occiderũt eos. Dion. in Ep. ad Tim.

Scimus, qđ viri isti nec sibi vixere, nec sibi sunt mortui: sed ei, qui pro ipsis mortuus est: magis aũt nobis omnibus propter illũ. Pro nobis facit eorũ vita, eorũ doctrina, & etiá mors ipsa. Et in cõuersione eminẽtiá: in prędicatiõe sapientiá: in passione suá patientiá nobis beati Apostoli contulerũt: qui vsq; hodie cõferre nõ cessãt misericordia pleni, & sctãrũ oronũ fructib⁹. Paulus vltra humana rapt⁹ est ad tertiũ cœlũ: secreta cognouit, vt Ecclesię futurus Doctor inter angelos disceret, quod inter homines prædicaret. Ber. in ser. Pet. & Pau.

MARTYRIVM.

CHristi Martyrẽ non facit pœna sed causa: non enim suspicimus quòd passi sunt, sed propter quẽ passi sunt. Igitur nõ pœna in laude, sed fides in honore. magnificam⁹ ergo Martyres, nõ qa grauiorib⁹ subiacuere supplicijs, sed quia iustitiæ causa tolerauere supplicia: quia multos sceleratorũ peiora perpessos vidimus, sed nihil eis prosunt: quia Martyres causa iustificat: sceleratos conscientia sua damnat. Augustꝰ de Innoc.

Tres cruces vno in loco erãt: in vna latro liberãdus: in alia latro dãnand⁹: in media Christ⁹, alterũ liberatur⁹, alterũ dãnatur⁹: Quid simili⁹ istis crucib⁹? Quid dissimilius istis pẽdẽtibus? Au. Ep. ad Vinc.

Multum vniuersis hominibus etiã Martyres cõtulerunt: Quorum fortitudine ita Dñs eius largitor vsus est, vt pœnam mortis, & atrocitatem crucis nulli Sanctorum velit esse terribilem, sed multis fecit imitabilem. Idem in ser. de sanct. Lauren.

Occisi sunt Martyres ad multiplicãdã Ecclesiã. Valuit sctũs sanguis effusus seminatiõi: accessit mors Martyrũ, & multiplicati sũt xpiani. Aug. sup ps. 40

Omniũ fidelium bonorũ, maximè tamen gloriosorũ Martyrum vox est: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Idem in serm. de Mart.

Nos nostris Martyribus, nó tẽpla, & sacerdotia, & sacrificia cõstituim⁹: quoniã nõ ipsi, sed De⁹ eorũ nobis De⁹ est. honoram⁹ tñ memorias eorũ tanq̃ sanctorũ hominũ Dei, qui vsq; ad mortẽ pro veritate certauerunt, vt falsis religionibus vera innotesceret religio. Idem. 8. de Ciu. D.

BIBLIOTECA GRANADA

Qui ſe in Martyrum memorijs inebriãt, quomodo à nobis approbari poſſunt? cũ eos etiã ſi in domib⁹ ſuis id faciant, ſana doctrina cõdẽnet. Sed aliud eſt qd̃ docem⁹, aliud qd̃ ſuſtinemus, aliud qd̃ pręcipe iubemur, aliud qd̃ emẽdare pręcipimus: & donec emẽdem⁹, tolerare cõpellimur. Au. l. 20. Cõ. Fauſt.

Vulnerũ cicatrices in corporibus Martyrũ. quæ pro Chriſti nomine pertulerunt in illo regno fortaſſe videbimus: nõ enim deformitas in eis, ſed dignitas erit. & quędã quãuis in corpore, nõ tamẽ corporis, ſed virtutis pulchritudo fulgebit. Id. l. 22. d̃ Ci. Dei.

Mortes, in quas pagani ſæuierunt, in illis hodie refici mur. Natalẽ Martyrũ celebramus. Exempla Martyrum nobis proponim⁹. Attendimus fidem, quomodo inuenti, quomodo attracti, quomodo ſtete rint ante Iudices. Idem ſuper pſal. 39.

Omnium Sanctorum Martyrum Natalẽ diem deuotiſsimè celebramus: tamen præcipue eorum ſolemnitas nobis venerãda eſt, qui in noſtris domicilijs proprium ſanguinem fuderunt. Nam licet vniuerſi ſancti vbiq; ſint, & omnibus proſint: ſpecialiter tamẽ illi pro nobis interueniũt, qui ſupplicia apud nos pro Chriſto pertuliſſe probãtur. Martyr enim cũ patitur, non ſibi ſoli patitur, ſed oĩb⁹: ſibi enim patitur ad mortẽ, cęteris ad exẽplũ. Id. ſer. 1. d̃ Mart

Mors à perſequente Matyrium in aperto eſt: ferre vero contumelias, & odientem diligere Martyriũ eſt in occulta cogitatione. Greg. in Hom.

Quãuis occaſio perſecutionis deeſt: habet tamen & pax noſtra Martyrium ſuum: quia & ſi carnis colla non ſubdimus, ſpirituali tamẽ gladio deſyderia in mente trucidamus. Ibidem.

Martyrium propoſito, non euentu ęſtimatur. Chry. in Aduen. Dom.

Martyriũ ſine charitate implere impoſsibile eſt. Id. ſuper Ep. ad Heb.

Si adiuuante nos Domino, virtutem Patientiæ ſeruare contendimus, & in pace Eccleſiæ viuimus, Martyrij palmam tenemus. Ibidem.

Hoc enim baptiſma, ſcilicet Martyrium in gratia maius: in pietate ſublimius: in honore precioſi⁹. Cyp. in Ep.

Martyr quiſque eſſe poteſt ſine voluntate, ſed non contra voluntatẽ. Ber de Nat. D.

Martyrum fortitudo & fiducia, & tolerantia ex vulneribus Chriſti eſt. Idem ſuper Cant. ſer. 61.

Quod Martyrium grauius eſt, quam inter epulas eſurire? inter veſtes multas precioſas algere: inter diuitias paupertate premi? Propterea pauperibus pariter & Martyribus, regnum cœlorum promittitur: quia paupertate quidẽ emitur, ſed in paſſiõe quidẽ p̃ Xp̃o ſine dilatiõe percipitur: Id. in ſer.

ECCLESIA.

QVI in Eccleſia ineptis, & incongruis fabulis occupatur, quaſi venenum & gladium reliquis hominib⁹ ingerere, vel prębere cogno-

cognoſcitur: dū verbū Dei nec ipſe audit, nec alios permittit. Etenim ſi extra Eccleſiam occupari otioſis ſermonibus malū eſt: in Eccleſia verbo cinari quale peccatum erit? & quia nos diabolus de Eccleſia corporaliter repellere, in ipſa Eccleſia infructuoſis cogitatiōib⁹ conatur inuoluere: Au. ſ. d Or.

Eccleſia mater eſt, quæ nos de Xp̄o cōcepit: hęc Martyrū ſanguinē parturiuit: hęc in ſēpiternā vitā peperit, & fide lacte nutriuit, & nutrit. Id. ī Ep. ad Ie.

Sancta Eccleſia, in qua omnis Sacramēti terminatur auctoritas, Mater, & virgo, corpore caſta, prole fœcunda, Sponſa Chriſti pie nutrit filios, quos Deo Patri dignos aſſignare contendit. Filij boni amate tantam matrem: Filij boni nolite deſerere quotidie vos requirentem. Rependite vicem: amate amantem, Idem de Symb.

Cōgruis alimētis Eccleſia paſcit quos portat in vtero: vt ad diem partus ſui lætos læta perducat. Ibid.

Si quis abſque Eccleſia inuentus fuerit, alienus erit à numero filiorū Dei, nec habebit Deū Patrē, qui Eccleſiam noluit habere Matrem, Ibidem

Cognoſcatur vna vera & Sctā Regina catholica: cui Regnū Chriſtus tale dedit, quod eā per totū mundū diffundens, ab omni macula & ruga mundana totā pulchrā ſuo aduētui præparauit. Aug. Ibidē.

Dormit Adā vt fiat Eua: moritur Chriſtus, vt fiat Eccleſia. Dormiente Adā, fit Eua de latere: mortuo Chriſto, larus Chriſti percutitur, vt profluāt Sacramenta, vnde formetur Eccleſia. Au. de ver. Innoc.

Illa,

Illa, quæ per vniuerſam cuſtodiūtur Eccleſiā, ab ipſis Apoſtolis tradita, & commemorata creduntur: quamuis in eorum dictis vel concilijs non reperiuntur. Idem lib. 2. de Bapt.

Vt omittā ſynceriſſimā ſapientiam, quā vos hæretici in Eccleſia catholica non creditis: multa ſunt alia, quę in ei⁹ gremio me iuſtiſſime teneāt. tenet nāq; cōfeſsio populorū ac gentiū: tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata. Tenet ab ipſa ſede Petri apoſtoli, cui paſcēdas oues ſuas Dñs poſt reſurrectionē cōmendauit: vſq; ad præſentē Epatum ſucceſsio ſacerdotū. Tenet poſtremo ipſum catholicę nomē: qđ nō ſine cauſa inter tā multas hęreſes, ſic iſta ſola Eccleſia obtinuit: vt cū oēs hęretici ſe catholicos dicive lint, quærēti tū peregrino alicui, vbi ad catholicā perueniatur: null⁹ hęreticorū vel baſilicā ſuā, vel domū valeat oſtēdere. Iſta ergo tāta, & tot nominis Chriſtiani clariſsima vincula, ratione hominē tenēt credentē in Catholica Eccleſia: etiā ſi propter noſtrę intelligētiæ tarditatē, vel vitæ meritū nondū apertiſsime ſe oſtēdat. Au. in Ep. ad Dioſ.

Ego Euangelio non crederem, niſi me Eccleſię cōmoueret Auctoritas. Ibidem.

Quantum quis amat Eccleſiam, tantum habet ſpiritum Sanctum. Aug. ſuper. Ioan.

Quadripartita Chriſti Dñi noſtri veſtis, quadripartitam figurauit eius Eccleſiā, toto. ſ. (qui quatuor partib⁹ cōſtat) terrarū orbe diffuſam, & omnibus

eiſdē

eisdem partibus equaliter, ideſt, concorditer diſtributam. Ibidem.

Vbicunq; timetur Deus & laudatur: ibi eſt Eccleſia Chriſti. Idem ſuper pſal. 19.

Eccleſiam accipite fratres non in ijs ſolum, qui poſt Domini Aduentum & Natiuitatem eſſe cœperunt: ſed omnes quotquot fuerunt ſancti ad ipſam Eccleſiam pertinent. Idem in ſer. Iacob & Eſau.

In Eccleſia templum non eſt, ſed Dominus omnipotens templum eius eſt. hocideo, quia Deus in Eccleſia, & Eccleſia in Deo eſt. Ibidem.

Templum Dei ſanctum, ipſa eſt Eccleſia ſancta, Eccleſia vna, Eccleſia vera, Eccleſia catholica contra omnes hereſes pugnãs: pugnare poteſt, expugnari non poteſt. Hereſes de illa omnes exierunt, tanquàm ſarmenta inutilia de vite præſciſa: ipſa autẽ manet in radice ſua, in vite ſua, in charitate ſua: portę inferorum nõ vincunt eam. Idẽ de Symb.

Non ſolum à tempore corporalis præſentiæ Chriſti, & Apoſtolorum eius, ſed ab ipſo Abel, quem primum iuſtum impius frater occidit, & deinceps vſq; in huius ſeculi finem inter perſecutiones mũdi, & conſolationes Dei peregrinando procurrit Eccleſia. Auguſt. 18. de Ciuit Dei.

Quiſquis à ventre Eccleſiæ ſeparatus fuerit, neceſſe eſt vt falſa loquatur. Idem ſuper pſal. 87.

Poteſt fieri, vt homo mentiatur: non poteſt fieri, vt veritas mẽtiatur. Ex veritatis ore cognoſco Chriſtum, ipſam veritatem: ex veritatis ore cognoſco Eccleſiam

Eccleſiam participem veritatis. Nemo mihi falſa loquatur, qui errauit in vtero, in viſceribus Eccleſiæ. Idem ſuper pſal. 87.

Auellæ radium ſolis à corpore, diuiſionem lucis vnitas non capit. frange ab arbore ramum, fructũ germinare non poterit: à fonte præſcinde riuum, præſciſus areſcit. Sic & Eccleſia Domini luce perfuſa, per orbem totum radios ſuos porrigit: non tamen lumen eſt, quod vbiq; diffunditur, nec vnitas ſeparat: ramos ſuos per vniuerſam terram copia vbertatis extendit: profluẽtes largiter riuos latius expandit: vnum tamen caput eſt, & origo vna, & vna mater fœcunditatibus, ſucceſsibus copioſa. Auguſt. contr. Creſ.

Nuſquàm tam vigere debent viſcera miſericordię, & in Eccleſia catholica: vt tanquàm vera Mater neq; peccantibus filijs ſuperbe inſultet, nec correptis difficile ignoſcat. Idem de Perf. Iuſt.

Eccleſia maiore ſemper vtitur poteſtate: vt nõ ſolum inuitet, ſed etiã cogat ad bonũ. Idẽ in Ep. ad Do.

Sicut alleuiatur corpus cũ euomuntur humores mali: ſic alleuiatur Eccleſia, cum exeunt hæretici, & homines mali. Idem ſuper Canon. 10.

Quod ſemel auctoritate Apoſtolica firmatum eſt, nõ amplius eget firmitate. Greg. in Reg.

Eccleſia in omnibus quæ ſapit, ſenſum ſuum humiliter deprimit. Idem. 14. Mor.

Eccleſia afflictionis tempore, prouerbium prauis efficitur. Idem. 20. Mor.

Locus videndi Deum Ecclesia est. Idem.25.Mor.

Ecclesia nunc spiritualiter facit, quod per Apostolos corporaliter faciebat. Ibidem.

In Ecclesia nec boni sine malis, nec mali sine bonis esse possunt. Idem super Ezech.

Ecclesiã Chr̃us crucis hęredẽ costituit. Id. sup. 1. Reg.

Exẽplo illius, quę sursum est mater nostra: hęc quoq; quæ peregrinatur, habet cœlos suos, homines spirituales vita & opinione cõspicuos, fide puros, & spe firmos, latos charitate, cõtẽplatione suspensos, & ij pluẽtes pluuiã verbi salutaris, tonant increpationibus, coruscãt miraculis. Ber. sup Cãt. ser. 27.

Summum victoriæ genus est, diuinæ credere Maiestati: & non reluctari auctoritati matris Ecclesiæ, summus honos & gloria est. Idem in sententijs.

Synagoga pactũ cõuẽtionis egit cũ Deo, Ecclesia aũt beneplacito volũtatis inititur. Ibidem ser. 11.

Tenet Ecclesia Christũ: & ab eo tenetur. Ibidẽ ser. 79.

Pulcher status Ecclesiæ est auctoritas Pręlatorũ, clericorum decus, populi disciplina, Monachorum quies. Ibidem ser. 46.

Ecclesia spũalis medicinę loc⁹ est. Chry. đ ꝟb. Iesaię.

Ecclesia radicem habet in cœlo. Ibidem.

Ecclię nomẽ plęrũq; multitudinis ẽ. Id. sup Ep. ad Th

Omnia, quę in Ecclesia consyderantur, in Christum referri possunt. Ibidem.

Ecclesiæ rudi leuia sunt ĩponẽda. Hier. aduer. Iouin.

Nõ altera Romanę vrbis Ecclesia, altera totius orbis ęstimanda est. Idem ad Euand.

Ec-

Ecclesia est media inter cœlum, quod est tantum locus bonorum: & infernum, qui est tantum locus malorum: ipsa vero media est: quia indifferenter colligit bonos & malos. Ibid.

Differẽtia est inter Synagogam & Ecclesiã. Nam Synagoga est congregatio: Ecclesia autem vocatio. Possunt autem irrationabilia congregari, vocari autem non: & ideo visum est Doctoribus nominare Ecclesiam. Raba. super Mattheum.

Ecclesia, cum ad finẽ seculi perducetur, tũc incipiet esse vberrima: tũc enim passiõib⁹ electorũ cito implebitur numerus bonorum. Cassiod. sup psal. 30.

LEX DIVINA ET PRÆCEPTVM.

QVOD permittitur ad non, etiã facere nõ licet: quod autẽ iubetur, nisi fiat, peccatũ est. Aug. contr. Manich.

Breue pręceptum est. Ille placet Deo, cui placet De⁹. Idem super Psalm. 13.

Lex Dei sempiterna est, quam omnes pię mentes cõsulunt: vt quod in ea inuenerint, vel faciant, vel iubeant, vel vetent, secũdum quòd illam incõmutabili veritate perceperint. Idem Quæst. 87.

Multo sceleratius quæ lex prohibet, cõmittũtur, quã si nulla lege prohiberentur. August. Quæst. 83.

Nulla est anima quãuis peruersa, quæ tñ ratiocinari possit, in cui⁹ cõsciẽtia nõ loquatur De⁹. Quis. n. scripsit in cordib⁹ hominũ legẽ naturalẽ, nisi Dñs?

 sci-

ſcilicet: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Idem lib. 2. de Ser. Dñi in monte.

Spiritu ſancto tanquàm digito Dei lex Dei in mente datur: & incordibus ſcribitur, non quam memoria teneant, & vita negligant; ſed quam ſciant intelligendo, & faciãt diligendo in latitudine amoris, non in anguſtia timoris. nã qui timore pœnę, non amore iuſtitiæ opus legis facit, profecto inuitus facit: Quod autem inuitus facit, ſi poſſet fieri, mallet vtiq; nõ iuberi: ac per hoc legis, quã vellet non eſſe, non eſt amicus, ſed potius inimicus: nec mũdat opere, qui immundus eſt voluntate. Idem ſuper Pſalm. 118.

Lex data eſt, vt gratia quæreretur: gratia data eſt, vt lex impleretur. Idem de ſpi. & lit.

Lex prohibendo auget peccati cupiditatem: perficitur autem Chriſti charitate. Idem de perf. iuſt.

Legis litera, quæ docet non eſſe peccandum, ſi ſpiritus viuificans deſit, occidit. Scire enim potius facere peccatum facit, q̃ cauere. Idẽ de ve. innoc.

Qui dedit legem, ipſe dedit & gratiam: ſed legẽ per ſeruum miſit, cum gratia ipſe deſcẽdit. Ibidem.

Tunc lex impletur, dum non cupiditate rerum temporalium, ſed charitate illius, qui præcipit, fiunt quęcunq; præcipit. Idem de Cat. Rud.

Lex in hoc adiutorium data eis, qui ea legitime vtũtur: vt per illam ſciãt vel quid iuſtitiæ iam acceperint, vnde gratias agant: vel quid eis adhuc deſit, quod inſtanter petant. Idem Epiſt. ad Hil.

Lex

Lex æterna eſt ratio diuina, vel voluntas Dei, ordinem naturalem conſeruari iubens, perturbari vetans. Idem contra Fauſt.

Sicut æger non debet reprehẽdere medicinalem doctrinam: ſi aliud hodie præcipit, aliud cras prohibens, etiam quod aliquando præceperat, ſic enim ſe habebat ſanandi eius corpus ratio: ita genus humanum ab Adam vſq; in finem ſeculi quãdiu corpus, quod corrũpitur aggrauat animam, ægrũ atq; ſaucium, non debet reprehendere diuinam medicinam: ſi in quibuſdam illud, in quibuſdam vero aliud prius, aliud poſterius obſeruandum eſſe præcepit: præſertim quia ſic aliud ſe præcepturum eſſe promiſit. Ibidem.

Nihil Deus iubet, quod illi profit: ſed illi, cui iubet. Ideoq, verus eſt Dominus, qui ſeruo non indiget: & quo ſeruus indiget. Idem in Epiſto. ad Marc.

In ijs rebus in quibus nil ſtatuit certum ſcriptura diuina, mos populi Dei, vel iuſtitia maiorum pro lege tenenda ſunt: & ſicut præuaricatores legum diuinarum, ita contẽptores conſuetudinum Eccleſiaſticarum coërcendi ſunt. Idem in Ep. ad Caſ.

Præceptum idem amantibus gratia, & timentibus lex eſt. Idem ad Simp.

Veteris & nouæ legis varietas ad ſapientiam Dei referenda eſt, Idem. Ep. 95.

Qui lege accepta nati ſunt, plæriq; lucem non viderunt. Gre. 24. Mor.

Qui Dei præceptis inſeruiunt, aduentũ eius ſpecer-

ta prestolantur. Idem.31.Mor.

Qui legem carnaliter accipit,insulsum cibum comedit. Idem.6.Moral.

Lex naturæ maior est,quàm legũ prescriptio. Amb. 1.de Abrah.

Lex iubet:gratia iuuat. Idem Ep.95.

Lex ira,Euangelium gratiam nunciat. Hier.ad Dam.

Maiorum precepta leges apostolicas arbitrentur pro uinciæ. Idem ad Luc.

Quid tam superbum? Quid tam ingratum videri potest,quàm aduersus eius viuere volũtatem,à quo ipsum viuere acceperis? quàm illius præcepta despicere,qui ideo aliquid imperet,vt causam habeat remunerandi? Idem in ep.

Merito dedit præceptum, qui præmisit exemplum. Cassiod.super Psalm.

Ad mandata Dei hominibus inest secundum naturã inclinatio & vis. Basilius in Quæst.

Nihil Deus iubet, quod illi prosit: sed illi, cui iubet: ideo verus est Dominus, qui seruo non indiget: sed quo indiget seruus. Hier.ad Marcel.

Omnis terrena merces vilis est præ ipsis mandatis Dei: nec vlla ex parte comparantur alia quæcunq; hominis bona ijs bonis,quibus homo sit bonus. Idem super psalm.118.

SCRIPTVRA SACRA.

Ideo

IDEO multipliciter aliqua in scriptura sacra dicta sunt: vt varietas locutionis fastidium toleret veritatis. Aug.super psalm.140.

Non omnia, quæ gesta narrantur,aliquid significare putanda sunt:sed propter illa quæ aliquid significãt,attexuntur. Idem de Ciu.Dei.16.

Sic se habet obscuritas Scripturarum, vt sit difficile vnum parere intellectum:quicunq; tamen intellectus exierit, opus est vt regulæ fidei congruat. Idem super ps.74.

Sunt in Scripturis sanctis profunda mysteria: Quæ ad hoc absconduntur, ne vilescant,ad hoc quærũtur,vt exerceant:ad hoc aperiuntur, vt pascant. August.super ps.140.

Honora scripturã Dei, honora verbũ Dei etiam nõ apertũ:differ pietate intelligẽtiã,noli peruus esse &accusare aut obscuritatẽ,aũt quasi puersitatẽ scripturę.Peruersũ hìc nihil est,obscurũ aũt aliqd est, non vt tibi negetur, sed vt te exerceat acceptum. Idem super Psal.146.

Maior est Scripturę huius auctoritas,quã ingenij humani perspicacitas:voluitq; Dominus contra infidiosos errores firmamentũ ponere in Scripturis: cõtra quas nullus audeat loqui.Idẽ super Cã.soã.

Quod qsq; in Scriptura intelligere nõ põt:Scripturę Dei det honorẽ,sibi timorẽ. Idem li.1.super.Gen.

Caueat prudens Scripturarum lector, ne sensui suo accommodet scripturas: sed scripturis sensum suum. Idem in Hom.

Ad lectionem Scripturarum talis homo accedat, qui de ſanctis literis tam ſanctè & veraciter exiſtimet, vt nolit aliqua eorum parte delectari per officioſa mendacia, potiuſq; id quod non intelligit, trāſeat, q̄ cor ſuū præferat illi veritati. Aug. Epi. ad Hiero.

Contra rationem nemo ſobrius: contra Scripturam nemo Chriſtianus: contra Eccleſiam nemo pacificus ſenſerit. Idem. 4. de Trin.

Cum primo ad Scripturas diuinas ante vellem afferre acumen diſcutiendi, quàm pietatem quærendi: ego ipſe contra me peruerſis moribus claudebam ianuam Domini mei, quam pulſare debebam, vt aperiretur: faciebam vt clauderetur: ſuperbus enim audebam quærere, quod niſi humilis, nō poterat inuenire. Idem de Cont. Matth. & Lucæ.

Sacra ſcriptura paruulis congruens, nullius generis verba vitauit: ex quibus quaſi gradatim ad diuina atq; ſublimia noſter intellectus velut nutritus aſſurgeret. Idem, 1. de Trin.

Doctrina fidei non ideo eſt contemnenda, quia breuis: ſed ideo facilius & cautius tenenda, quia nō inutilis in breuitate eſt. Idem de perf. San. Vid.

Homo fide & ſpe & charitate ſubnixus, eaſq; inconcuſsè retinens, nō indiget Scripturis, niſi ad alios inſtruēdos. Itaq; per hæc tria multi in ſolitudine ſine codicibus viuunt. Idem lib. 1. de Doctr. Chr.

Omnis morbus animæ habet in ſcripturis medicamentum ſuum. Idem lib. 2. de Do. Chr.

Vbi ſcriptura deficit: illic authoritas Eccleſiæ incipit. Idem contra Creſ. lib. 2.

Ad ſcripturæ intellectum, rerum naturalium cognitio neceſſaria eſt. Ibidem.

Scripturæ tunc commodiſsimè explicantur, cum hęreticis reſpondere cogimur. Aug. ſuper Pſalm. 76.

Scripturarum intellectum impedit mēs impia. Idem de Ver. Apoſt.

Scripturæ lectio obiecta fortuito, eſt Oraculum. Idem. 8. Confeſ.

Diuina eloquia cum legente creſcunt: nam tanto illa quiſq; altius intelligit, quanto altius intendit. Greg. in Moral.

Scriptura ſacra in vtroq; teſtamento, & monendo recta eſt, & promittendo alta, & minando terribilis. Idem ſuper Ezech.

Tanta ac talis eſt diuinæ ſcripturę ſublimitas, vt non ſolum verba, quæ à ſanctis, vel ab ipſo Domino dicta referātur: ſed etiam circunſtantiæ rerum quæ ſimpliciter poſitæ videntur, ſpiritualibus ſunt plena myſterijs. Idem in Hom.

Vtere lectione diuina vice ſpeculi, fœda corrigēdo, pulchra conſeruādo, & pulchriora faciendo: Scriptura enim ſpeculum eſt fœda oſtendens, & corrigi docens. Hier. ad Demet.

Si quidquàm eſt, quòd in hac vita virum ſapientem teneat, & inter preſſuras & turbines mundi ęquo animo manere perſuadeat: id eſſe primum reor, meditationem & ſcientiam ſcripturarum. Idem ſuper Epiſt. ad Eph.

Quod medicorum est, promittunt Medici, tractát fabrilia fabri. Sola scripturarum est ars, quã sibi passim omnes vendicant. Idem in Prol. Bibl.

Solent viri & solent monachi, & solent mulierculæ hoc inter se habere certamen, vt qui plus ediscũt Scripturas, in eis se putent esse mediores. Dico autem, ille plus didicit, qui plus facit. Cæterum si quod tu ediscis, ego facio: magis mea opera scripturas tenent, quàm tuus sermo, qui vane resonat. Idem super Psalm.

Autoritates Diuinę Scripturę sunt approbatę, & possunt tanq̃ leges allegari in causis. Apud Iurisc̃os.

Scriptura Diuina domesticam habet gratiam. Chry. super Gen.

Scripturæ sanctæ etiam angelis proponendæ sunt. Idem super Ep. ad Gal.

In Scripturis ignorás etiá inuenit quid discat: cõtumax quid timeat: laborans præmia, pusillanimis mediocres iustitię cibos: qui etsi pinguem non faciunt animam, mori tamen non permittunt. Idem super Math.

Quidquid terribile est in scripturis, vsu vilescit: propterea clericus, qui semper meditatur Scripturas, aut animo obseruaturus est, & erit perfectus: aut si semel cœperit illas contemnere, nunquam excitatur in illis, vt timeat. Idem Ho. 25.

Cœlestium scripturarum eloquia diu terer ac polire debemus, animo ac corde versantes: vt succus ille spiritualis cibi in omnes animæ venas se diffũdat. Amb.

Amb. de Cain & Abel.

Omnis latitudo scripturarũ in Oratione Dominica, & Symboli breuitate concluditur. Isid. de summo Bono.

Ad sacræ scripturæ cognitionem opus est intima compũctione potius, quàm profunda inuestigatione: suspirijs, quàm argumentis: oratione, quàm lectione: gratia lachrymarum, quàm scientia literarum. Hugo de An.

Intellectus sacræ scripturę à solo Deo sperandus est. Ber. super Cant. ser. 2.

Sacræ scripturæ verba pudicis auribus suscipienda sunt. Ibidem ser. 63.

Verba sacræ scripturæ, delicioſa, solida, & efficacia sunt. Ibidem ser. 69.

EVANGELIVM, ET EVANGELISTÆ.

INTER omnes diuinas authoritates, quæ sanctis literis continentur, Euangelium merito excellit, quod enim lex & prophetæ futurum prænunciauerunt, hoc redditum, & completum in Euãgelio demonstratur. Aug. de Cons. 4. Euan.

Nos sic audiamus Euangelium, quasi præsentem Dominum: nec dicamus: O illi fœlices, qui eum audire potuerunt. quia multi in eis, qui viderunt, occiderunt: & multi in nobis, qui non viderunt, crediderunt. Idem super Ioan.

Euangelica præcepta, nihil aliud sunt quã magisteria diui-

diuina: fundamẽta ædificãdæ spei, firmamenta cõ probandæ fidei: Quæ dum dociles credẽtium mẽtes in terris instruunt, ad cœlestia regna perducunt. Idem in Pro. de Ora. Do.

Posuit Dominus remedium contra ægritudinẽ animæ: nam cum caput tibi dolet, laudamus, si Euangelium tibi ad caput posueris, & non ad ligaturã cucurreris. Sed melius, si ponatur ad cor, vt sanetur cor. Idem super Ioan.

Nos ad Christum adorandum fulgens Euangelium veritatis, tanquam de cœlo stella perduxit. Idem ser. 3. de Epiph.

Tota intentio cordis nostri ad Euangelium feratur, nemo aliunde cogitet: Si enim qui totus adest, vix capit: quis se per cogitationes diuersas diuidit, non ne quod cæperat fundit? Aug. super Ioan.

Nos ministri sumus verbi Dei, & scientię Euangelij: cui nemo sine gloria seruit, & quam nemo sine pœna contemnit. Idem ser. de Quad.

Christus Dominus quando parat homines Euangelio, nullam admittit temporalis aut carnalis pietatis excusationem. Idem de Ver. Dñi.

Quod in sancto Euangelio breuiter dicitur, non breuiter oportet exponi, vt quod auditur, intelligatur: verba enim Domini pauca, sed magna sunt: nec numero sunt æstimanda, sed pondere. Idem super Ioan.

Quatuor sunt Euangelistę in toto terrarũ orbe notissimi: & ob hoc fortasse quatuor, quoniam quatuor

tuor sunt partes orbis terræ: per cuius vniuersitatem Christi Ecclesiam dilatari ipso sui numeri sacramento, quodammodo declararent. Idem de Cons. Euang.

Omnibus discipulis suis Christ⁹ per hominem, quẽ assumpsit, tanquàm membris sui corporis caput est. Itaq; cum illi scripserunt quę ille ostendit, & dixit: nequaquàm dicendum est, quòd ille nõ scripserit: quoniam quidem membra eius id operata sunt, quod dictante capite cognouerunt, Ibidem.

Nos mouere non debet, si quod alius Euangelista dicit, alius prætermittat: tanta namq; auctoritas sancti Euangelij est, vt quia in eis loquebatur vnus spiritus verum sit, & quod dixerit vnus. Idem de Quæst. Euang.

Euangeliũ à malo bene prædicatum proderit. Idem con. Ep. Par.

Euãgelij doctrina vtilis etiá est Reip. morib⁹. Idẽ Ep.

Euãgeliũ iã in toto mundo prædicatũ est. Idẽ Ep. 7.

Multa per Prophetas seruos suos Deus dici voluit: sed quanto maiora sunt quę filius loquitur, quàm Dei sermo, qui in prophetis fuit, propria voce testatur. Cypr. de Ord.

Regiæ literę, cum in Senatu leguntur: non sine magna omnium attentione leguntur. Quę igitur attentio pręstanda est regis cœlestis literis, scriptisq; diuinis? præsertim cum nuncia sunt de terra longinqua, procul q; remota: non Indorum, sed cœlorum Chrys. super Matth.

EX

EX GRÆCIS ET LATINIS.

NON qui plurima legit, sed qui vtilia, spectosus habendus. Arist. ap. Diog. li i.

Studiosis non vacat meminisse voluptatum. Plut. de tuenda vale.

Lectio multorum voluminum, & omnis generis auctorum, habet aliquid vagum & instabile. Certis ingenijs imorari & innutriri oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat. Seneca. Epist. 2.

Qui legere non potest quantum habet: sat est habere quantum legat. Ibidem.

Alit lectio ingenium. Ibidem.

Probatos semper libros lege: & si quando ad alios diuerti libuerit, ad priores redi. Sene. Ep. 2.

Incredibile est, quantum morae lectionis festinatione adijciatur. Ibidem.

Lectio libera est, nec actionis impetu transcurrit: sed repetere sepius licet, siue dubites, siue velis memoriæ affigere. Quint. lib. 10.

In scholis omnia libere fingimus, & impune: quia profecto est quicquid volumus. Idem lib. 6.

Lectionem sine vlla electione negligo. Cic. 2. Thusc.

Diuersa sunt hominum studia: & suaquisque studio maximè ducitur. Idem de Finib.

Vt ex studijs gaudium, sic ex hilaritate studium prouenit. Ibidem.

Multum legendum, sed non multa. Plin. Iun. lib. 6.

Studium vnicum doloris leuamentum est. Idē li. 8.

Vt in vita, sic in studiis pulcherrimum & humanissimum existimo, seueritatem comitatemque miscere: ne illa in tristitiam, hæc in petulantiam procedat. Ibidem.

Quia plærumque euenit, vt eorum quæ meminim⁹ memoria nos deficiat: ea sæpius ex commentario reuocanda sunt. Colum. lib. 11.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Quod vobis lectum est, nullo modo arbitremini satis vobis innotescere potuisse. Si ergo fructuosissimum habere vultis, non vos pigeat relegēdo habere notissimum. Aug. de Cor. & Gr.

Nescientibus legem, lectio pro prædicatore est. Idem super psal. 121.

Lectio tunc vtilis est, cum facimus quæ legimus. Idem de Op. Mo.

Legentibus Deus loquitur. Aug. super Psal. 85.

In verbis sacræ scripturæ, iste studij nostri debet ordo seruari, vt hæc ideo cognoscamus, quatenus de iniquitate nostra compuncti, & cognoscentes mala, quæ fecimus, ipsa vitemus: ne alia faciamus: & cum iam ex magno vsu lachrymarum de peccatorum remissione cæperit esse fiducia, per verba Dei, quæ intelligimus, ad vitam quoq;

alios trahamus. Greg. super Ezech.

Vnum illud tibi repetam, & prędicans iterũ iterũq; monebo, vt animũ tuum sacrę lectionis amore occupes: ne in aliena terra pectoris tui semẽ lolij aut auenarum suscipias: nec semel monuisse contẽtus sum: Ama Scripturas sanctas, & amabit te sapientia: dilige eam, & seruabit te: honora illam, & amplexabitur te. Hier. ad Demet.

De Scripturis sanctis habeto quotidianum pensum: nec ante quieti membra componas, q̃ calathum pectoris tui subtegmine impleueris. Post Scripturas sanctas, doctorum hominum tractatus lege: eorum dumtaxat, quorum fides nota est. Non necesse habes aurum in luto quærere: multis margaritis vnam redime margaritam. Idem ad Furiã.

Sit ipsa lectio temperata: cui finem consilium, non lassitudo imponat: Nam studium intemperans lectionis in reprehensionem cadit: & quod laudabile est in suo genere, fit nimietate sua culpabile. Idem ad Demet.

Sit in manibus diuina lectio, in sensibus diuina cogitatio. Oratio iugis omnino non cesset. Salutaris operatio perseueret. Spũ alibus semper actibus occupemur: vt quotiescunq; accesserit inimicus, & clausum aduersus se pectus inueniat, & armatum. Cypr. in EP.

In literis prudens inuenit, vnde sapientior fiat. Ibi bellator accipit, vnde animi virtute roboretur. In de Princeps accipit quomodo populos sub equitate com

te componat. Nec aliqua in mundo potest esse fortuna, quam literarum non augeat gloriosa notitia. Pet. Ra. in Ep.

Omnino iniquum est studijs dehonestari minoribus: & eos quos grauia & ardua expectant officia, voluptatis & vanitatis occupationibus agitari. Chr. de Cur. Nũg.

Omnis profectus ex lectione & meditatione procedit: quæ enim nescimus, legendo discimus: quę discimus, meditãdo cõseruamus. Isid. de sum. Bono.

Optimus lector est qui non cogit illud dictis contineri: quod ante lectionem præsumserit ad intelligendum: sed qui doctorum intelligentiam exspectat. Hilar. 1. de Trin.

CONTEMPLATIO ET MEDITATIO.

ME compellebam, vt aliquid in nocte præter codices mecum agerem: & apud me ipsum consuefacerem habitare animum meum. Aug. de Ord. Rerum.

Meditatiõ parit scientiam: Scientia compunctionẽ: compunctio deuotionem: deuotio cõmendat orationem. Meditatione assidua homo ad cogitationẽ suam illuminatur: in compunctionem ex consyderatione malorum suorum ducitur, ex occulto sed magno cordis dolore tangitur. Idem lib. Med.

Orationi sanctæ sancta meditatio necessaria est, & omninõ oratio pfecta nequit esse sine ea: oportet

enim eã comitetur, atq; precedat. Idẽ dOrãd Deũ.

Contemplatio merces est fidei. Idem. 1. de Trin.

Contemplatio Diuinitatis, est omnium nostrarum actionũ finis, atq; æterna perfectio gaudiorũ. Ibi.

Tanta in cõtemplanda veritate voluptas est, quãta cũq; ex parte eã quisq; contẽplari potest: tãta puritas, tanta synceritas, tã indubitata rerũ fides: vt nec quidq̃ præter eã scisse se aliquãdo aliqs putet, cũ sibi scire videbatur & quo minꝰ impediatur anima totę in hęrere veritati. Mors, quę antea metuebatur, ab hoc corpore omnimoda fuga, & etiã elapsio, p magno munere dẽ sideretur. Au. dQuãt. Au.

Animus contemplantis videre valet, quod loqui nõ valet. Greg. 5. Mor.

Cuilibet officio & statui contemplatio tribuitur. Idem super Ezech.

Contemplatio non semper summis, sed interdum infimis datur. Ibidem.

Contẽplator creata omnia linquẽs, ingreditur imaginationis mysticam caliginẽ: eo quod nil cognoscit supra sensũ mentẽq; cognoscẽs. Dion. dMyst.

Ad hanc lucidam caliginem admitti oramus: vbi nõ videre, & non scire, est veraciter videre & scire. Ibidem.

Tria sunt, quæ vagam mentem stabilem faciunt: vigilię, meditatio, & oratio: quarum assiduitas, & iugis intentio confert animæ stabilem firmitatem. Cassia.

Tria sunt genera Meditationũ. Vnum in creatis: alterum

rum in scripturis: tertium in moribus. Primũ surgit ex admiratione: secundũ ex lectione: tertiũ ex circũspectiõe. Admiratio generat quęstionẽ. Quęstio inuestigationẽ: inuestigatio inuẽtionẽ. Lectio ad cognoscẽdã veritatẽ materiã ministrat: meditatio coaptat: Oratio subleuat: operatio cõponit: & cõtẽplatio in ipsam exultat. Hugo. 3. de Anima.

Vnum dico mirũ quidem, sed verum: animã Deum vidẽtem haud secus videre, quàm si sola videatur à Deo. Bern. super Can. serm. 69.

Hoc certè habet vera & casta contemplatio, vt mentem, quam diuino igne vehementer accenderit, tanto repleat zelo adquirendi Deum, vt qui cum simpliciter diligunt: otium contemplationis pro studio prædicationis libentissime intermittant. Bern. super Can. serm. 57.

Rerum cupiditatibus viuendo non teneri humanæ virtutis est: corporum vero similitudinibus specu lãdo non inuolui, angelicæ puritatis est: vtrũq; tamen diuini muneris est. Ibidem.

Meditatione pericula agnoscimꝰ. Idẽ ser. de S. And.

Contemplatio diuinæ suauitatis solis mente & corpore puris conceditur. Idem super Cant. ser. 57.

Contemplationis & actionis necessaria vicissitudo est. Ibidem ser. 38.

Contẽplationis accessus duo sunt: vnꝰ in intellectu, alter in affectu: vnꝰ in lumine, alter in feruore: vnꝰ in adquisitione, alter in deuotione. Ibidem ser. 49.

Contemplationis quies pro animarũ lucro libenter

intermittenda est. Ibidem ser.52.

Contemplatione pausat anima ægrota. Ibidē ser.16.

Contemplatiua vita est nobis eligēda: Actiua vero, si præcipitur, patienter est tolerāda. Idē super ps.84.

Contemplatiuorum alij ascendunt, alij rapiuntur. Idem in Ep.

Tepidum cū te reperis, ne discedas ab eloquio Dei: valde enim ignitum est. Idem de vtil. ver. D.

CONSYDERATIO ET COGITATIO.

EX GRÆCIS.

CONSyderata meditatio orationem de congrua mensura vagari non sinit. Plutar. de educ. Liberis.

Antequàm domo quis exeat, recogitet quid acturus sit: cum redierit, quid egerit. Diog. lib.1.

Eadem est meditatio bene viuendi, & bene moriendi. Idem lib.10.

Apud mortales alterę semper cogitationes sapientiores sunt. Euripides in Hip.

Et quæ longè absunt, & quæ propè sunt, consyderari debent. Ibidem.

Quod expediat, latet, atq; obscurum est: sed sapientis viri cogitatione cernitur, hominis eloquentis oratione declaratur. Demosth. 1. Olynt.

Quorundam subitæ cogitationes, meditatis aliorum consilijs præcellunt. Ibidem.

Cogitatio orationis est fons. Scob.

EX

EX LATINIS.

¶ Aliquid quotidie aduersus paupertatem, aliquid aduersus mortem auxilij compara, nec minus aduersus cæteras pestes: & cum multa percurreris, vnū excerpe, quod illa die concoquas. Sene. Ep.2.

Minus afficit sensus fatigatio, quàm cogitatio. Quintil. lib.1.

Cogitatio paucis admodum horis magnas etiā causas complectitur. Hęc quoties intermissus est somnꝰ, ipsis noctis tenebris adiuuatur. Hæc inter medios rerum actus aliquid inuenit vacui, nec otiū patitur. Idem lib.10.

Ad rem gerendam qui accedit, caueat, ne id tantum consyderet, quàm illa res honesta sit: sed etiam vt habeat efficiendi facultatem. In quo consyderandum est illi, ne aut temere desperet, propter ignauiam: aut nimis confidat, propter cupiditatem. In omnibus autem negotijs priusquàm aggrediare, adhibenda est præparatio diligēs. Cicero, 1. de Of.

Docto homini atq; erudito, cogitare viuere est. Idē. 4. Arcad.

Quoniam multum prodest animi præuisio, & præparatio ad minuendum dolorem: sint semper homini omnia humana præmeditata. Idē. 3. Thusc.

Simul cogitant defensionem iniuriā molientes. Sal. de Bello Iug.

Homines aut mortalitatem suam, aut immortalitatem cogitare debent. Pli. Iun. lib.9.

Nemo aliud pōt cogitare, q̄ quod diligit. Colū. li 2.

Verſamur in varijs cogitationibus, vbi prima quęq; damnamus. Cur. lib. 6.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶In omni opere quod cogitas facere, primum cogita Deũ: & ſi ſecũdum Deum eſt quod cogitas, perfice illud: ſi verò aduerſum fuerit repertũ, amputa illud ab anima tua: & omnia per ſapiẽtum conſilia facito: vt opera tua, & greſſus tui ſecundum Dñi voluntatem dirigantur. Auguſt. de Sal. Doct.

Quia humanę mentis infirmitas, vt non dicam ſemper, ſed vix aliquando in Diuinæ contẽplationis dulcedine figi põt: quodam interim ſtudio ad illã ad quã nondũ pertingere ſufficit, ſtabilitatẽ aſſuefaciẽda eſt: vt ſi Deum ſemper cogitare nõpoſſumus, ſaltem cor noſtrum ab illicitis & vanis cogitationibus reſtringẽdo, in conſyderatione operũ Dei, & mirabiliũ eius teneamus: vt dũ ſemper minus ſtabiles eſſe ſatagimus, tandem aliquando, eo donãte, ſtabiles fieri mereamur. Aug. de Dub. Dil.

Libera me Deus meꝰ à multiloquio, quod patior intus in anima mea miſera in conſpectu tuo, & confugiente ad miſericordiam tuam: etenim etiam tacens vocibus, cogitationibus nõ taceo. & ſi quidẽ non cogitarẽ, niſi quod placet: non vtiq; rogarem, vt ab hoc multiloquio me liberares. Sed cogitationes meę multæ ſunt, quales noſti cogitationes hominũ quoniá vanæ ſunt. Aug. li. 15. de Tri.

Non poteſt fieri, vt in mala opera exeant cogitationes

nes bonæ: quoniam hoc actione promitur, quod concipitur. Idem de Ver. Inn.

Internas animi cogitationes diabolum non videre certi ſumus: motibus tamen corporis eas ab illo, & affectionum indicijs colligi experimento didicimus. Secreta autem cordis ſolus ille nouit, ad quem dicitur: Tu ſolus noſti corda filiorum hominum. Idem in Eccl. Dogma.

In vanum accipit animam, qui ſola præſentia cogitat: Quæ ſequuntur in perpetuum non attendit. Non autem accipit inuanum, qui ad eius vtilitatem intentione continua refert quæcunq; corporaliter operatur. Greg. 7. Mor.

Cogitationes turpes vitare non poteſt, qui honeſtas non habet. Idem in Reg.

Ante oculos Dei vacuæ non tranſuolant cogitationes noſtræ: & nulla momenta temporis per animum tranſuolant ſine ſtatu retributionis. Idem. 20. Moral.

Conſyderata infirmitas propria, nobis excuſat alienam. Idem. 5. Mor.

Conſyderatio meliorum multum prodeſt ad humilitatem ſanctorum. Idem. 3. Mor.

Quidquid pudet dicere, pudeat & cogitare. Aſſueſcat animus peruigili ſemper cuſtodia diſcernere cogitationes ſuas, & ad primi animi motum, vel probare, vel reprobare qđ cogitat: vel bonas cogitationes alat, vel malas ſtatim extinguat. Hiero. ad Dẽ.

Quocũq; tẽpore non cogitaueris Deũ: puta te tẽpus

illud perdidiſſe. Caſsiod. ſuper Pſal.

Quemadmodum ortus cogitationum on pẽdet ex nobis: ita reprobatio, vel electio conſiſtit in nobis. Ibidem.

Quando accubueris ſuper ſtratum, & neminẽ infeſtum pateris, antequàm veniat tibi ſomnus, profer in medium codicem conſcientiæ tuæ: & reminiſcere, ſi quid in verbo, opere, vel cogitatione peccaſti. Chryſoſ. in ſer.

Redi ad cor tuum, & ſubtiliter conſydera, & diſcute te ipſum: vnde venis? quo tẽdis? quomodo viuas? quid amittis? Quãtum quotidie proficis, vel quãtum deficis? Quibus cogitationibus magis incurraris? quibus affectibus frequentius tangeris. Hugo. 3. de Anima.

Fruſtra cordis oculum erigit ad videndum Deum, qui nondũ idoneus eſt ad vidẽdum ſeipſum: prius enim eſt, vt cognoſcas inuiſibilia ſpiritus tui, quã poſsis eſſe idoneus ad cognoſcẽda inuiſibilia Dei: & ſi non potes cognoſcere te, ne pẽſumas appræhendere ea, quæ ſunt ſupra te. Præcipuum ſpeculum ad videndum Deum eſt animus rationalis intuens ſeipſum. Hugo. 3. de Daſ.

Omnis grauis anguſtia eſt: ſi me inſpicio, non tolero: ſi non inſpicio, neſcio me ipſum: ſi me conſydero, terret me facies mea: ſi me non cõſydero, fallit me damnatio mea. Anſel in Med.

Si quod viuis & ſapis, totum das actioni, conſyderationi nihil: Laudo te, in hoc non laudo. Certe nec ipſi

ipſi actioni expedit conſyderatione non præueniri. Bern. 2. de Conſyd.

A te tua cõſyderatio inchoët: ne fruſtra te neglecto, extendaris in alia. Quid tibi enim prodeſt, ſi vniuerſum mundum lucreris: cum teipſum perdideris? Etſi ſapiens fueris, deeſt tibi ad ſapientiam, tibi non eſſe. Ibidem.

Quidquid ſe conſyderationi offerat, quod non quoquomodo ad tuam ſalutem pertineat, reſpuẽdum eſt. Ibidem.

Spiritualis homo omne opus ſuum æterna cõſyderatione præuenit: prius quidem an liceat, deinde an deceat, poſtremo an expediat. Idem de Conſyd.

Conſyderatio tui in tria quædam diuidatur: ſi conſideres, quid, quis, qualis ſis. Quid in natura, quis in perſona, qualis in vita. Ibidem.

Cogita, vnde venis: & erubeſce vbi ſis: & ingemiſce quo vadis, & contremiſce. Idem de Mer.

Cogitare debemus Dei maieſtatem cum timore. Dei charitatem cum amore. Idem de Adu. D.

Conſyderet ſe ipſum homo, vt pie condeſcendat proximo. Idem ſuper Cant. ſer. 45.

Verbi viſitationem putantes noſtram eſſe viſitationem, periculoſe erramus. Idẽ ſuper Cant. ſer. 55.

CHRISTIANVS.

NEC in hoc nobis, quòd nomine tantum Chriſtiani dicimur, blandiamur: ſed propter hoc

etiamiudicandos nos esse credamus, si nomen no bis frustra vẽdicamus alienũ. Au. de vita Christi.

Parietes Ecclesiæ Christianos non faciunt. Idem. 8. Conf.

Sunt Christiani mali qui vocantur fideles, & non sunt: in quibus sacramenta Christi patiuntur iniu riam: Qui sibi viuunt, vt in Christo pereant, & alios perdant. Pereunt quidem male viuendo: per dunt vero alios, male viuendi exempla præben. do: Idem de Sab. sancto.

Qui se Christianum facit, commodum sperans, vel incommodum vitans, nõ vult fieri Christianus, sed fingere. Aug. de Cat. Rud.

Verus Christianus cautus in omni tentatione est, ne prosperis rebus corrũpatur: nec frangatur aduer sis: qui proficiẽdo veniat ad talem animũ, qui plus amet Deum, quàm timeat gehennã. Aug. ibidem.

Christianus ille est, qui non nomine tantum, sed & opere Christum imitatur in omnibus, & sequitur qui sanctus, innocens, incontaminatus, intactus est. Idem de vita Christi.

Propterea Christus factus est homo, vt posset esse Christianus angelus. Idem super Psalm. 34.

Christiani non pugnando, sed moriendo vincunt. Idem Ep. 42.

Christianorum dignitas non in terra, sed in cœlo po sita est. Idem Quæst. ex Ver.

Christianis nec captiuitas nocet: quia & illic Deum suum inueniunt. Idem. 1. de Ciu. Dei.

Per

Per malos Christianos, nemo se excusare potest, ne fiat Christianus. Idem super Psalm. 25.

Christianus semper patitur persecutionem. Hier. ad Hel.

Non quæritur in Christiano initium, sed finis. Greg. 28. Moral.

Tota Christiani hominis vita, si secundum Euange liũ viuat crux est, atq; martyriũ. Max. d Nat. Dñi.

FIDES ET FIDELIS

SALVS religionis Fides: per quam solam verã, vera salus veraciterq; promittitur: nulli vnquã defuit, qui dignus fuit: & cui defuit, dignus nõ fuit. Aug. 6. Quæst.

Ideo bene creditur, quia non cito creditur: quia si cito caperetur, non erat opus vt crederetur. Idem super Matth.

Magnum sanctitatis & pietatis inditium est, antequã scias quare dictum sit, credere ita debuisse dici vt dictum est. Hęc enim pietas te capacẽ facit, vt quę ras quod dictum est: & cum quęsieris, inuenias: & cum inueneris, gaudeas. Idem super. Psalm. 109.

Quod intelligo, hoc etiam credo non autẽ quod credo, etiam intelligo. Omne quod intelligo, scio: nõ omne quod credo, scio. Idem lib. de Mag.

In ipsum Christum, qui die tertio resurrexit, nõ crederemus: si cachinnos paganorum fides Christia norum metueret. Idem lib. 6. Quæst.

Fides

Fides in latino sermone ideo appellatur, qa fit quod dicitur. Augustin. ad Hiero.

Habet fides oculos suos, quibus quoddammodo videt, quod nondum videt: & quibus certissime videt nondum videre quod credit. Aug. ad Conf.

Fides nostra, scilicet fides recta, fides vera, fides catholica, non opinione præsumptionis, sed testimonio lectionis collecta, n hæreticatemeritate inserta, sed Apl'ica veritate fundata est. Idē. 3. d ℣b. Do.

Cur autem non detur omnibus fides, fidelem mouere non debet, qui credit ex vno omnes esse in condēnationē iustissimā: ita & nulla esset Dei iusta reprehēsio si nullus inde liberaretur. Idē 1. de Prēd.

Cur vnus credat, alter non credat, cum vterq; simul audiat: et si miraculum fiat, ambo videant: iudicia sunt Dei occulta: & non ideo iniusta, quia occulta. Idem ad Sixt.

Nemo computet opera sua ante fidem, vbi fides non erat: bonum enim opus intentio facit: intentionem fides erigit. Augustin. super ps. 31.

Ipsum credere nihil aliud est, quàm cum assensione cogitare. Non omnis qui cogitat, credit: cum ideo cogitent plerique, ne credant: sed cogitat omnis qui credit. Idem lib 1. de Præd.

Antiqui iusti ante incarnationem verbi, in hac fide Christi, in hac vera iustitia, quod est nobis Christo, iustificati sunt: hoc credentes futurum, quod nos credimus factum. Vnde tempora variata sunt, non fides. Augustin. lib. de Pœnit.

Hæc

Hæc est laus fidei, si quod creditur, non videtur. Nā quid magnū est, si id creditur, quod videtur? Exigitur itaq; à nobis fides, qua credimus quod non videmus, vt mereamur videre quod credimus. Idem lib. 3. de Verb. Dom.

Ante quàm videas quod videre nondum potes, crede. Ambula per fidem, vt peruenias ad speciem. Species non lætificat in patria, quem fides non consolatur in via. Idem ser. de Iac. & Esa.

Non mortuus est Christus pro fidelibus, sed mortuus est, vt faceret fideles. Si ergo Saluator noster mortem suam præstitit infidelibus, quale erit illud quod seruat fidelibus. Idem Lib. 2. Hom.

Fidelis totum mundum habet: cum Deum habeat. Idem. 5. confes.

Fides potestati terrenæ subdita nō est. Idē in Quæst.

Fides excitat voluntatem ad exercitium. Ibidem.

Vires fidei tentatione discuntur. Idem super ps. 36.

Fides alia magnam scripturarum cognitionē habet: alia non magnam habet. Idem de Temp. ser. 139.

Sicut cuiq; à Deo parata est mensura fidei, sic proficit. Ibidem ser. 144.

Fideles nos audemus dicere: iustos non ita. Idem super Psalm. 32.

Vera Fides est, quæ verbis credit: moribus non contradicit. Idem Hom. 29.

Credit frustra, qui non amat. Augustin. in Ench.

Quanto est occultius, quod creditur: tāto maior est merces. Idem in quæst. Exutr.

Nullus

Nullus credit inuitus. Aug. ad Simpl.

Credẽtib⁹, humana nõ negligẽda auxilia. Id. sup Gẽ.

Fides electorum aut nunquàm deficit: aut statim reparatur. Aug. de Cor. & Gr.

Oẽs fideles Ecclesiæ cõstituũt corpus. Gre. in Regi.

Non charitas fidem, sed fides charitatem præcedit. Idem super Ezech.

+ Merito fidei bellorũ paratur victoria. Idem ex Reg.

Fide, vt fama Deum cognoscimus. Ibidem.

Virtus fidei in periculis secura est: & in securitate periclitatur. Chryso. super Mat.

Hoc fidei proprium est, rationes eorum quæ fiũt, nõ inquirere sed obtemperari præscriptis. Ibidem.

Fidei ꝓpriũ est, nũq̃ omninò turbari. Id. ep. ad Timo.

Credũt q̃dã, qñ fidei nulla vtilitas. Id. sup ep. ad Col.

Fides & spes mutua sibi vice coniunctæ sunt. Ibidẽ.

Fides contraria est cogitationibus vagantibus. Idẽ super Ep. ad Heb.

Quando audis Deum ex homine natum, & maiestatẽ sub fragilitate latuisse: Virginem prole dilatam, nec tamen virginitate fuisse solutam: non se obijciat sensibus tuis nouitas operis: nec dicas, illud possibile est: illud fieri non potest: quia quit magna credere iusit, omnipotens est. Diuinis rebus admiratio est adhibẽda, non credulitas denegãda. In omnipotentem te credere affirmas: sed de factis eius dubitas, imbecillitatem omnipotentis accusas. Euseb. Emis. Hom. 2.

Qui euidenter quę diu sunt expectata susceperimus, fiducialiter necesse est, quæ sunt expectanda credamus. Si fortis fuit fides, quæ experimenta præcessit: fortior debet esse, quæ iam manifesta subsequitur. Idem Hom. 10.

Credite illi, qui omnino non fallit. Credite illi, qui futura hæc prædixit. Credite illi, qui credẽtibus præmium vitæ æternæ dabit. Credite illi, qui incredulis æterna supplicia irrogabit. Quæ tunc erit fidei gloria? Quæ pœna perfidię, cum iudicij dies venerit? Cyp. in Ep.

Dormiens fides censura cœlesti erigitur. Idẽ de Lap.

Magna fides magna meretur: & magnis spiritib⁹, magnus occurrit spiritus. Ber. super Can. serm. 32.

Quidquid sane est illud quod videt Angelus: hoc mihi fidei vmbra seruat fideli sinu repositum, in tẽpore reuelandum. An non expedit tenere inuolutum, quod nudum non capis? Ibidem serm. 3.

Est fides præceptorum, alia signorũ, alia promissorũ, qua credimus in Deũ, qua credimus Deũ, qua credim⁹ Deo. Credere aũt in Deũ, est in eũ sperare, & eũ diligere. Por fidẽ signorũ credim⁹ Deũ, q̃ talia põt, & omnia põt. Per fidẽ ꝓmissorũ credim⁹ Deo. q̃ quidquid ꝓmisit, veraciter cõplet. Idẽ in sentẽ.

Mysteria magna fidei cognoscentes, ea maioribus cõmunicẽt. Bern. super Cant. serm. 33.

Vera & plena fides vniuersa præcepta cõplectitur. Ib.

Fides suadenda est, non imponenda. Idem serm. 62.

Fide mundandus est oculus: quo Deus videndus est. Idem super Cant. serm. 23.

Sem-

Semper maior est fides, quam pœnitentia reponit. Lactā. lib. 5.

Fides inexercitata cito languescit. Amb. cōtra Arr.

Credere, intelligere & facere consequuntur. Basil. de Bapt.

CREDVLITAS ET FIDELITAS.

EX GRÆCIS.

QVOD non credit quis, non mouet eum ad timendū, vel sperandum. Arist. de Pœt.

Eximia res est lingua, cui fides adfuerit. Eurip. in Tau.

Qui promerentem laudat, ei rursus fides habetur vi tuperanti: Plu. d. Vt. Cap. ab inimico.

Oportet inimicis nec de credibilibus fidem habere amicis autem etiam incredibilia narrantibus credere. Plut. in Com. 7. Sapien.

Non minus eorum, qui dicunt, quàm de quibus dicitur: mores spectandi sunt. Idem in Apoph.

EX LATINIS.

Vtrūq; vitiū est, & oibꝰ credere, & nulli. Senec. ep.

Homines semper amplius oculis, quàm auribus credunt. Idem Ep. 6.

Sunt plurima vera, sed parū credibilia. Quint. lib. 4.

Habenda fides est vel in hoc, vt qui crediderit, speret. Idem lib. 11.

Facinus est facile, vel morti credere. Idem. Decl.

Libenter homines id quod volunt, credunt. Cæs. de Bel. Gal.

Nec prudētes suspicari oportet sibi parum credi, nec improbos scire se timeri. Ibidem.

Quæ quisq; facilia factu putat, æquo animo accipit. Gellius lib. 4.

Miseris parua est fides. Salust. in Catil.

Melius omnibus, q̄ singulis creditur. Plin. in Pan.

Fides maximum bonis amicis vinculum est. Liuius. 3. Decad.

Habita fides fidem obligat. Ibidem.

Nisi fide stet Resp. opibus non stabit. Idem lib. 3.

Nemo fere credit, nisi quem fidelem putat. Ideo perditissimi est hominis & amititiam dissoluere, & fallere, qui læsus nō esset, nisi credidisset. Cic. p Ros.

Laudanda fiducia est, quæ æstimationem sui certo pondere examinat. Max. lib. 3.

Tarda solet magnis rebus inesse fides.

Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum.
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Ouid. 2. de trist.

Multa nobis vsu veniunt, quæ relata ignaro, fidem perdunt. Apuleius.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Non cuiq; spiritui credendum est. Cypr. in Ep.

Nihil est, quod in vita fieri possit, nisi credulitas ante præcesserit. Idem in Symb.

Credendum est maioribus nostris de nobis, & non nobis. Greg. in Reg.

Non est facile de prouecta ætate credendum, quam

& vita præterita defendit, & honorat vocabulum dignitatis. Hieron. ad Ruſt.

Fides etiam perfidis præſtanda eſt. Amb. 2. de Offi.

Non illud eſt facile credendum, quod facile fieri non poteſt. Apud Iureconſ.

Confidentia magna habet remunerationem. Chryſoſ. ſuper Epiſt. ad Heb.

Qui præſefert odium, protinus ſibi fidē abrogat, etiā in cauſa iuſtiſsima. Idem.

Qua fiducia erigis ad cœlum vultus, quos conditor non cognoſcit? In Epiſt.

SPES.

EX GRÆCIS.

PERITI ab imperitis bona Spe differunt. Diogen. lib. 1.

Quod extremum in vita eſt, ſpes eſt. Ibidē.

Spes mala, ſicut malus viæ Dux, ad peccata ducit. Ibidem.

Nec nauim, vna ſola anchora, nec vitam vna ſola ſpe muniri oportet. Ibidem.

Vt crura ſic ſpem quoq; non oportet vltra extendere quàm fieri commode poteſt. Diogen.

Spes temerariæ plerumque fallunt homines. Euripid. in Phed.

Spes vigilantium eſt ſomnium. Pindarus.

Meliora ſemper expectanda ſunt. Scobeus.

EX LATINIS.

¶Ab

¶Ab altero expectes alteri quod feceris. Sen. ep. 95.

Mobiles ſunt miſerorum ſpes. Idem de c. 2.

O fallacem homini ſpem, fragilēq; fortunā, & inanes noſtras cōtentiones! quæ in medio ſpacio ſępe frāguntur, & corruunt: & ante in ipſo portu obruūtur, q̄ portū cōſpicere potuerint! Cice. 3. de Orat.

Sola ſpes hominem in miſerijs conſolari ſolet. Cicero in Catil.

Voluntatem ſpes facit. Quint. lib. 5.

Strenuus metus eſt: velocior tamen ſpes. Curt. li. 7.

Sæpe aliquem ſolers medicorum cura relinquit. Nec ſpes huic, vena deficiente, cadit.

Spes etiam valida ſolatur compede vinctum. Crura ſonāt ferro: ſed canit inter opus. Tib. lib. 2.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Ille ſperat, qui bonā cōſcientiā gerit: quē vero pūgit mala conſcientia: retrahit ſe à ſpe: & nō ſibi ſperat, niſi damnationem. Vt ergo ſperes regnum, habe bonam conſcientiam: & vt habeas bonam conſcientiam, crede, & operare. Aug. ſuper Pſal. 31.

Omnium Chriſtianorum ſpes in futurum tempus extenditur: vt quod ſeruimus hic Deo, alibi nos ſeruiſſe lætemur. Idem de Verb. Apoſt.

Firmiſsime ſperate, quod non videtis. Patienter expectate quod nondum habetis: quia veracem promiſſorem Chriſtum fideliſsime retinetis. Ibidē.

Noli remanere in te: tranſcende te, & in illo te pone, qui fecit te. Idem de Verb. Apoſt.

Respira peccator: respira, ne desperes. Spera in eo quem times. Cõfuge ad eum, à quo aufugisti. Inuoca importune quem superbe prouocasti. Aug. lib. de Medita.

Noli aliquid à Deo tuo sperare: sed ipse Dominꝰ sit Spes tua. Multi de Deo sperant pecuniam, multi honores, & similia peritura: sed tu ipsum Deum pete. Idem super psal. 39.

Sit Spes nostra Deus noster: melior est omnibꝰ, qui fecit omnia: Qui fecit fortia fortior ẽ: qui magna, maior. Quidquid amaueris, ille tibi erit. Ibidem.

Deum gratis diligamus: in illo semper speremus: & nec hominẽ, nec diabolũ timeamus. Idẽ sup ps. 55.

Factus est Christus Spes nostra: in illo vides laborem tuum & mercedem tuam: laborẽ in passione, mercedem in resurrectione. Aug. super Psal. 60.

Deus factus est homo: quid facturus est homo, propter quem Deus factus est homo? Hæc spes consolatur nos in tribulatione & tentatione nostra. Idem super psalm. 10.

Non te terreat Christiane, quòd credita differuntur: licet in abscondito sit promissio, in spe tamen perseueret oratio. Aug. de ver. Innoc.

Securus esto te acceptũrũ vitam ipsius, qui pro pignore habes mortem ipsius. Idem super psal. 96

Sperantibus, non timentibus iustitia Dei reuelatur. Aug. 22. de Ciu. Dei.

Spes aliqua si subest, hominis vires auget. Idem de Quant. Anim.

Spes

Spes comes amoris est; & sine fide esse non potest. Idem in sent.

Electi quem fide cognouerunt, videre quoq; per speciem anhelant: quia eius dulcedinis suauitatem in ipsa fidei certitudine degustant. Greg. 16. Mor.

De lapsu suo, Dauid cadente, nemo superbiat: & de lapsu suo, Dauid surgente, nemo desperet. Idẽ in Moral.

Ne desperes, nec à precibus desistas: sed peccator cũ sis, accede, vt glorifices Dominum tuum, & occasionem ei præbeas declarãdi natiuam benignitatem suam in scelerum tuorum remissione: nam si dubites accedere, bonitatem eius impedisti: & benignitatẽ quantum in te est, prohibuisti. Chryso. in Hom.

Bona nobis à Deo concessa magnam de futuris spem concedunt. Idem super Gen.

De diuina misericordia tunc sperandum amplius, cũ humana præsidia defecerint. Amb. in Hex.

Spes commodi furatur laborem: & metum abscondit periculi. Idem super Psalm. 12.

Speráti grãdia, modica minus grata sunt. Ber. in Ep.

Tria considero in quo tota Spes mea est: Charitatem adoptionis, veritatem promissionis: potestatem redditionis. Idem super Cant. serm. 63.

Spes miserorum Deus est. Ibidem.

Quæ præter Spẽ eueniunt, solent esse gratiora. Ibid.

Sperare debemus Dominum cum silentio. Ibidem

AMOR HOMINVM.

AMOR.

EX GRÆCIS.

AMOR audaciæ & confidentiæ præceptor eſt, Scob.lib.1.

Omnis amans natura quodammodo tractabilis eſt. Idem.

Qui ad ſenectutem amare differt, ille vnà ſoluit iuuẽtutis fœnus. Menander ibidem.

Amor nec coitus gratia fit, nec ſine ea. Ibidem.

Si quod capit amantes, forma faciei eſſet: omnes eandem amarent: idem enim oculorum iudicium eſt. Ibidem.

Solus amor inter homines nullo ſermone, cõſilioue mouetur. Ibidem.

Amor hominibus furor eſt. Ibidem.

Amor otioſa res eſt, & inutilis ad opera. Ibidem.

Nullus mortalium mendicans amauit: ſed inter diuites iuuenis cupido agit Ibidem.

Amor ſi cogas magis ſolet intendi. Menãd.ibidem.

Amor eſt cuiuſdã irrationalis cupiditatis exceſſus, qui velocem habet acceſſum, tardum autem receſſum. Theoph.

Omnis voluptas ab amore ſuperatur. Plato. de Amo.

Quiſquis amat, hallucinatur, & cæcutit in eo quod amat. Plut. de Am.

Amor ille Sanctiſsimus atq; validiſsimus merito habetur, quem quis per virtutem à ciuibus & popularibus ſibi comparat. Idem de Pol.

Cum vbique ſit loquax amor, nuſquàm verborum profuſior, quàm in laudando. Idem in Probl.

Flamma

Flamma ſequi amoris parua quidem primo vapore, ſed fomento conſuetudinis exæſtuans, totos comburit homines. Apul.Lib.6.

Inuia amori, nulla eſt via. Ibidem.

EX LATINIS.

¶Admirabilior charitas, in quam coimus viribus noſtris. Quint.Decl.15.

Minus debetur homini, qui aliquem ideo amat, quia neceſſe eſt. Ibidem.

A primis ætatibus in eandem coire vitam, habet aliquem fraternitatis affectum. Ibidem.

Neſcis an diligat, cuius non habet experimentum, niſi ſola fœlicitas. Ibidem.

Amantes de formâ iudicare non poſſunt, quia ſenſu oculorum premi tamor. Quint.Lib.6.

Habet aliquod ſolatium quiſquis in amore miſer eſt. Idem Decl.13.

Is tantum in amore ſanatur, qui, quod deſinit, ſibi debet. ibidem.

Amicus perpetuo, amator ad tempus. Ibidem.

Quinq; ſunt amoris lineæ: viſus, colloquiũ, tactus, oſculum, concubitus. Ibidem.

Inſuauiſsimus amor eſt, quo frui non licet. Ibidem.

Stultus amator irridenti credit. Ibidem.

Laus & charitas ſunt vitæ ſine metu degendę præſidia firmiſsima. Cicc.2.de Fin.

Rerum omnium nec aptius eſt quidquàm ad opes tuendas, quàm diligi: nec alienius, quàm timeri. Idem.2.Officiorum.

Nil minus videtur hominis, quàm non respõdere in amore iis à quibus prouoceris. Cic. ad Brut.

Parcendum maximè charitati hominum: nec temere in eos dicas, quos diligis. Idem. 2. de Orat.

Tantũ amori fraterno dandũ non arbitror, vt quisq; de salute eorum consulat, communem relinquat. Idem pro Sil.

Amor inuentionis causa est. Plin. lib. 5.

Suspectum est & anxium de eo, quẽ ardentissime diligas, interdum nihil scire. Ibidem.

Non obligandus, sed remunerandus, qui prior cœpit. Idem lib. 7.

Nihil ita amorem incitat, q̃ carendi metus. Idẽ lib. 4.

Vbi maximus, & honestissimus est amor, aliquando præstat morte quàm vita distrahi. Max. lib. 4.

Eo certius, quò miserius experimentum habet charitas. Idem lib. 5.

Nemo fideliter diligit, quẽ aliqñ fastidit. Curt. lib. 5.

Conciliari nisi turpi ratione, amor turpis nõ potest. Senec. Epist. 29.

Sunt qui neminẽ amãt, nisi cũ perdiderint Id. ep. 36.

Penit⁹ hęrẽs amor fastidio præsentiũ accẽditur. Ibid.

Propertius.

Omnes humanos sanat medicina dolores.
Solus amor morbi non amat artificem.
Errat qui finem væsano ponit amori.
Verus amor nullum nouit habere modum.
Libertas quoniam nulli iam restat amanti;
Nullus liber erit: si quis amare velit.

Dif-

Difficile est longum subito deponere amorẽ. Catul.

Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur
Maiestas & amor. Ouidius

Hei mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis.
Cedit amor rebus, res age, tutus eris.
Sed tamen apparet dissimulatus amor.

Amãtiũ iræ amoris redintegratio est. Plaut. in Amph.

EX SACRIS.

¶ Putate amorem hominis, quasi manum animæ. Si aliquid tenet, tenere aliud non potest: vt autẽ possit tenere quod datur, dimittat quod tenet. Hoc autem dico, quia qui amat seculum, Deum amare non potest: occupatam habet manũ. Dicit illi Deus: tene quod do: non vult dimittere quod tenebat, ideo non põt accipere quod offertur. Au. sup Ioã.

Ille peruersè amat aliũ, qui & se perse amat: qui aũt rectè se amat, & alterũ recte amat. Idẽ Hom lib. 50.

Malos amores detestantur omnes diuinæ & humanæ leges: remoue itaq; istos illicitos: Quæramus licitos. Incipit licitus amor à coniugio: sed adhuc carnalis est, quia communis est peccatoribus. Secundus amor filiorum est, sed adhuc & ipse carnalis: non enim est laudandus qui amat filios sed detestandus qui non amat: pro magno enim laudatur⁹ non sum in homine, quod video in Tigride, in Serpentibus, qui suos amant filios. Noli ergo pro magno putari, quia amas filios: qui in amore hoc Serpentibus compararis. Si vero non amaueris, à Serpentib⁹ vincẽris. Alius amor est propinquorum:

iam iſte videtur proprius hominum, ſi non ſit conſuetudinis: nam maior eſt amor, qui extenditur vltra propinquos, quàm qui tenetur inter propinquos: Qui enim amat propinquos ſuos, adhuc ſanguinem ſuum amat. Amet alios, qui non ſunt propinqui: ſuſcipiat peregrinum: tiam multum dilatatus eſt amor iſte. Tantum autem creſcit, vt à coniuge, ad filios: à filijs, ad propinquos: à propinquis, ad extraneos: ab extraneis ad inimicos perueniat. Idem Lib. 50. Hom.

Amari non niſi nota poſſunt. Auguſt. Lib. 3. de Tri.

Quæcunq; amore poſſeſſa ſunt, non ſine dolore pereunt. Idem in Ench.

Non amatur, quod propter ſe non amatur. Idem de Vnic. Bap.

Amatur aliquando res bona, non bono amore. Idem Lib. 2. contr. Man.

Quod non videtur, plus amatur. Idem ſuper Ioan.

Diligendi ſunt homines, vt eorum non diligantur errores. Ibidem.

Amor verus eſt, ſi propter Deum amatur, quod amatur. Auguſt. 4. Confeſ.

Ad amorem inuitatio eſt, maximè præuenire amando. Idem de Cat. Rud.

Amor ordinate amandus eſt. Idem. 15 de Ciuit. D.

Omnis creatura, cum bona ſit, & bene amari poteſt, & malè: bene, ordine conſtituto: male, ordine perturbato, Idem. 15. de Ciuit. Dei.

Amor formæ, rationis obliuio eſt. Hiero. in Epiſt.

Amare

Amare nihil, difficile eſt homini. Idem de Cuſt. Virg.

Difficile eſt ab ijs diligi, quos præcedas. Ibidem.

Amor læſus iraſci debet. Idem ad Heliod.

Amor, amore ſuperatur. Idem in Epiſt.

Ardentiſsimus Amor cum metu non cohæret.

Nemo aliquem amat, quem non vult eſſe meliorem. Greg. 12. Moral.

Amanti, ſemel aſpicere non ſufficit. Idem in Hom.

Solet ſpretus amor in iram conuerti.

Nemo poteſt aliquid obliuiſci quod amat, aut retinere quod odit. Chryſoſ.

Quos amamus, nonnunquàm morſu petimus. Idem ſuper Epiſt. ad Corin.

Amare neſcire turpe eſt. Ibidem.

Verus Amor animis conſtat: quem ſæpe numero, vel minuit, vel diſſoluit corporis coniunctio, Ididē.

Qui puerili impetu ſe amore proſequuntur, pari leuitate deſciſcunt, qua acceſſerant. Ibidem.

Amor pudorem, modum, conſilium non habet. Ber. ſuper Cant. ſer. 73.

Amor purus mercenarius non eſt. Idem ſer. 83.

Non potentior eſt ſpiritus noſter, vbi animat, quàm vbi amat: niſi magis putetur eſſe, vbi vinctus ex neceſsitate tenetur, quam qua ſponte & alacri fertur voluntate. Ibidem.

Lingua amoris, ei qui non amat, barbara eſt. Ibidem.

Non eſt ſyncerus amor, qui ſuſpitionis fecem retinet.

net. Bern. Ibidem,

Vis amoris hoc agere ſolet in animo, vt quę ipſe ſem per cogitat, nullum alium ignorare putet. Ibidē,

Vere amat, qui gratis amat. Ibidem.

Amor reuerentiam neſcit. Ab amādo quippe Amor, nō ab honorādo nominatur. Idē ſuper Cāt. ſer. 85.

Vbi Amor eſt, labor non eſt, ſed ſapor: quia amāti nihil difficile eſt. Ibidem.

Non mihi placet cum chariſsimis meis taliſ eſſe exiſtimor, qualis non ſum: profecto enim nō me, ſed pro me aliū ſub nomine meo diligunt: ſi nō quod ſum, ſed quod non ſum, diligunt. Ibidem.

AMOR ERGA DEVM.

MAIOR non poteſt eſſe ſpes in Palatio, q̄ vt amicus Imperatoris fiat: & ibi quid non fragile, plenūq; periculis? Amicus autem Dei ſi voluero eſſe, nunc fio. Aug. 8. Confeſ.

Amor cœleſtis patriæ clamat: ſi te iſta delectant quæ ſub cœlo ſunt, cur non magis ea delectant quæ ſuper cœlos ſunt? Si carcer ita pulcher eſt: patria, ciuitas, & domus qualis erit? Si talia hic incolunt peregrini: qualia ibi poſſidebūt filij? Idē de Cōf. vit.

Amandus Deus eſt ita, vt ſi fieri poſsit, nos ipſos obliuiſcamur. Auguſt. lib. 50. Hom.

Tales nos amat Deus, quales futuri ſumus ipſius dono, nō quales ſum⁹ merito noſtro. Idē de ver. Inn.

Qui vult habere notitiam Dei, amet. Fruſtra accedit ad legendum, ad prædicandum, ad orandum qui non amat. Idem de Contemp.

Prius mutandus eſt homo, vt mutentur opera. Si enim manet malus, opera bona habere non poteſt. Muta cor, & mutabitur opus. extirpa cupiditatē: planta charitatem: eſt enim radix omnium charitas. Auguſt. lib. 1. de verb. Dom.

Quāto amplius rē cōmunē, q̄ propriā curaueritis: tā to amplus vos proficere noueritis. Aug. in Reg.

Hoc affectu colēdus eſt Deus, vt ſui cult⁹ ipſe ſit merces. Nam qui Deū ideo colit, vt magis aliquid quā ipſum promereatur, non Deum colit, ſed id, quod aſſequi concupiſcit. Idem de ver. Reli.

In eō quod amatur aut non laboratur, aut labor amatur. Ibidem.

Stans in terra, in cælo es, ſi diligas Deum: non enim ſic leuatur cor, quomodo leuatur corpus. Corpus vt leuetur, locum mutat: cor vt leuetur, voluntatem mutat. Idem ſuper pſalm. 85.

Qui verè diligit: credit, & ſperat. Ibidem.

Semper habet vnde det: cui plenum eſt pectus charitatis. Auguſt. ſuper pſalm. 36.

Amandus eſt Deus affectuoſe, circunſpecte, fortiter, dulciter, & prudenter. Idem ſer. de Tribus Re.

Dilige, & fac quidquid voles: nihil tam facile bene voluntati, quam ipſa ſibi: & hoc ſufficit Deo. Auguſt. de verb. Dom.

Incipiat homo amare, & non amabit in homine niſi Deum. Ibidem.

In

In charitate, pauper est diues. Sine charitate, diues est pauper. Aug. de Laud. Cha.

Ad Deum qui vbiq; præsens est, vbiq; totus est: nō pedibus licet ire, sed moribus. Mores autem nostri, non ex eo quod quisq; nouit, sed ex eo, quod quisq; diligit, iudicari solent. Idem in Ep. ad Mac.

Beatus qui amat te Domine, & amicum in te, & inimicum propter te. Idem lib. Confes.

Ponderibus suis feruntur omnia: pondus meum, amor meus: eo feror, quocunq; fertur. Idē. 13. Cōfes.

Verꝰ amor nō sentit amaritudinē, quia soror amoris dulcedo est: sicut soror odij amaritudo est. Ibidē.

Dilectio character est discipulorum Christi. Ibidem.

Primum diligendus est Deus, secundo Parentes, inde filij, post domestici: qui etiam, si boni sint, malis filijs præponendi sunt: inimicos autem non sicut te ipsum, sed simpliciter. Sufficit enim quod odio non habeas. Aug. super psal.

Charitas prius infirmos, quàm fortes respicit. Idē Epist. 158

Charitas via Dei ad homines est, & via hominis ad Deum. Idem de Spi. & Lit.

Ex charitate multa sunt agenda, quæ non sunt præcepta. Idem de Adul. coi.

Charitas est radix: fructus sunt opera. Idē sup ps. 41

Non memini me legisse mala morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit: habet enim multos intercessores: & impossibile est multorum preces non exaudiri. Hiero. in Epist.

Si necessitas venerit, vt amor Dei amori Parentum, vel filiorū cōparetur, & non possit vtrunq; seruari: odium in suos, pietas in Deū seruāda est. Ibidē.

Plerūq; charitas quibusdam occupationibus impedita, & integra flagrat in corde: & tamen non monstratur in opere. Greg. in Moral.

Ille in amore Dei maior est, qui ad illius amorem plūrimos attrahit. Greg. in Hom.

Nunquàm amor Dei otiosus est: operatur enim magna, si est: si autē operari renuit, amor nō est. Ibid.

Charitas magnus est doctor, & omnes Philosophiæ partes explet. Chrysos. Hom. 33.

Charitas id potest, quod Natura negat. Idem Hom. 50.

Diligere ex toto quisque debet, à quo se totum habet. Ibidem.

Diligere tota anima, est sapienter amare: diligere tota virtute, est fortiter pro iustitia sustinere: diligere toto corde, est omne quod blāditur, amore Christi postponere. Ibidem.

Amoris Dei suauitas, experimento & non ratione percipitur. Bern. de Dil. Dei.

Amor verus, se ipso contentus est. Ibidem.

Signum is habet à Deo diligi, qui Deum ardenter diligit. Idem super Cant. ser. 70.

Accedendum est ad Deum, non irruendum. Ibidem ser. 20.

Vere diligit, qui sine tristitia, sine timore, sed voluntario potius studio, quàm coacto, præcepta conseruat.

seruat. Amb. super Psalm.

Vis scire, vbi thesaurizas? attende quid cogitas: ita fiet, vt thesaurum ex tuo amore cognoscas, & amorem tuum ex iudicio tuæ cogitationis intelligas. Fulgentius in serm.

Ordinem dilectionis illi peruertunt, qui modum diligendi non custodiunt: qui aut mundum, qui contemnendus est, diligunt: aut corpora sua minus contemnenda, plus diligunt: aut proximos suos sicut seipsos, aut Deum plusquàm seipsos forte non diligunt. Prosper. lib. 1. de Vit. Cont.

Necesse est animam dilatari, vt sit capax Dei: porrò latitudo eius dilectio est. Ser. 27.

Deus non solum amans, sed amor est: & solam vicem amoris rependit. Serm. 85.

Dilectio per timorem nascitur: sed crescendo in amorem permutatur. Greg. 7. Moral.

AMOR ERGA PROXIMVM.

QVIBVS oculis videtur fides, ipsis oculis videtur Deus. Incipe ergo Deum amare, & amabis hominem propter Deum. August. lib. 50 Hom.

Primum disce amare Deũ, deinde teipsum, post hæc proximum sicut teipsum. Nam si teipsum non noſti amare, quomodo proximum poteris in veritate diligere? Idem Ibidem.

Vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam

stitiam negligat: quàm esurienti panis frangitur, vt seductus acquiescat iniustitiæ: & qui phreneticum ligat, & qui legathargicum excitat molestijs, ambos amat. Idem Epist. ad Vinc.

Qualem cupis esse erga te Deum, talis esto tu ipse cõseruo tuo. Aug. de Ver. Inn.

Quos fama bene cõmendat, seipsos videre desiderant. Ibidem.

Proximus hoc in loco non sanguinis propinquitate, sed rationis societate pẽsandus est: in qua socij sunt omnes homines. Nam si ratio pecuniæ socios facit, quanto magis ratio naturæ? nõ negotiandi, sed nascendi lege communis. Aug. Epist. ad Maced.

Deum plenius amabimus, cum videbimus & proximum: quia Deus erit omnia in omnibus, nec falsæ cuiquàm de proximo suspitioni erit locus, vbi nullus nulli erit occultus. Idem super Psal. 57.

Volumus videri, & amari à vobis, quia vero in Christo vos amamus, in Christo nos redamate. Idem super Ioan.

Non sic debemus amare homines, quomodo gulosus amat turdos: amat enim, vt occidat, & consumat. Sed amicitia, quædam est beneuolentia, vt ali quid præstemus eis, quos amamus: quia si non sit quod præstemus, sua beneuolentia sufficit amanti. August. super Ioan.

In terra datur spiritus, vt diligatur proximus. E cœlo datur spiritus, vt diligatur Deus. Sicut ergo vna est charitas, & duo sunt præcepta: ita vnus spiri-

tus,& duo dona. Greg.Hom.23.

Probatio ſanctitatis non eſt ſigna facere: ſed vnum quéq;, vt ſe, diligere: de Deo vera cognoſcere, de proximo vero meliora quàm de ſemetipſo ſentire. idem in Moral.

Eſt mihi(vir bone)ex Dei munere in magna conſolatione, quòd opus ſanctum, quod in me non habeo, diligo in te. idem in Reg.

Amor Dei amorem proximi generat: & amorẽ proximi calefacit amor Dei. idem in Hom.

Qui pro peccato proximi feruentem effuderit lachrymam, fratrem deplorando ſeipſum ſanauit. Baſil.in Hex.

Diligere nosipſos debem⁹ ꝓpter Deũ. Ber. ꝺDil.deo.

Charitas ternario numero colligitur de corde puro: conſcientia bona: fide non ficta. Puritatem debemus pro Chriſto. Conſcientiam nobis: fidem Deo. idem in ſent.ſuis.

Vtrunq; teneo, dilectionem Dei,& proximi, cum te amo Domine Ieſu qui De⁹ es: & proximus es: qui Deus & homo es. idem ſuper Cant.ſer.60.

Si perperã actum deprehendas, nec ſic iudices proximum, magis autem excuſa. Si opus excuſare non potes, excuſa intentionem: puta ignorantiam, puta ſurrẽptionẽ, puta caſum. Idẽ ſup Cant. ſer.40.

Diſce Chriſtiane à Chriſto, quemadmodũ diligas proximum. diſce amare dulciter, ne illectus: prudenter, ne decept⁹: fortiter, ne oppreſſus, ab amore Domini auertaris. Idem ſuper Cant.ſer.20.

Di-

Dilectionem ſi diligenter aduertas, fortaſſe ſecundũ quinq; corporis ſenſus, quinq; partitam inuenies. Eſt enim amor plus, quo parentes diligimus: eſt erga omnes homines amor iuſtus: erga amicos ſuauis: erga inimicos amor violentus: erga Deum ſanctus, ſiue deuotus: & in his omnibus, ſi diligenter attendas, proprium erga ſingulos; & omnino diuerſum ab alijs ſenſum inuenies. Bern. in ſentent.

AMICITIA.

EX GRÆCIS.

PRÆSTAT ridiculus amicus, quàm grauis inimicus. Plutar.de Pulch.

Niſi vterq; amet, neuter amicus eſt. ibidem.

Amicũ ductu Dei fiunt. ibidem.

Non poſſumus aliquo vti amico, & adulatore. Idẽ. de prec.Con.

Filius ſicut in ſubſtantia derelicta: ſic in paterna amicitia ſuccedere debet. idem de Vit.vſu.

Graue eſt tunc ſentire, qui non ſunt amici, cum eis opus eſt. idem de Ami.et Ad.

Non afflicto tãtum eſt dulce vultum intueri viri beneuoli: verum in vtraq; fortuna præſto eſt amicitia, non minus voluptatem & gratiam addens bonis, quàm malis moleſtiam adimens. Plutar.ibid.

Morum & ſtudiorum ſimilitudo conciliatrix amicitiæ eſt. ibidem.

Libere loqui proprium amicitiæ est. Ibidem.
Qui verus est amicus, is nec imitatur omnia, nec facile laudat omnia, sed optima tantum. Ibidem.
Ad salutem, opus est vel bonis amicis, vel acribus inimicis. Idem de Ami. & Adul.
Amicis vtendum vsq; ad Aras. De vit. ver.
Præclarum æstima virum, cui cõtingit vel amici vmbra. Ibidem.
Inconstantia fastidit amicos. Ibidem.
Amicitiæ, sanctum nomen est. Ibidem.
Primum ad diligendos amicos iudicio opus est, deinde voluptate in conuersando simul: postremo, vt sui simus, si nostra indigent opera. Plutar. ibidē.
Molesta est, in multos diffusa amicitia. ibidem.
Vicissitudo beneficiorum, in amicitia necessaria est. ibidem.
Acrior in nocendo est malignitas, quàm in iuuando, amicorum dilectio. ibidem.
Amicitia melior est diuitijs: & nullus honorat diuitias propter se, sed propter aliud: amicitiam autem sic. Arist. Top. 8.
Domini ad seruum non est amicitia secundum quòd seruus, sed secundum quod homo: quia vt seruus est ei dissimilis, vt homo autem est ei similis. idē Ethic. 8.
Proprium & maius amicorũ est conuiuere. ibidē.
Amicus se debet habere ad amicum, tanq; seipsum: quia amicus est alter ipse. idem Ethic. 4.
Nullus tantum tristatur propter malum illatum ab inimicis: quantum propter illatum ab amicis. idē de Poet.
Diu deliberatos amicos elige: eosq; vno affectu, non vno habens merito. Diog. lib. 1.
Amicos sequere, quos non pudeat elegisse. ibidē.
Amici vitam, tuam puta gloriam. ibidē.
Amicus vna anima est in duobus corporibus habitans. idem lib. 5.
Tales erga amicos esse debem⁹, quales illos erga nos esse optamus. ibidem.
Amici multi, amicus nemo. ibidem.
Amici in secundis rebus aduocati ad sint: in aduersis verò inuitati. Ibidem.
Desiderium quoddam amicorum est, amicorum cognoscere mala. Eurip. in Hel.
Amicitiæ & inimicitiæ mortalium non sunt immortales: reguntur temporibus. ibidem.
Opta periculum non facere ex amicis. Scob. lib. 1.

EX LATINIS.

Omnia cũ amico delibera: sed de ipso pri⁹. Post amicitiá credēdũ est: ante amicitiá iudicādũ. Sen. ep. 3.
Inter bonos viros & Deũ amicitia est, conciliāte virtute: amicitia dico, imò necessitudo & similitudo. ibidem.
Constet illi licet fides & beneuolentia: tranquillitate tamen inimicus est comes perturbatus, & omnia gemens. Tristium itaq; amicitiam vita. idem de Tranquil. animi.
Mihi defunctorũ amicorũ cogitatio dulcis est: habui

 enim

enim illos, tanquàm amissurus: amisi autem, tanquam habeam. Senec. Epist. 93.

Tibi potius, quàm cuiuis fis amicus. ibidem.

Vbi amici, ibi opes. Quintil. lib. 5.

Si vitæ præstas omnia secunda, amicus otiosa res est. Quint. Decl. 6.

Nullas ego facilius perire crediderim, quã corporis charitates. Quintil. Decl. 2.

ui amicum intuetur, tanquàm exemplar aliquod Q in tuetur sui: quo circa & absentes adsunt: & egentes abundant: & imbecilles valent: et (quod dictu est difficilius) mortui viuunt. Cice. in Lel.

Serpit nescio quomodo per omnẽ ætatem amicitia; nec vllã ætatis degendę rationẽ patitur esse expertẽ sui: vt vel ij, qui se totos tradiderunt voluptati, sine amicitia, vitam esse nullã sentiant: si modo velint aliqua ex parte liberaliter viuere. ibidem.

Quia nõ possum⁹ per nos omnia agere (alius enim in alia re est magis vtilis (id circo amicitia comparatur, vt cũmune cõmodum mutuis officijs gubernetur. Cice. pro Rosc.

In confirmata amicitia, et perfecta fide, cõmemoratio beneficiorum superuacua est. Idem pro Plan.

Perditissimi est hominis amicitiã dissoluere, et fallere eũ, q̃ lęsus nõ esset, nisi credidisset. idẽ pro Rosc.

Qui fortunis alicui⁹ inducti amicitiã ei⁹ sequuti sunt: ij simul atq; fortuna elapsa est, deuolãt oẽs: cũ enim recessit res ea, quę fuit cõsuetudinis causa, nihil superest, quare possit ĩ amicitia retineri. Id. 4. ad Herẽ.

Literas

Literas ad se ab amico missas, offensiõe aliqua interposita, in mediũ, pferre palãq; recitare, nihil aliud est, q̃ tollere è vita societatẽ, tollere amicorũ colloq̃a absentiũ. Multa enim loca solẽt esse in epistolis, quę prolata si sint, inepta esse videãtur: et multa seria, quę tamẽ nullo modo diuulgãda. idẽ in Philip.

Amicus cert⁹, in re incerta cognoscitur. idẽ de Amic.

Si amicitiã ad vsum referamus nostrũ, non ad illius quẽ diligimus cõmodum: nõ erit ista amicitia, sed mercatura. Idem. 2. de Nat. Deo.

Me ipsum oportet ames, non mea: si veri amici futuri sumus. idem. 2 de Finib.

In omnibus nouis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit: & qua cõmendatione amicitiæ fores aperiantur. ibidem.

Cũ in amicitia, quæ honesta nõ sunt postulantur: religio & fides præponãtur amicitiæ. idẽ. 3. Offic.

Amicitias, quæ nimis delectant, & minus probãtur: magis decere sentiunt sapientes sensim desinere, q̃ repente præcidere. idem. 2. Offic.

Sic in amicitijs versari debemus, vt meminerim⁹ cas ad grauissimas iniurias posse conuerti. Max. lib. 7.

In hoc errore versatur vel prudentissimus quisq;, vt plures suos (quã sunt) arbitretur amicos. Plin. li. 3.

Apud amicos, æque grata debet esse simplicitas dissẽtientis, quàm probantis auctoritas. Plin. lib. 2.

Est quatenus amicitiæ dari venia potest. Gel. lib. 1.

Quos viceris, caue tibi amicos esse credas. Curt. li. 7.

Amici vitia si feras; facis tua. Pub. Mim.

Ita crede amico: vt non sit inimico locus. Idem.
Nequid spectes amicos, quod tu agere possis. idem.
Si vitare velis acerba quædam:
Et tristeis animi cauere morsus.
Nulli te facias nimis sodalem.
Gaudebis minus: & minus dolebis. Mart. lib. 12.
Illud Amicitiæ quondam venerabile nomen.
Prostat: & in quæstu pro meretrice sedet.
Ouid. 2. de Ponto.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Ille veraciter amat amicũ, qui Deum amat in amico. Aug. de Dic. Eccl.
Nihil sic probat amicum, quã oneris amici portatio, idem Lib. 88. Quæst.
Tanto magis amo amicos, quãto magis vtuntur anima rationali, vel certe quantũ desyderãt ea bene vti. idem lib. 1. Solil.
Illam amicitię iustissimam esse legem puto: qua prę scribitur, vt nec minus, nec plus quis amicũ, quã seipsum diligat. August. ibidem.
Amicitia in malo esse non potest. Aug. ad Conf.
Amicitia pauperũ certior est, q̃ diuitũ. idẽ li. 1. d Ami.
Amicus, animæ dimidium est. idem ad Conf.
Amicus vitæ est medicamentum. idẽ. 6. de Ciu. Dei.
Amicus est similis medico. Medicus non amat ægrotum, si non odit ęgritudinem: vt ęgrotum liberet, febrem persequitur. Nolite amare vitia amicorum, qui amatis amicos vestros. ibidem.

Ami

Amico laudanti credendum non est: sicut nec inimico detrahenti. Ibidem.
Nullius repudianda amicitia est, se se ingerentis ad amicitiã copulandam: nõ vt statim recipiatur, sed vt recipiendus optetur: atq; ita tractetur, vt recipi possit. Illum tamen in amicitia recipere debemus, cui omnia nostra consilia refundere audeamus. August. lib. 8. Quæst.
Virtus est amicitia, non quęstus. Amb. 3. Offi.
Si quid vitij in amico cognoueris, corripe occulte: Si nõ audierit, corripe palàm. Errantẽ amicum corrige: incorrigentem desere. Amb. Offi. 3.
Beneuolentia facit, vt amici vulnera, quã amici oscula, vtiliora sint. Idem. 1. de Offi.
De amicitia, omnis tollenda est suspitio: & sic cũ amico, tanq̃ cum altero est loquendũ. Hiero. in Ep.
Philosophus sic inter hostes viuendum censuit, tanq̃ inter amicos: inter amicos, ac si in medijs hostibus viueretur. Chryso. in Poli.
Vbi amicitia permanet, nihil facile creditur, nihil facile recipitur, quod diśidium posit operari. Idẽ super Matth.
Vt rara supellectile, ita bonis amicis vtẽdũ est. Ibid.
Grauius me lædunt amici supra modum laudantes, q̃ inimici detrahentes. Ibidem.
Nouę dignitates veteres solent amicitias immutare. Cassiod. in Epist.
Amicitia tanto est certior, quanto vetustior: quia facile mutari non potest, quod per longa secula cu.

ſtoditur. ibidem.

Quatuor ſunt vitia, quibus honor amicitię obfuſcatur, ſcilicet: iracũdia, inſtabilitas, ſuſpitio atq; garrulitas. ibidem.

Tantum diligo inimicum qui mihi nihil facit mali, quãtum amicũ qui mihi nihil facit boni. ibidẽ.

PAX ET CONCORDIA.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

NIHIL pernicioſius ciuitati, q̃ diuiſio: vt nihil melius quàm vnio. Plat. de Rep.

Pax diutius retineri non poteſt, quàm finitimi populi patiuntur. Demoſt. in Olimp.

Dulce eſt nomen pacis, res vero ipſa tum iucunda, tum ſalutaris. Cic. Phil. 5.

Pax repudianda ſub cuius nomine lateat bellum. ibidem.

Leges & iudicia eſſe nõ poſſunt pace ſublata. ibidem.

Hoc vnum eſt tempus de pace agenda, dũ ſibi vterq; confidit, & pares ambo videntur. Cæſar de Bell. Ciui.

Bellum pacis eſt cauſa. Sal. ad Pleb.

Pax diuerſis in mentibus eſſe non poteſt. ibidem.

Qui deſiderat pacem præparet bellum. Veg. lib. 2.

Pacẽ volũt etiã, qui vincere poſſunt. Liuius li. 1. dec.

Melior eſt certa pax, quàm ſperata victoria. ibidẽ.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Con-

¶Concordia in ciuitate eſt, quod harmonia in muſica. Aug. de Ciuit. Dei.

Pacem etiã ferißima animalia cuſtodiunt. ibidẽ

Pax plebis in Eccleſia gloria miniſtrorum eſt. idem ſermonibus de Tempore.

Ad hæreditatem Domini non poterit peruenire, qui teſtamentũ pacis noluerit obſeruare. idẽ de Ver.

Concorda cũ aduerſario tuo, neſcis quãdo vita finitur: cũ vita fuerit finita, iudex reſtat, & miniſter, & carcer. at ſi ſeruaueris aduerſario tuo bonã voluntatẽ, & cum eo conſenſeris, pro iudice inuenies patrem, pro miniſtro ſæuo angelũ tollentem te in ſinum Abrahæ, pro carcere Paradiſum. ibidem.

Tale bonũ eſt bonũ pacis, vt in rebus creatis nil gratioſius ſoleat audiri, nil delectabilius concupiſci, & nihil vtilius poſſideri. ſpũs enim humanus nũquam viuificat membra, niſi fuerint vnita: ſic ſpiritus ſanctus nunquam viuificat Eccleſiæ mẽbra, niſi fuerint in pace coniuncta. Aug. ibidem.

Pax vera eſt concordiam habere cum moribus probis, & litigare cum vitijs. Caſ. ſuper pſal.

Cõcordia bonorũ cõtraria eſt malorũ: & ſicut optandũ eſt, vt boni pacẽ habeãt ad inuicẽ: ita optandũ ẽ, vt mali ſint diſcordes: impeditur. n. iter bonorũ ſi vnitas nõ diuidatur malorũ. Iſid. de Sum. bono.

Pacẽ ſuper pacẽ tribuit Deus dilectis ſuis. idẽ ſup̃ ps.

Cõcordia ſimul iuncta vinci nõ poteſt. Cipr. li. 2. Ep.

Qui ſeruare pacẽ nõ curat, ferre fructus ſpiritus recuſat. Greg. in Paſtor.

Pax

Pax trãsitoria vestigiũ quoddã est ęternę pacis. Ibid.
Pacẽ cũ bonis habere mali nõ possunt. Gre. in Reg.
Inde nobis robustior pax cũ Deo oritur, vnde nobis ab aduersario durior pugna generatur. Id. in Mor.
Si Dei vocantur filij, qui pacem faciũt, procul dubio Sathanæ sunt filij, qui pacem confundunt. Ibidẽ.
Cum pro re terrena pax à corde cum proximo scinditur, liquido apparet, quod res plusquàm proximus amatur. Idem in Hom.
In tantum humanæ pacis Christus studuit concordiæ, vt vnitatis merito omnia quæ à Deo sunt impetranda esse cõfirmet: & vbi duo vel tres pari spiritu & voluntate collecti sunt, ibi se in medio illorũ futurũ pollicetur. Hila. super Matth.
Tunc est vera pax homini & vera libertas, quãdo & caro animo iudice regitur, & animus Deo pręside gubernatur. Raba. super Matth.
Non timeas contra charitatem esse si vnius scandalũ multorũ pace compensaueris: melius enim est, vt pereat vnus, quàm vnitas. Bern. in Ep.
Pax cui non sufficit, non sufficit Deus, qui est pax nostra. Idem super Can. ser. 16.
Pax non solum fratribus exhibenda, sed etiam ijs, qui oderunt pacem. Ibidem.
Pacem contẽnentes & gloriam appetentes, pacẽ perdunt & gloriam. Ibidem ser. 8.
Nolo habere cũ quo litigẽ: multo enim mihi optabilius est inimicũ non habere q̃ vincere. De Verb.
Quisquis vel quod potest arguẽdo corrigit, vel quod corrigere nõ potest, saluo pacis vinculo excludit: vel quod saluo pacis vinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus. Ibidem.

SOCIETAS ET CONVERSATIO.

EX GRÆCIS.

PRAVVS socius est, qui impedit cõmune bonum. Arist. Top. 1.
Omnis virtus vnita plus est quàm multiplicata. Idem de Caus.
Omnis societas est facta causa alicuius boni. Ibidẽ.
Nec cuiuis iniicias dexteram. Plutar. in Apoph.
Si claudo vicinus ambulaueris, & ipse claudus ambulare disces. Idem de lib. Educan.
Ea societatis conditio est, vt bella communi consilio suscipiantur & deponantur. Demost. 1. Olynt.
Qui socijs periclitantibus non succurrit, facilimè & ipse deseritur. Ibidem.
Sociorum diuisio est, veluti membri à corpore alienatio. Ibidem.
Qui ab alijs impulsi bella suscipiũt, infirmi socij sunt: & ad tempus in ea manent. Ibidem.
Hominem qui cum conuersaris, tribus modis considera: nempè vt præstantiorem te, aut inferiorem, aut æqualem. Præstantiori quidem auscultare & obtemperare conuenit: inferiorẽ persuadere modestè, æquali aũt consentire, hoc sanè modo nunq̃ in

In contentionem incides. Scob. lib. 1.

EX LATINIS.

Nulla res magis honesta induit, dubioſq; & in prauũ inclinatos reuocat ad rectũ, q̃ bonorũ virorũ conuersatio: paulatim enim descẽdit in pectora, & vim præcepti obtinet, frequenter audiri, frequẽter aspici. Occursus me hercule sapientum iuuat, & est aliquid, quod ex magno viro vel tacente proficias. Senec. Epist. 98.

Sic cum inferiore viuas, quemadmodum tecum superiorem velis. Idem Epist. 17.

Nullius boni sine socio iucũda possessio est. Id. ep. 6.

Inimica est multorũ cõuersatio, nemo non vobis aliqd̃ vitiũ aut cõmodat, aut imprimit: vtiq; quo maior est populus cũ quo conuersamur, hoc periculi plus est. nunq̃ mores quos effero, refero: auarior redeo, ambitiosior, imo verò crudelior & inhumanior, q̃a inter homines fui. Vtrũq; autẽ deuitãdũ est, ne vel similis malis fias, q̃a multi sunt: nè veinimicus multis, quia dissimiles sunt. Senec. Ep. 7.

Recede in teipsum quantum potes, cum ijs versare, qui te meliorẽ facturi sunt: illos admitte quos tu facere potes meliores, mutuo ista fiunt: & homines dum docent, discunt. Ibidem.

Amicitiæ consuetudines, & vicinitates quid habeãt voluptatis, carendo magis intelligimus quã fruẽdo. Cicer. ad Quintil.

Omnis ratio & institutio vitæ adiumenta hominum desiderat, in primisq; vt habeas qui cum familiares ser-

sermones conferre possis. Cicer. 10. Offi.

Tecti ad alios esse possumus, socium vero cauere quî possumus? quem etiam si metuimus ius officij violamus. Ibidem.

Æque perfidiosum & nefarium est fidem frangere, quæ continet vitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam venit: & socium fallere, qui se in negocio adiunxit. Pro Rosci.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Non possunt homines in hoc mundo nisi cũ peccatoribus viuere, nec eos lucrari possumus Christo, si eorum colloquium deuitamus. Aug. 50. Hom.

Non illi quos monemus ad pœnitentiã, quærant sibi comites ad supliciũ: nec gaudeãt, q̃a plures inueniũt sibi similes, non enim propterea minus ardebũt, q̃a cũ multis ardebunt. Idẽ Hom. de Pœnit.

Sicut Sol Oriens fugat tenebras, ita sanctorum conuersatio & doctrina à sensibus nostris expellit caliginem. Idem. 8. de Sal. doc.

Omnis res similis ad similem cohæret, si perditus vixeris, non nisi perditus se; tibi iunget. Incipe bene viuere & videbis, quanti socij circundent te, de quanta fraternitate gratuleris: postremo non inuenies, quem imiteris, esto, quem alius imitetur. Idem serm. 31. de Resur.

Dando & recipiendo inter se hominum societas cõnectitur. Idem ad Simpl.

Quòd socialem vitã Philosophi volũt esse sapiẽtis,

nos

nos multo amplius approbamus. 10. de Ciuit. Dei.

Si pauci sunt homines boni, tamē bona cogitatio hominis laudabilis esset, cū talibus esse, qui elegerūt vitam quietam, & remoti à strepitu populari, & à magnis fluctibus tanquā in portu sunt, sed nondū illud gaudiū promittitur, quia & adhuc gemitus & adhuc solicitudo tentationū. Aug. super ps. 99.

Ipsi quoq; homini duplices manus, socias aures, geminos oculos Deus tribuit, vt robustius perageretur officium, quod duorum fuerat societate cōplendum. Cassiod. 3. Epist.

Sancta conuersatio confundit inimicū, ædificat proximum, glorificat Deum. Isid. 2. Sol.

Remedium est, quem conuerti velle non videris, vitari si possis. Cassia.

Vt pestilentibus locis paulatim aër immistus inficit, sic improborum consuetudo multa mala imponat, etiam si calamitas in præsentia videndi sensum effugiat. Basili. in Epist.

Ex cōuersatione æquali nascitur contemptus. Apud Iurisp.

Multa simul prosunt, quæ singula nō iuuāt. Ibidē.

Cōuersatio mala facit suspectum præsumi. Ibidē.

Conuersatio obligat admores. Ibidem.

Confœderati debent se inuicē defendere, nisi in bello iniusto. Ibidem.

Conuersatio bona de præterito, præsumi facit melius de futuro. Ibidem. I.

Melli plurimo parum absynthij iniectum velocem amari-

tudinem tradit: mellis autem si duplū iniicia tur absynthio, non poterit eius obtineri dulcedo. Greg. in Moral.

Sunt quædam quæ in familiarium conuersatione corrigi nequeūt, sine culpa corrigētis. Id. 22. Mor.

Subleuatio est laboris, visitatio collaborātis. Ibidē.

Res eximij præmij est inter malos laudabiliter conuersari. Greg. in Moral.

Conuersationis alienæ sumus curiosi exploratores, aut iudices temerarij. Bern. super Can. serm. 45.

Conuersari sic debet Christi minister, vt ex moribus exterioribus compositiones interiores estimentur. Bern. de tripl. iud.

In initio conuersationis nulla virtus magis necessaria est, quàm simplicitas humilis, & grauitas verecunda. Idem in Ep. D.

Qui socij laboris sūt & participes mercedis sint. Ibi.

Conuersatio monasterij baptismus secundus est. Bern. depr. & disc.

MANSVETVDO.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

HOMINEM ingeniosum, mansuetū & virilem difficile inuenies. Plato de Scien.

Mansuetudo virtus est animosæ partis, qua præditi ægrè mouetur ad irā. Arist. de diuis.

Mansuetudinis est posse ferre moderatè obiecta crimina & contemptus, nec celeriter rapi in vltiones,

necesse de facili mobilem ad iras, esse autem moribus comitem & mitem, & ingenio quieto & stabili. Arist. ibidem.

Tunc precipua mansuetudinis laus, cùm iræ causa iustissima. Plini. libr. 9.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS

¶ Vir bonus tanto melior, quanto mitior: & quanto fuerit excelsior potestate, tanto humilior pietate. August. ad macedo.

Vir bonus & benignus & si patiatur malum, pro nihilo ducit. Iniquus autẽ & parvum malum audiens à proximo suo contumeliam arbitratur. qui charitate plenus est, trãquillo & sereno vultu procedit, vir autẽ odio plenus ambulat iracũdus. Idẽ de Sal. doct.

Pax & mãsuetudo characteres sunt aiæ pię Bas. ep.

Mansuetus homo cordis est medicus. Ambr. de off.

Beatus, qui seueritatem & mansuetudinem tenet, vt altero disciplina seruetur, altero innocentia non opprimatur. ibidem.

Sunt quidam mites, sed quam diu nihil dicitur, aut agitur, nisi pro eorũ arbitrio. patebit autem quàm longe sint à vera mansuetudine, si leuis oriatur occasio. ibidem

Regat disciplinæ rigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet rigorem, & sic alterũ commẽdetur ab altero, vt nec rigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. Greg. 19. mor.

Multi

Multi mansuetè patientes iniuriam, postea mansuetudinem in malitiam vertunt. idem in past.

Mansueti cùm præsunt, sæpè torporem desidię patiuntur. Greg. ibidem.

Magna est virtus, si non lædas, à quo læsus es: magna est fortitudo, si etiam læsus remittas: magna est, gloria, si cui potuisti nocere, parcas. Isi. in so.

Mansuetudine nihil potentius est, quia & furor mãsuetudine vincitur: Chr. sup. Gen.

Mansuetudo precipue eos ornat, qui in potestatib⁹ præsunt. idem hom. 84.

Mansuetudo in homine veluti nerui in corpore. Mansuetudinem in periculis, mansuetudinem in correptione ostendamus. idem hom. 18.

Mitis orphanorum pater est. ibidem.

Mansueti benignè corripiendi sunt, inquieti autem seuerè. Ber. sup. Can. serm 47.

Mansuetudo in tribus probatur, in verborum iniurijs, in rerum damnis, in corporis lęsione. idem sup. psal.

Mansuetudinem homini connaturalem concupiscẽtię carnales exterminant. idem ser. 37.

Hoc Christus suis miraculis mirabilius præbuit, quòd delinquentiũ corda mansuetudine potius, quàm terrore correxit. ibidem.

Imaginem habeo dum rationis sum particeps, ad similitudinẽ autẽ fio, dũ benignitatem colo. ibidẽ.

SIMPLICITAS.

Simplex eris, si te mundo non implicaueris, sed explicaueris: explicando enim te mundo, simplex: implicando duplex eris. Auguſt. ſuper Ioan.

Simplicitas duplex eſt, quędam enim contraria eſt diſcretioni, quę reprobatur: quędam contraria dolo, quæ bona eſt. Ibidem.

Habe ſimplicitatẽ colũbæ, nec cuiquã machineris dolos: & aſtutiã ſerpentis, ne aliorũ ſuppláteris inſidijs. quia non multũ diſtat in vitio, aut decipere, aut decipi poſſe. Hiero. ad Ruſti.

Prudentia abſq; ſimplicitate malitia eſt, & ſimplicitas abſq; ratione ſtultitia nominatur. Ibidem

Nihil diuitius viro ſimplici, quid enim ſimplicitate diuitius? quæ ſicut bonus pater familias ſatis ſibi abundat, & ſua puritate contenta non quęrit alienum, nec abrodit, nec ſe in artes varias ſæpe commutat ſicut aſtutia, quæ vt ſit cauta timet omnia, nec ſuis conſilijs credit: verſat ipſa ſuas ſententias: ſimplicitas autem timere non nouit. Hiero. ſup. Oſeam.

Simplices perfectiſsimis adhærẽtes eorũ intellectu paſcuntur. Greg. 2. mor.

Omnibus nobis in conuerſationis initio nulla virtus magis neceſſaria eſt, quàm ſimplicitas humilis & grauitas verecunda. Berna. in ſer.

Simplicitas quaſi ſine plicatione dicitur. Anſ. ſup. ep. ad Rom.

Simplicitas ſapientię cõiuncta eſt. Tert.

Sæpe

Sæpe hoſtis grauibus cogitationibus ſubtilitatem immiſcet, vt dũ laus de ſubtilitate quæritur, puritatis ſimplicitas amittatur. Idem.

Sicut paruulus non perſeuerat in iracundia, non leſus meminit, videns pulchram mulierem nõ delectatur, non aliud loquitur: ſic & nos niſi talem habuerimus innocentiam & animi puritatẽ, cœlorũ regna non intrabimus. Idem.

Simplicitas & mores minimè doloſi facile ſecreta mentis enunciant. Baſil. in ep.

HVMILITAS.

EX LATINIS. ET GRÆCIS.

Ne nimiũ de te humiliter ſentias. Stob. lib. 1.

Humilitas cũ grauitate pulchra eſt. Ibidem.

Vim rebus aliquando ipſa verborũ humilitas adfert, Quint lib. 8.

Nulla tanta humilitas eſt, quæ dulcedine gloriæ non tangatur, Max: lib. 8.

Humilis ſatis eſt, qui æquo iure in ciuitate viuit, nec inferendo iniuriam, nec patiendo etiam. Liuius, 1 dec. lib. 5.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS

Omnes delectat celſitudo, ſed humilitas gradus eſt. Quid tendis pedem? cadere vis non aſcendere, à gradu incipe & aſcendiſti. Aug. de ver. do.

Perfacile eſt veſtem contemptam habere, inclinato

capite incedere, velũ ſuper capillos dimittere, ſed verum humilẽ patientia oſtendit iniurię. idẽ ſup. Ioan.

Excelſa eſt patria, humilis eſt via: ergo qui quærit patriam, cur recuſat viam? ibidem.

Multo facilius inuenit ſiderum conditorem humilis pietas, quàm ſiderum ordinem ſuperba curioſitas. ibidem.

Maximè humilitas reuocat, vnde nos deijcit ſuperbia: & ipſa humilitas commoda eſt percipiẽdæ gratię Chriſti, qui ſingulare humilitatis exemplum eſt. idem ſup. ep. ad Gal.

In cunctis, quæ agitis, radicem boni operis humilitatẽ tenete, nec quibus iam ſuperiores, ſed quibus adhuc inferiores eſtis aſpicite, vt dum meliora vobis exẽpla proponitis, ad maiora ſemper aſcendere ex humilitate valeatis. Greg. in hom.

Omnipotens Deus in ipſis ſpiritualibus profectib⁹ modum ponit, vt ex hoc, quod homo apprehendere conatur, & non valet: in illis quæ valet, ſe nõ eleuet, vnde Paulus modo cœlum ingreditur, modo tentatur. idem. 12 mor.

Humilitas ſubdito rũ acquirit arcana, quæ ſuperiores per ſuperbiã perdunt. ibidem.

Humilitas magna acta laudabiliter celat. ibidem.

Humiles ad locũ ſuperborũ eriguntur. idẽ. 25. mor.

Deũ non niſi humiles cõtẽplari poſſunt: idẽ 27. mor.

Humiles dum ſe deijciunt ad Dei ſimilitudinem aſcendunt. Greg. in paſt.

Perfec.

Perfectę humilitatis eſt indiciũ peccatũ accuſare, & accuſantibus nõ negare. idem 22 mor.

Ex humilitate vera ſecura naſcitur authoritas. ibid.

Qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi in vẽtum puluerem portat. idem hom. 6.

Multi homines & culpam confitentur & humiles nõ ſunt, multos enim nouimus qui arguente nullo peccatores ſe eſſe confitentur, cum vero de culpa ſua fuerint fortaſſe correpti, patrociniũ defenſionis quęrũt, ne peccatores eſſe videãtur. Gr. 15. m.

Viuimus ſolum tempore, quo innocenter & humiliter viuimus. ibidem.

Nihil ſic à pueritia vitare conatus ſum, vt tumentem animum & erectam ceruicem Dei contra ſe odium prouocantem: noui enim magiſtrum & Dominum meum in carnis humilitate dixiſſe, diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Hiero. in epi.

Ne nimium religioſus videri velis, ne plus humilis, quã neceſſe eſt, gloriam fugiendo ne quæras idẽ. in epi.

Rara in iuuenibus virtus eſt humilitas. Amb. in ep.

Humilitas nõ eſt ſine magnitudine animi. Chr. ſup. Ioann.

Humilitas nõ eſt facere, qd̃ neceſsitate cogeris. ibid.

Lumen intelligentiæ humilitas aperit, ſuperbia abſcondit. ibidem.

Humilitas in honore honor eſt ipſius honoris, & dignitas dignitatis, omnis enĩ dignitas ipſo dignitatis

 nomine

noſcendigna eſt, ſi humilia dedignatur. Ber. Ho. 4.

Laudabilis virtus virginitas, ſed magis neceſſaria humilitas: potes enim ſine virginitate ſaluari, ſine humilitate non potes. Ibidem.

Quod Deus fœminæ obtemperat, humilitas eſt ſine exemplo: quod fœmina Deo principatur, ſublimitas eſt ſine ſolio. Ibidem.

Solam gratiam, quam prefert, meretur læta & abſoluta humilitas: quæ enim coacta fuerit, vel extorta, & ſi vitam obtinet propter patientiam, gratiam tamen propter triſtitiam nō habet. Ibidem.

Primus humilitatis gradus eſt nolle dominari: ſecūdus velle ſubijci: tertius in ipſa ſubiectiōe quaſlibet contumelias æquanimiter pati. Idem. in ſent.

Honorari appetunt multi in ſchola humilitatis. Ber. ſup. Euang.

Humilitas cordis receptaculū gr̄æ eſt. Id. ſer. de ann.

Humilitas & manſuetudo collectanea ſunt. Idem de virg. Ma.

Humilitas tanta virtus eſt, quod meretur, quod nō docetur. Idem. ſup Can. ſer. 17.

Humilitatis ſumma in eo conſiſtit, ſi voluntas noſtra per omnia diuinę voluntati ſubiecta ſit. Idem de ſubmi. noſt. vol.

Nō magnum eſt eſſe humilem in abiectione magna rara tamen virtus eſt humilitas honorata. Bern. ſup. Euang.

Solus, qui verè humilis eſt, parcit animæ ſuę, qui neputetur, quod nō eſt, ſemper quātū in ſe eſt, vult neſcire, quod eſt. Ibidem.

Humilis ſis ad petendam veniam, facilis ad dandam: & ſic omnia membra in pace erunt. Ibidem.

Humiles, qui de ſe. præſumere neſciunt, martyrio idonei ſunt. Bern. ſer. 48.

Humiliare & apprehendiſti. Idem de quadr.

Humiliatos plures videmus, ſed non humiles. Idem de ver. Ap.

Humilitas in paupere grata eſt, in diuite gloriosa. val. in ep.

Superbia ex Angelis dæmones fecit: humilitas autē ſanctos homines angelis ſimiles reddidit. de off.

VERITAS ET AFFIRMATIO.

EX GRÆCIS.

PRopter veritatem debēt ſibi philoſophi cōtradicere. Ariſt top. 1.

Duo ſunt opera ſapientis, vnū eſt nō mentiri, de quibus nouit: aliud mentientem poſſe manifeſtare. Idem Elench. 1.

Ex falſis ſequitur verum, ex veris nil niſi verū. Idē. prior. 2.

Illud quod eſt cauſa, vt alia ſint vera, eſt veriſsimum. Idem metaph. 2.

Non ſatis eſt verum dicere, ſed falſi cauſam aſsignare. Idem eth.

Solutio dubitationis, eſt inuentio veritatis. Ibidem.

Magis dicimus illū ſcire rem, qui ſcit eā affirmatiuè,

quàm qui ſcit eam negatiuè. Ariſt. Metaph. 3.

Simplex veritatis oratio eſt, nec variarum opus habet interpretationum. iniquus autem ſermo ægrotans in ſe ipſum, medicaminum opus habet ſapientum. Eurip. in Ph.

Lingua errans interdum vera dicit. Ibidem.

Veritatem inquirens non omnibus modis victoriam quæres, inuenta autem veritate eris inuictus. Scob. Lib. 2.

Venit veritas aliquando in lucem nõ quæſita. Ibidẽ.

Mendatium illiberale eſt, veritas generoſa. Ibidem.

Mendatium aliquando veritatis opus eſt. Ibidem.

Tunc rem deo ſimilem faciunt homines, cùm veritatem exercent. Scob. ibidem.

Cauendũ eſt oratori præſertim in rebus dubijs affirmatio, quę cõtẽtiorẽ facit auditorẽ. Demoſt. 1. olint.

EX LATINIS.

Patet omnibus veritas, nondum eſt occupata: quidquid ante nos fuerunt, non dominiſed duces ſunt, multum ex illa etiam futuris relictum eſt. Sene. ep.

Veritas in omnem partem ſui eadem eſt: tenue est mendatium, et perlucet ſi diligenter inſpexeris. idem ep. 80.

Poteſt nocenti contingere vt lateat, latere fides non poteſt: idem Ep. 98.

Miſer, qui ſe teſtem contemnit. idem Ep. 43.

Temere affirmare de altero periculoſum, eſt propter occultas hominum voluntates & multiplices naturas. Cicer. ad Brũtũ.

Non ex ſimultate aut leuitate teſtium cauſa honeſtorum hominum prouidenda eſt. Idem pro Scyl.

Tantam ſemper potẽtiam veritas habuit, vt nullis machinis vel cuiuſcunquè hominis ingenio, aut arte ſubuerti potuerit, & licèt in cauſa nullum patronum, aut defenſorem obtineat, tamen per ſe ipſa defenditur. Cicero. in vat.

Eſt interdum ita perſpicua veritas, vt eam infirmare nulla res poſſit. Interdum tamen adhibenda eſt vis veritati, vt eruatur. Idem pro Cluen.

Pueritia, ſomnus, imprudentia, violẽtia, inſania, eius generis ſunt, à quibus ſæpiſsimè veritas auditur. Idem in Top.

Veritas in præſentia, quib⁹ reſiſtit, offendit. Plin. li. 3.

Hiſtoria non debet egredi veritatem, et honeſtè factis veritas ſufficit. Idem lib. 7.

Famæ ac fide damna maiora ſunt omni æſtimatione. Liui. Dec. lib. 3.

Fide abrogata omnis humana ſocietas tollitur. Ibidem. Lib. 6.

Affirmationem ſumit ex homine, quicquid non habet ex veritate. Quint. Decl. 17.

Superest vt oſtendamus verum dixiſſe de futuris, quem de præteritis non poſſumus probare mendacem. idem Decl. 4.

Non boue Mactato cœleſtia numina gaudent,
Sed quæ præſtanda eſt, & ſine teſte fide.
Reddite depoſitum. pietas ſua fœdera ſeruet:
Fraus abſit, vacuas cędis habete manus. Ouid.

Nec

Nec rumpite fœdera pacis.
Sed regnis præferte fidem. Sitl.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Veritas cùm inquiritur arrogantia deponatur, Aug.6. confeſſ.

Veritatis ſola inquiſitio, perfectum ſapientię munus eſt. Idem Lib.1.de acad.diſ.

Non parum in Philoſophia profectum puto, cum in comparatione recti veriq; inueniendi conténitur à diſputante victoria. Ibidem.

Non eſt bonum homini hominem vincere. Sed bonum eſt homini, vt eum veritas vincat inuitum, Ibidem.

Tutius auditur veritas quàm prædicatur. Idē de Doct.Chriſt.

Si de veritate ſumitur ſcandalum, vtilius permittitur naſci ſcandalum, quàm veritas relinquatur. Idem de Lib.Arb.

Lex omniū artiū ipſa veritas eſt. Idē de doct.Chriſt.

Veritatem & ſi ſplendor orationis ornet, non tamen facit. Idem.2.confeſſ.

Contra veritatem cognitam dimicare idolatriam ſuperat. Idem Epiſt.48.

Qui veritatem occultat, & qui mendacium profert, vterq; reus eſt: ille quia prodeſſe nō vult: iſte quia nocere deſiderat. Idem de ag.er.

Veritatem in loco expedit celare, vt nunquam aduerſari fas eſt. Aug.in pſal.

Nemo

Nemo poteſt veraciter amicus eſſe hominis, niſi fuerit prius ipſius veritatis. Ibidem.

Veritatis inq̃ſitio peccatis impeditur. Idē de ver.rel.

Veritas humilibus tantum oſtenditur. Idem.q.ex vtroq;.

Fidele eſt teſtimonium, quod cauſas non habet mentiendi. Hier. in Epiſt.

Tantus in te ſit veritatis amor, vt quidquid dixeris iuratum putes. Idem ad ecl.

Si propter timorem mortis tacere veritatem impietas eſt, quomodo nō eſt maior impietas, ppter miſerum ventrem, & honoris vanam ſpem tacere veritatem? Ibidem.

Natura veritatis eſt magiſtra. Ambr.

Veritas nihil erubeſcit, niſi abſcondit. Tertul.

O quanti veritatem quærunt non in veritate, ſed in vanitate: & quod miſerrimum eſt, in verbis vitæ lucra mortis negociantur. Ricar.in quod.ſer.

Certitudo dummodo habeatur, non curetur de modo. Ibidem.

Nihil eſt ad defendendum puritate tutius, nihil ad dicendū veritate facilius. Greg.in Hom.

Ille veritatis defenſor eſſe debet, qui, quæ rectè ſentit, loqui non metuit nec erubeſcit. Greg.ibidem.

Nihil ita manifeſtam facit veritatem, vt breuis & pura narratio. Bern.1 de conſider.

Veritas magis elucet impugnata. Ibidem.

Turpe eſt falſitate aliqua poſſe ſeduci, veritate autem non poſſe reduci. Idem in Epiſt.

PRÆ-

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

CVM vobis prędicatur, nobis ipsis clamamus; nos ipsos arguimus: vt si vsq; modo deliqui-mus, sic emendemus, vt nunquàm de reliquo faciamus. In comm. ser.

Vnde viuitur necessitatis est accipere, charitatis est præbere: non tanq̃ veniale sit euangelium, vt illud sit prętium eius, quod sumunt, qui annunciãt vt de viuant, accipiunt siquidem sustentationem ne-cessitatis à populo, mercedem dispensationis à Deo. Idem de Past.

Non debemus euangelizare, vt manducemus, sed manducãre vt euangelizemus. Idẽ de Verb. Do.

Quoties vobis aliquod durũ dicimus, nõ ideo dici-mus, vt à vobis tale aliq̃d suspicemur: sed ideo etiã illa, quæ non facitis denũciamus, vt illa, in quibus fortè fueritis prœuenti, sanare possitis. Solet enim fieri, vt dũ maiora timẽtur, maiora caueãtur. Ibid.

Qui potest capere, capiat: qui autem non potest capere, non mihi ascribat, sed tarditati suæ, & conuer-tat se ad illum, qui aperit cor, vt infundat quod dõnat. August. super Ioan.

Merces intelligentiæ diuturnus fermo esse non de-bet. Idem super Psalm. 32.

Si vultis fratres quietè audire, nolite habere cor in auribus, sed aures in corde. Idem de Nat. Bap.

Si cubi diligẽtia medicinæ huius impẽsa nõ prodest, suf-

sufficit ad rationem Deo reddendã, quòd non cessauit impendi. Idem contra Cres.

Non minus reus erit, qui verbũ Dei negligenter au-dit, quàm qui corpus Christi sua negligẽtia in ter-ram cadere permiserit. Idem Hom. 16.

Cùm prędicamus ad populum etiam ipsi populo se-dilia subiaceant, ne qui sępiùs infirmior stando las-satus à saluberrima intentione auertatur, aut etiã cogatur abscedere. Idem de Cath. rud.

Iuuenes etiam rectè sapientes non debent ad prædi-candum prosilire. Greg. 10. Moral.

Infirmis mentibus non debent alta prædicari. Idem. 11. Mor.

Prędicans Iesum debet eius passiones imitari. Greg. super. 1. Regum.

Prædicatio non facile accipitur eius, qui leuibus es-se moribus videtur. Idem super Ezech.

Laudem de prædicatione quærere, est rem magnã vi-li prætio venundare. Ibidem.

Prædicator audientis modum consideret. Greg. 17. Moral..

Prædicator prius euellat nociua ab auribus, & po-stea plantet vtilia. Idem 18. Mor.

Prædicator causarum origines à sanctis paginis su-mat. Ibidem.

Cum auditores vitã prædicatoris suscipiũt, vim prę-dicationis necessario admirantur. Greg. 19. Mor.

Boni prædicatores honorẽ propter elationẽ fugiũt, licèt honorari propter imitationẽ velint. Ibidem.

Prę-i

Prædicator verba auribus dare potest, aperire corda non potest: profectum ergo auditorum non sibi tribuat sed Deo. Greg. 19. Moral.

Cum doctrinæ discretio cautè à prædicatoribus custoditur, ei diuinitus largior copia prædicationis datur. Ibidem.

Prædicatores sancti propter persecutionem à prædicatione non desistunt. Ibidem.

Prædicator post aliorum curationem, ad seipsum redeat. Greg. ibidem.

Prædicator carnalis dicitur lucerna cæca. Idē super. 7. Reg.

Prædicator in ordine prædicationis perfectus nō est, si contemplationis reuelatione caruerit. Ibidē.

Forma bellica prædicatoribus est obseruanda: ponunt enim contra dæmones insidias, munitiones, castra. Idem. 12. Mor. &c.

Humani generis redemptor per diem miracula in verbis exhibebat, & ad orationis studium in noctibus pernoctabat, vt perfectis prædicatoribus insinuat, quatenus nec actiuam vitam amore prædicationis funditus deserant: nec cōtemplationis gaudia operationis nimietate penitus excludant: sed quieti contēplantes sorbeant, quod loquentes erga proximum refundant. Idem in Mor.

Ad supremum desiderium auditores inflammare non possunt verba quę frigido corde proferuntur, nec enim res quæ in seipsa non ardet, aliud accendit. Idem super Ezechi.

Qui speculator dei futurus est, multo tēpore debet quiescere, & delere ea quæ videt, in alijs corrigenda. Hier. super Ezechiam.

Omne quod non ędificat audientes, in periculū vertitur audientium. Idem in Epist.

Docente te in Ecclesia non clamet populus, sed gemitus suscitentur: lacrimæ auditorum, laudes tuę sint: Verba Presbyteri scripturarum lectione condita sint, verba voluere celeritate dicendi apud imperitorum vulgus admirationem, sui facere in doctorū hominum est. Hieron. in Epist.

Neminē specialiter meus sermo lesit: in generale de vitijs disputat: q mihi irasci voluerit, ipse se quod talis sit confiteatur. ibidem.

Aperi ostium, sed prius vt aperiatur implora, vita enim verbum erigit, & acquirit: sermo enim sine vita non est Dei sermo. Ambr. super Luc.

Ille cui dispensatio verbi commissa est, etiam si sancte viuat, et tamen erubescit aut metuit perditè viuentes arguere, cum omnibus periet qui eo tacente perierint. quid ergo ei proderit nūc puniri suo, qui alieno est puniendus peccato. Prosp. de vera conct.

Verba salutis sæpius audita reprobis vilescunt. Ber. serm. in die ap.

Verbum Dei aliter sapit electis, aliter reprobis. Idem Verb. abr.

Prędicator plus intendere debet ad influēda corda, quē ad exprimenda verba. Idem super ea. &c.

Quando miraculum facit per prædicatores Deus? tonat per nubem, terret per nubem, & corrigit per pluuiam. Prædicatores ergo isti per quos prædicatur Euangelium, nubes sunt Dei. Super Psalm. 35.

Quod tuum est spargis & perdis, si priusquàm infundaris tu totus, sermiplenus festines effundere: quam obrem si sapis, concham te exhibebis nó canalem. Idem. 2. de Consid.

GVBERNATIO ET REGIMEN.

EX GRÆCIS.

PErfecta gubernatio, est apud vnũ, vel paucos: multitudo nó potest regere. Plato. de Reg.

Non populus causa gubernatoris, sed gubernatio causa populi fit. Idem.

Vocante te patria ad Rẽpublicam gubernandã, absurdũ forsan est nó parère, præsertim cõ simul accidit, vt aditus paucis hominibus relinquatur. Idem Epist.

Custodes legum diligenter præuideant, primum ne fiant delicta, deinde facta pro vt ius postulat puniãtur. Plat. de Leg.

Vbi præsens fuerit Philosophus, ibi ciuitas erit felix. Arist. Rhet. 2.

Ars gubernandi ciuitates principatum tenet in omnibus artibus. Idem. Eth. 1.

Regens naturaliter est dignior recto. Idem Polit. 1.

Melius

Melius est ciuitatem regi à viro optimo, quam à lege optima. Idem. Pol. 3.

Oportet prudẽtes magistratus nón propter officiũ, sed virtutis causa admirationem sui parère, vt etiam immutata fortuna eisdẽ laudibus digni censeantur. Idem apud Stob.

Statim leges ac mores populi mutare, nouisq; eá legibus velle subito moderari, non modò non facile, verùm nec tutum quidem omninò est, vt res quæ multo tempore & ingentibus viribus indiget. Plat. de Polit.

Vir ciuilis, & remp. tractare incipiens, ad naturã populi se accommodet, atq; scitè confectetur ea quibus populus soleat delectari, & quibus adduci facile possit: donec opinione virtutis & fide iam cõparata authoritati possit inniti. Ibidem.

Quæuis Reipublicę administratio, inimicitias & dissidia quædam affert. Simonid. de Polit.

Magistratum quemdiu gesseris deponere difficile est. Ibidem.

Mirabor non tantum si tyrannum, sed si gubernatorem videro senem. Plut. de cõui. 7. Sap.

Oportet quidem leges acriter statui; mitius tamen quàm ipsę iubent pœnas sumere. Stob. Lib. 2.

Rebus, quas tu peragere non potes, tales præfice viros, ceu ipse præstiturus sis culpam eorum, quæ illi deliquerant. Isoc. ibidem.

Administrans Remp. res publicas priuatas, priuatas autem publicas existimet. Ibidem.

Perindè periculosum est, vt insanienti gladium, sic improbo viro magistratum committere. ibidem Stob.

Gubernare oportet malos a bonis, & parere se melioribus. Eurip. apud Stob.

Vt ad ignē, sic ad Rēp. accedendū est, nec nimis ppe ne vraris, nec lōgiꝰ, ne frigeas. Arist. apud eūdem.

Ideo ad Rempublicam gubernandam, nō accedebis quia si male rexeris Dijs displicebis: si bene ciuibus. Chrysip. ibidem.

Bonus princeps à magistratu discedens, non ditior, sed clarior euadat. apud Stob.

Principatum quem gesseris ornes, te autem non immutes. ibidem.

Non oportet noctem integram dormire, virum cui cōmissa populi cura est. Hom. Ilia. 6.

Vt vulgus aliquid temere ex rebus tuis postulans, non mouet te; sic in Reip. causa populum te orantem non reuerearis. ibidem.

In publicis offitijs priuata persona deponenda est, & sumenda publica. Demostenes de coron.

EX LATINIS.

¶Nimis multa audire cogūtur, nec minus fieri potest, quibꝰ tota Resp. cōmissa est. Cic. pro Milo.

Queritur in re domestica continentiæ laus, in publica dignitatis. idem pro Flac.

Nunquam præstantibus in Republica gubernanda viris laudata fuit, in vna sententia perpetua permāsio. Idem ad Lentulum.

Magi-

Magistratus lex est loquens. idem. 3. de leg.

Nulla reconciliare facilius possunt multitudinis beneuolentiam, ij qui Reipublicæ pręsunt, quàm abstinentia atq; cōtinētia. Cic. off.

Qui Reipublicæ pręsunt legibus similes sint; quæ ad puniendum, non iracundia, sed æquitate ferūtur. idem in off.

Omnino qui Reip. pręsunt. duo Platonis præcepta teneant: vt vtilitatē Ciuium sic tueantur, vt quid quid agant ad eam referant, obliti cōmodorū suorū: alterum vt totū corpus Reip. curent, ne dū partes aliquas tueantur reliquas deserant: vt enim tutela: sic procuratio Reipublicæ ad eorum vtilitatem, qui cōmissi sunt, nō ad eorum quibus cōmissa est gerenda. idem. 1. off.

Boni Magistratus est non solū quid agatur videre, sed etiam quid futurum sit prouidere, & interclūdere omnes seditionum vias. idem pro Mure.

Bono viro non minoris curę esse debet qualis Resp. post mortem suam futura sit, quàm qualis hodie sit. idem in Læli.

Caput est in omni procuratione negotij, munerisq; publici, vt auaritiæ tollatur vel minima suspitio. idem off.

Prętoris manus non solum à pecuniæ lucro sed etiā oculos à libidinoso aspectu cōtinere debet. Max. lib. 4.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Tria oportet habere eos qui dominantur, terrorem, ordinationem, & amorem: nisi enim ametur dominus, pariter & metuatur, ordinatio eius constare non potest. Aug. de ir. abus.

Quando necessitas disciplinæ in moribus coërcẽdis dicere nos verbũ durum compellit si etiam nos ipsi modum excessisse sentitis, non à vobis exigitur vt à vestris subditis veniam postuletis, nec apud eos quos oportet esse subiectos: dum nimia seruatur humilitas, authoritas regendi frangatur. idem in Reg.

Pro omnibus tibi subiectis qui in domo tua sunt rationem Deo redditurus es. idem ad quẽd. Com.

Omnia indigent dño, & misera, & fœlicia, quia sine ipso non subleuatur miser, & fœlix non regitur. Aug. sup. Psal. 32.

Recta domus vbi vir imperat, fœmina obtemperat: rectus ergo ille homo vbi spiritus imperat, caro seruit. idem. sup. Ioan.

Benè sancti viri (scripturæ testimonio) reges vocãtur, quoniam tentationum suarum motibus non consentiẽdo succumbere, sed regendo præesse nouerunt. Greg. in Moral.

Reuera mihi videtur ars artium & disciplina disciplinarũ hominẽ regere: qui certe est inter omnes animantes, & moribus varijs, & voluntate diuisus. Greg.

Sepè susceptæ cura regiminis cor per diuersa diuertebat, & impar quisquè inuenitur ad singula, dum con-

confuse diuiditur ad multa. idem in Past.

Omnis qui dispensandis terrenis rebus præsidet, occulti hostis iaculis latius patet. Greg. in Mor.

Tunc Ciuitas bene ordinata est, cum Sanctę Ecclesiæ res recte agũtur, cũ & fortiores viribus necessarijs insistunt operibus, & seniores maiori prudẽtia præditi, de ijs quæ agenda sunt salubriter consulunt. Rab. sup. proci.

Quemadmodum cum videris arborem folijs pallẽtibus marcidã, intelligis, quod aliquã culpá habeat circa radicem, ita cum videris populum indisciplinatum, intelligis sine dubio quòd sacerdotium eius non est sanum. Ber. de Sum.

SVBDITVS.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

SVBDITI non tantũ morigeri sint, sed amãtes etiá magistratũ. Pytha. apud Stob.

Semper præsens status subditis est molestus. ibid.

Seruate orationem non vi cõtra potentiores. Eurip. in Orest.

Qui non assueuerũt ad nutum cuiq̃ parêre, molesti erunt cuiusque superbi hominis imperiũ. Demosthenes. 1. Olynt.

Nemo alienigenam dominum pati vult. Curt. lib. 7.

Eiusdem iuris esse debent, qui sub eodem rege victuri sunt. idem lib. 10.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Quidquam malorũ si ab iniquis dominis irrogatur iustis, non est pœna criminis sed virtutis exa-men. Aug. 4. de Ci. d.

Qui cõtra præpositã sibi potestatẽ murmurat liq̃do patet, quod illum redarguit qui eãdem potestatem homini dedit. Greg. in mor.

Subditi se posse melius agere putãt, quam præfectos si eos præesse contingat, temere enim de moribus iudicant regentium. idem. 15. mor.

Vsus rectę conuersationis, hoc exigit, vt præesse nõ audeat, qui subesse non didicit, nec obedientiam subiectis imperet, qui non nouit prælatis exhi-bere. ibidem.

Peccatum subditi, culpa reputatur pastoris si tacue-rit. idem sup. Ezech.

Subditi humiles sæpe accipiunt visiones, quę super-rioribus non dantur. ibid.

Ad præfectorũ laudẽ, subiectorũ redũdat virtꝰ. ibid.

Genus obsequij iudicatur vicia atq; moras regentis imitari. idem.

Tales se qui præsunt, exhibeant quibus subiecti oc-culta sua prodere non erubescant, & cum tenta-tionum fluctus paruuli tolerant, ad pastoris mẽtẽ quasi ad patris sinum recurrant. Gr. in past.

Curandum est vt rectorem subditis, pietas matrẽ & patrem exhibeat disciplina, atq; inter hæc solicita circunspectione curandum ne aut destructio rigi-

da sit, aut pietas remissa. ibidem.

Non enim caro subjecta animæ, nec vitia rationi, si animus non est subditus creatori, tunc autem rec-te nobis subijciuntur omnia quæ sub nobis sunt, si nos subijcimur eij ã quo nobis illa subiecta sunt. Isidor.

Talis vicesitudo recipitur vt qui amanti Dño seruire noluerit, odientibus inimicis subijciatur. Casi od. sup. psal. 114.

Seductori dat manum, qui dissimulat dare præla-to. Ber. sup. cõ. ser. 77.

A quo diuina potius consilia requiri debent, quã ab illo cui cõcredita est dispẽsatio ministrũ Dei. Ipsum proinde quẽ pro deo habemus tanquã Deũ in ijs quæ aperta nõ sunt, cõtra Deũ audire debemus. infirmę enim voluntatis inditiũ est statuta seniorũ studiosius discutere, herere ad singula quę iniũgũ-tur, exigere de quibusque rationẽ. id. de præc. & disce, &c.

OBEDIENTIA.

EX GRÆCIS.

QVãto quis diligẽtius obsequitur, tãto maiorẽ gratiã obtinebit. Arist. in Econ.

Nullum est maius quã inobedientię malum. apud Scob.

Quæ hoc tẽpore habemus bona ob nullã aliam causam adepti sumus quã ob præstitã obedientiam principi. Xenoph. apud Scob.

Obedientia Ciuium, fœlicitas vrbiũ eſt. ibidem.

EX LATINIS.

¶Deo parêre libertas eſt. Sene. deit. vbeat.

Corrumpitur atq; diſſoluitur imperantis officiũ, ſi quis ad id quòd facere iuſſus eſt nõ obſequio debito ſed cõſilio nõ conſiderato reſpondet. Gel. li. 1.

Maior eſt obſequij gloria in eo quod quis minus velit. Plini. in Pan.

Suis quiq; parent placidius Curt. lib. 6.

Obſequio mitigantur imperia- idem lib. 8.

Bis peccas cũ peccanti obſequiũ accommodas. Pub. Mim.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS

¶Cum Chriſto iubente ſeruis homini, non homini ſeruis, ſed illi qui iuſſit. Aug. ſup. Pſal. 124.

Obediendum eſt Deo, etiam ratione non data. idẽ in ſenten.

Obedientiæ bonum in primo declaratur homine, & in illius præcepto. idem ſup. Pſal. 70.

Sola eſt quę fidei poſsidet meritum obediẽtia. idem

Obedientia non ſeruili metu, ſed charitatis affectu ſeruanda eſt: non timore pœnæ, ſed amore Iuſtitię. Greg. 12. Mor.

Obedientia victimis iure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiã vero propia mactatur. Idem 13. Mor.

Nullũ malũ debet per obediẽtiã fieri: aliquãdo vero bonũ debet per obediẽtiã intermitti. Gr. 5. M.

Obediẽ-

Obedientia debet in aduerſis aliquid de ſuo habere, in proſperis nihil. ibidem.

Obedientia vincimus dęmones, cæteris virtutibus oppugnamus. idem in. 1. Reg.

Non potuit Deus perfectius oſtendere bonũ obedientiæ, niſi cum prohibuit ab ea re quæ non erat mala: ſola ibi obedientia tenet palmam ſola ibi obedientia inuenit pœnam. Aug. ſup. pſal.

Qui patri ſpũali modò obediẽs, modò obediens eſt, ei eſt comparandus qui in oculis modò collirium modò calicem ponit. Clem.

Rem dicturus ſum mirabilem, ſed inde omnino ne heſites: Expedit in Deũ magis peccare quã in Ducem noſtrum. nam ſi Deum ad iracundiã prouocaueris, Dux noſter illũ recõciliare poteſt: ſi vero ducẽ ipſũ perturbauerimus, nullũ habebimus qui nobis illum propitiũ faciat. ibidem.

Nullo alio vitio tam præcipitem diabolus monachũ perducit ad mortem, quàm cũ neglectis conſilijs ſeniorum ſuo iuditio perſuaſerit diſcretioniquè confidere. Caſsian. in Epiſt.

Illum optimum conſcientię gradum dixerim, cum eo animo opus iniuſtum ſuſcipitur, quo præcipitur. Bernar. de præ. & diſcipl.

Nouit verus humilis atq; obediẽs, & minima nõ cõtẽnere, & maximè curare quæ maxima ſunt. ibid.

Et ſi omnis inobedientia inexcuſabiliter ſit culpabilis, nulla tamẽ æternaliter damnabilis, niſi quã remedium penitentiæ non ſanat. Ibidem.

Hoc

Hoc aduertẽdum est quod quædem sunt pura bona, quędam pura mala, & in ijs nullum deberi hominibus obediẽtiam, quoniam illa ommitenda sunt cum prohibentur, nec ista vel cum iubentur committenda. Porro inter hæc sunt media quędam quæ pro modo, loco, tempore, vel persona, mala possunt esse et bona. & in ijs lex posita est, obediẽtiæ. Ber. Epist. ad Adam.

Verus obediens mandatum non procrastinat, sed etiam parat, aures auditui, linguam voci, pedes in neri, manus operi, & se totum colligit vt mandatum perlegat imperantis. Ber. Ibidem.

Non est dubium quin maiorem gratiam mereatur qui se paratum exhibeat ante mandatum, quàm qui obedire satagit post mandatum. Ibidem.

Obedientia circa difficilia gratior, contemptus, circa minima culpabilis. Ibidem.

Molesta obedientia est suspicari de omni præcepto. Ber. de pr. & disp.

Oculum & aurem quos inobedientia clausit, aperiat obedientia. Idem super Ca. serm. 22.

Obedientiæ speculum Christus est. Idẽ de grad. &c.

Obedientię falsus numus est, propria voluntas, bona autẽ charitas. Idem ser. de S. And.

Quisquis vel occulte, vel aperte satagit vt quod habet in voluntate spiritualis pater iniungat, ipse seducit, & quasi de obedientia blanditur, nec ipse in ea re prælato, sed magis ei prælatus obedit. Ibid.

Si iubente seniore vt sileam, verbum mihi fortè per-

obli-

obliuionem elabitur, reum me confiteor obedientiæ, sed venialiter: si vero ex contẽptu sciens & deliberans in verba prorumpo, & rupero silentij legem, preuaricatorem me constituo & criminaliter, & si impenitens perseuero vsq; ad mortẽ peccaui damnabiliter. Idem de prec. & disp. &c.

LIBERTAS, LICENCIA, ET DISPENSATIO

EX GRÆCIS.

OPVS libertatis est viuere vt quisque vult, quia seruus nõ viuit, vt vult. Arist. Poli. 6. Libertas, senectutis beneficium est. Plut. de Cup. diuic.

Sacius est libertatem nobis conseruare, quàm alijs auferre. Ibidem.

Quod optimum inter homines est, libertas est. Lucre. 7.

Heu non est mortalium qui sit liber, aut enim pecuniæ, aut fortunę seruit, aut multitudo ciuiũ, aut legum præscripta coërcet eum, ne vtatur moribus ex arbitrio. Eurip. in hæ.

Serui non liberi est, quę quis sentiat nõ dicere. Ibid.

Tyrãnidis & libertatis, naturale desiderium est. Demost. in Orac. Ph.

Libertas nomen virtutis est seruitus autem malitiæ. Scob.

EX LATINIS.

Libre

¶Liber est is æstimandus, qui nulli turpitudini seruit. Cicer. 4. ad Her.

Ita præclara est recuperatio libertatis, ut ne mors quidem sit fugienda pro repetenda libertate. Idem Phil. 10

Bestiæ quas delectationis causa concludimus, cũ copiosius alantur quàm si essent liberę nõ tamen facile paciuntur se contineri. Idem. 5. de fin.

Seruitus & libertas si modũ obseruent, vtraque bona sunt: si modum excedant vtraquè mala. Senec. Epistol. 9.

Proprium est paupertatis cum alia deficiunt, exercere libertatem. Quint. decl. 9.

Liberis, pretium seruitutis ingratum est. Cur. lib. 6.

Libertatis magna custodia est, si magna imperia diuturna esse non sinas. Liui. 1. Dec. Lib. 4.

Alia alijs, licentia est. Ibidem.

Inæstimabile bonũ est, suum fieri. Senec. Epist. 76.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Prima libertas voluntatis erat posse peccare: nouissima erit multo magis non posse peccare. August. de cor. & gr.

Quem delectat vera libertas, ab amore rerum mutabilium liber esse appetat. Idem de Ver. Relat.

Bonus homo liber est, etiam si seruiat. Idem. 4. de Ciuit. Dei.

Tunc vero efficimur liberi, cum Deus nos fingit, formatque & creat: non vt homines quod iam fecit, sed vt

vt boni homines simus, quod nunc gratia sua facit. August. in Ench.

Libertas sine gratia, non est libertas sed contumatia. August. Ep. 89.

Ille quamuis cõditione seruitutis liber est, qui amore non capitur, auaritiæ vinculis non tenetur, metu criminis non alligatur, qui securus expectat præsentia, quem non pauent futura. Ambr. de Ioseph.

Rescindenda insipienti potestas, non adiicienda libertas. Ibidem.

Sola apud Deum libertas est, nõ seruire peccatis: sola apud Deum nobilitas clarum esse virtutibus. Hierony. in Epist.

Libertas indignatur, si opprimatur. Ibidem.

Libertas ibi est, vbi Domini spiritus est. Ansel. super Epist. ad Gal.

Ignorat mens gratiam libertatis quam ligat seruitus timoris. Greg. in Pastor.

Liber est quem conscientia non accusat. Idẽ in Reg.

Libertas Christiana non sit velamen malitiæ. Idem de fid. & op.

Non est alienus à scelere qui vt faceret impetrauit. Cipr. in Epist.

Triplex libertas est, prima naturæ, secunda gratiæ, tertia vitæ vel gloriæ, primo namque in liberam voluntatem, ac voluntariam libertatem conditi sumus. Prima ergo libertas habet plurimum honoris, secunda plurimum virtutis, nouissi-

nouissima cumulum iucunditatis, in prima præ-
stamus cæteris animalibus, in secunda carnem, in
tertia mortem subijcimus. Ber. de Gra. & li ac. 6.

Libera voluntas nos facit esse nostros, mala diaboli,
bona Dei. Idem.

Libertas vbi non est, nec metus est. Idem.

Dispensatio prælatorum mala; dispensatio non est,
sed discrepatio. Ber. de Cons. lib. 9.

Extorta seu coacta licentia, non licentia sed violen-
tia est. Idem.

Ad vtilitatem Ecclesiæ, aliqua sunt dispensanda, vbi
necessitas exigit. Idem de pr. desp. &c.

SERVITVS.

EX GRÆCIS.

SERVOS negantes atq; contradicentes ma-
gis flagellamus. Arist. ret. 2.

Domini ad seruum non est amicitia secundum
quod seruus, sed secundum quod homo: quia secu-
dum quod seruus dissimilis est, vt homo autem si-
milis. Arist. 8.

Multi serui quandoq; deterius seruiunt patri-
Idem Polit. 1.

Prius decet dominum expergisci quã seruum, & po-
sterius, ire cubitum. Idem.

Oportet seruo dare operam, & victum sufficientem.
Ibidem.

Impossibile est negligentis domini seruos esse dili-
gentes. ibidem.

Serui non de aceruo, sed de semine furantur. Plut.
de amic.

Seruus vino hilaris non obiurgandus; id enim de-
mentius est. Diogenes. lib. 4.

Omne qđ ex necessitate est, seruit9 est. Eur. i Oreſt.

Probis seruis calamitas est, res dominorum male ce-
dentes, animoq; discrutiant. idem in Med.

Angit me seruus, maiores Domino spiritus ha-
bens. idem.

Serui & obscuri homines mechanici, remedia sunt
mortalibus, & inuenti ad eos vsus qui viros dede-
cent. Stob. lib. 1.

Non est vlla possessio in vita iucundior q̃ ben euolũ
sibi seruum adipisci. ibidem.

EX LATINIS.

Serui sunt, immo homines: serui sunt, immo con-
tubernales, serui sunt immo humiles amici: serui
sunt immo conserui, si cogitaueris in vtroq; tan-
tundem licere fortunæ. Sen. Ep. 47.

Totidem sunt hostes, quot serui. ibidem.

Colant te potius serui, quam timeant. ibidem.

Tarda & trepida sunt officia seruorũ. Quint. decla. 2.

Genus seruitutis est, coacta libertas. id. decla. 7.

Vltima malorum etiam seruorũ sine exceptione cõ-
ditio est esse venalem. idem decla. 9.

Serui quos bellorũ iniquitas victoribus in prędã de-
dit, eisdem legibus, eadẽ fortuna, eadẽ necessita-
te, nati sunt, ex eodẽ loco spiritũ trahũt, nec natu-

ta illis sed fortuna dedit dominũ. idem decl. 11.
Cũ omnis seruitus est misera, tũ vero intolerabile ser uire impuro, impudico & effęminato. Cic. Phil. 3.
Seruorum fides quò minus expectata eò laudabilior. Max. lib. 6.
Callidus seruus dño imperat. Terent.
Seruum nolle mentiri noua religio est. idem.
Seruorum vitium loquacitas est. idem.
Est ingeniosior ad excogitandum seruitus libertate. Plin. in pan.
Frequẽs recognitio seruorum, nec impunitis spem nec peccandi locum prebet Colu. in lib. 11.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Omnis hominũ dominatus in homines, aut dominorũ aut seruiẽtiũ morte finitur. Aug. de ver. rel.
Libera semper est seruitus apud Deum, cui non necessitas seruit, sed charitas. ibidem.
Nomen & conditionem seruitutis, culpa genuit, non natura: & prima huius subiectionis causa peccatum est. idem de ver. Mo.
Seruꝰ fidelis domino absente, pbatur. Chr. sup. Euã.
Prudenter sibi Dominus seruire vult: non vt nimia etate sua debiles fiãt, & postea medicorũ suffragia quęrat. temperandũ est itaq; quantum fieri potest vt incęptũ obsequiũ magis prouehatur, quã per incõsiderationẽ minuatur. Amb. sup. Ep. ad Tim.
Liberis hominibus, omni supplicio grauior seruitus est. idem, 1. offi.

Defen-

Defendere dominũ famulus tenetur. Apud Iurist.
Nihil facit seruus, si multi dũi imperent. Lact. li 4.
Inutilis seruus, dominum durum vocat. Greg. ho. 7
Non seruire Deo, non Deo sed homini molestum est. Aug. li. 14. de Ciuit. Dei.
Non solum effusio sanguinis, in confessione martyrium reputatur: Sed deuota quoq; mẽtis seruitus, quotidianum martyrium est. Hier. in Ep.

DIGNITAS ET HONOR.

EX GRÆCIS.

Si quis est in Philosophia honorat⁹, irascitur ei qui despicit eam. Idem rhet. 2.
Honor virtutis præmium est, nõ aurum. Idem. 4. Ethic.
Firmissimus honorum custos, modestia est. Plut. de Polit.
Nullus honor est, qui in deferentem magis, quàm quibus defertur sese trãsfert, ac is qui in senes effunditur. ibidem.
Non loca viros, sed viri loca faciunt honorata. idẽ in Apoph.
Mediocres honores tempore augentur, excedentes cito euanescũt. ibidem.
Summa authoritas etiã si maledixerit, persuadebit, eadem enim ratio à glorioſis, & in glorioſis pro fecta non idem valet. Eurip. in poli.

EX LATINIS.

Tuemur quæ dicta sunt ab ijs, quos probamus. Cic. de nat. Deor.

Is verus triumphus est, cum bene de rep. meritis testimonium à consensu ciuitatis datur. idem Philip. 24.

Honos alit artes, omnesq; incẽdimur ad studia gloria, iacentq; ea semper quæ apud quosq; improbatur. idem. 1. Tusc.

Est angusti animi atq; demissi, triumphi honorem atq; dignitatem contemnere. ibidem.

Magistratus Magistratu, honor honore petitur. Cic. 2. de oratore.

Potior est bonis, dignitas sine vita, quã vita sine dignitate. Max. lib. 3.

Sæpè quam absentes habemus autoritatẽ, præsentes amittimus. Cæsar.

In re magna, ratio vincat autoritatẽ. Plin. lib. 1. Epist.

Omnes recusare honores ambitionis est, eligere vero pauciss imos, moderationis. idẽ in pane.

Qui sæpius dignitatẽ recusat, tanq; minorem recusat. Ibidem.

Dignitas in certamine relicta, potentioris erit. Liui. Dec. 1. lib. 6.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Si non inueniſti homo rationem & fugis ad autoritatem approbo. Aug. de Verb. Apost.

Dignitatem pleriq; ambiunt, laborem pauci. ibid.

Autoritati rationi junctę standum est. idem de quant.

quant. An. ca. 7.

Gloriam, & honorem non debet sequi virtus, sed ipsa virtutem. Idem. 5. de Ciuit. Dei.

Honoris comes, inuidia est. id. de Mir. sacr. scrip.

Quãto plus honoramur tãto plus periclitamur. idẽ sup. psal. 106.

Qui in offitio sunt, tandiu honorandi quandiu præsunt. idem quæst. ex vete. test.

Cum eleuatur deijcitur qui honoribus profecit, & moribus cadit. Greg. in reg.

Sicut leuius est de plano corruere, sic grauius est de sublimi cadere dignitate. idem in past.

Sicut toto desiderio debemus occupationem fugere, ita si desit qui præsideat, occupationis onus libenti animo suscipiendum est. idem in reg.

Talis esse debet dispẽsatio regiminis, vt is qui præest ea se circa subditos mẽsura moderetur, quatenus arridens timeri debeat, & iratus amari, vt nec nimia lætitia, vilem reddat: nec immoderata seueritas, odiosum. Greg. 1. Mor.

Honor non solum maioribus sed etiam æqualibus exhibendus est. idem.

Dignitates sunt fugiendæ ijs, qui se impares agnoscunt. idem in reg.

Honores sæpè mutant mores. ibidem.

Honor malis exhibitus, in eorum cõmutatur ruinam, idẽ sup. psal. 7.

Multi secularib⁹ dignitatib⁹ prædíti vas fictile quod portant, quàm cito sit exterendum non attendunt

dunt. idem.1.Mor.

Circa vitam tuam esto austerus, circa alienam benignus: sentiant te homines grauia facientem & paua mandantem. Chr.super Math.

Gloriam aliorum, putat pius esse suam. idem ser. de mans.

Honorans alios, se ipsum honorat. ibidem.

Honoris magnitudo ijs, qui non sunt digni honore, stimulus incipit esse pœnarum. ibidem.

Differẽtia dignitatis facta est inter sanctos, vt vn⁹ sit Episcopus, alter minister: contumatia vero carnis & peruersitas mũdi, & operatio inimici coëgit vt honores videantur esse, sed reuera non sunt nisi ministeria. ibidem.

Nullus à se ipso habere potest, authoritatem, vel nobilitatem, sed oportet per alterum conferatur: imo qui sua authoritate assumeret in crimen falsi incideret. Apud Iurisp.

Dignitatẽ habens à principe dignior reputatur. ib.

Dignitatibus viri dãdi, nõ viribus dignitates, Apud Plat.

Authoritas præcipientiũ, & qualitas præceptorum attendenda est. Ber.de præcep.& dispen.

VIRTVS.

EX GRÆCIS.

VIrtus sanitas, prauitas morbus est. Plat.d̃ rep.

Virtutis vna species, prauitatis innumere. ib.

Circa difficilia, virtus semper versatur. Arist. Eth. 2.

Non vt sciamus quid sit virtus perscrutamur, sed vt boni efficiamur. ibidem.

Maior virtus est, bona facere, quàm mala non perpetrare. idem Eth.4.

Virtuti perfectę non fit condignus honor. ibidem.

Virtus & malitia determinant nobiles & ignobiles, seruos & liberos. idem.poli 1.

Virtutes non se inuicem sequuntur, fieri enim potest, vt prudens quispiam ac iustus, idẽ intẽperãs ac incontinens sit. idem apud Diog.lib.6.

Virtutem prorsus tollimus, cũ discendam negamus, quãdo disciplina generatio quædam est, qua fœtus in animo discẽtis à doctore producitur. Plut.de cur.

Nec in domo nec, in ciuitate diuite habitat virtus. Volat.

Virtus in homine absolutio est humanæ naturæ. Stob.

Tanquam in asylum ad virtutem confugiendum est. ibidem.

EX LATINIS.

¶Multum sibi adijcit lacessita virtus. Sen.Ep.13.

Quemadmodum virtutes retentę exire non possũt facilisquè earum tutela est: ita initium ad illas eundi arduum est. ibidem.

Nulla virtus latet, & latuisse non ipsius est dãnũ. idẽ Ep.80.

In optimis quoq; antequam erudias, virtutis materia non virtus est. Idem Ep.91.

Marcet ſine aduerſario virtus. idem.de prouid.

In quibuſdam vitia ipſa delectant, in quibuſdã virtutes non habent gratiam. Quint.lib.11.

Qui virtutẽ prẽcio metiuntur, nullam virtutem, ſed malitiam putant. ibidem.

Nulla poteſt eſſe virtus niſi gratuita: nã quæ voluptate, quaſi mercede aliquã ad officiũ cõpellitur, ea non virtus ſed virtutis ſimulatio eſt. Cice. 5. Tuſc.

Si ipſam honeſtatem vndique perfectam penitus videremus: quo nã gaudio cõpleremur, cũ tãto opere illius adũbrata opinione lætamur? idẽ.5.de finib.

Virtutem etiam in hoſte diligimus. idem in Læl.

Conciliatrix amicitiæ eſt virtutis opinio. ibidem.

Propter virtutem iure laudamur, & in virtute recte gloriamur. idem.3.de nat.Deor.

Non ſunt iſti audiendi qui virtutem duram & quaſi ferream eſſe volunt. idem in Læl.

Virt⁹ omnia quę cadere in hominẽ poſsũt ſubter ſe habet, eaq; deſpiciẽs, caſus contemnit humanos, culpaq; omni carẽs, præter ſe ipſam nihil ſentit ad ſe pertinere. idem Tuſc.5.

Cũ fateamur ſatis vim eſſe in vitijs ad miſeram vitam, fatendum eſt etiam eandem vim in virtute eſſe ad beatam vitam. ibidem.

Sola virtus in ſua poteſtate eſt: omnia, præter ipſam fortunæ ſunt dominationi ſubiecta. idem ad Her.

Durior eſt conditio ſpectatę virtutis q̃ incognitę. ib.

Præſentem virtutem non odimus, ſed certè negligimus.

Publica

Publica religione conſecrata virtus, nulla priuata laudatione indiget. Max.lib.3.

Si virtus p ſe eſtimatur, vitæ magiſter eſt optim⁹. Ib.

Sola virtus naſcitur, non fingitur. Ibidem.

Virtus poſt vitia magis ſe attollit.

Virtutibus abundat, qui alienas amat. Pli.lib.1.Ep.

Cui vna virtus contigit, omnes contingunt. Ibidẽ.

Nihil tam arduum natura conſtituit, quo virtus non poſsit eniti. Cur.lib.7.

Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima ſtultitia caruiſſe. Hora.lib.1.ep.

Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum. Ibidẽ.

Ipſa q̃dẽ virt⁹ ſibi met pulcherrima merces. Sil.li.3.

Peregrina in teris virtus eſt, in cœlo ciuis.

Virtus matureſcit, ſeneſcẽtibus vitijs. Liu.1.dec.li.2.

Pertinax virtus, omnia vincit. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶In hac vita virtus, non eſt niſi diligere quod diligẽdũ eſt, id diligere prudẽtia eſt, nullis inde auertimoleſtijs fortitudo eſt, nullis illecebris temperãtia, nulla ſuperbia, iuſtitia eſt. Aug.Ep.ad Maced.

Virtus eo pluris æſtimanda, quo plura contemnit, magnę fœlicitatis eſt cum fœlicitate luctare, magnæ fœlicitatis eſt à fœlicitate non vinci. Idem in quod.ſerm.

Nemo poteſt habere regnum virtutũ, niſi prius excuſſerit iugum vitiorum. Ibidem.

Virtutes niſi ad Deum referantur, vitia ſunt. Aug.9.

de Ciuit. Dei.

Virtus, interioris hominis pulchritudo est. Idem Epistol. 35.

Virtutis prẽmiũ ipse Deus est. idem. 22. de Ciuit. Dei.

Ad virtutẽ, vnica & simplex est via. id. 9. de Ci. Dei.

Non virtus est non posse peccare, sed nolle. Ambr. super Luc.

Eo virtus eminentior, quo status inferior. ibidem.

Nulla sine labore virtus est, quia labor processus virtutis est. idem super psalm.

Qui deficit sibi vt virtuti adhæreat, amittit qđ suũ est & accipit quod æternum est. ibidem.

Vis virtutes tuas augere, noli pdere. Chry. super Ioã.

Gradus est ad virtutem minus impudenter peccare. Ibidem.

Gradus primus virtutis est, alienæ virtut. applaudere. ibidem.

Virtus tanta res est, vt impugnantes illam admirentur. Ibidem ad Theod.

Sicut malitia etiam ante gehennam, eos qui ea participant cruciare consueuit, ita virtus etiam ante regnum, eos qui hic eam operantur præparat voluptati, & cum spe optima & delectatione viuere facit. idem super Ioan.

Sicut aurum vestemq; preciosam, cum in publicum ponimus, plurimos ad insidias prouocamus, nec in tuto seruamus: sic etiã virtutẽ diuitiæ, si eas in memoria quasi venales portamus, armamus hostem, irritamus inimicum. idem super. Mat.

Aspe-

Asperã nobis & insuauẽ virtutis viã, nimia facit vitiorũ cõsuetudo, quæ si in alterã partẽ trãsferatur, inuenietur semita iustitię leuis. Hiero. ad Celad.

Sũma tibi sciẽtia, summa notitia sit, vitia virtutesq; distinguere, quæ quanquam contraria sibi sint, aliqua tamen ex eis tanta iunguntur similitudine, vt discerni omnino vix possint. ibidem.

Efficax quædã res est ipsa virtutis species, quæ puris oculis ostensa nos rapit in amorem sui. ibidem.

Omnes virtutes ita cohærẽt, vt qui vna caruerit, cæteris careat. Hier. in Epist.

Virtutis bonus odor est, sicut malus vitij. ibidme.

Virtutis finis est, in vsus multorum defundi. ibidẽ.

Philosophus gloriæ animalis, & popularis aurę mancipium totam simul sarcinam depposuit, & tu reputas in virtutis culmine positum satis esse, si partem ex toto offeras, te ipsum vult Deus, non tua. idem in Epist.

Plerumq; virtus, cum indiscrete tenetur, amittitur: cũ discrete intermittitur tenetur. Greg. in Mor.

Quid est virtus nisi medicamẽtum, & quid est vitiũ nisi vulnus? quare ergo nos de medicamẽto vulnꝰ facimus? facit Deus, de vulnere medicamẽtum, vt qui vitio percutimur, virtute curemur. ibidem.

Nemo virtutes fauet, nisi qui sequi potest. ibidem.

Virtus non potest cerni, nisi habeat vitia contraria, aut non potest esse perfecta, nisi exerceatur aduersis. ibidem.

Virtutis via nõ capit magna onera portãtes, ibidẽ.

Non

Non caret egregia virtus, vel laude, vel premio, et
si egregijs conatibus non respondeat euentus.
Meum firmum est quod ex virtute mea habeo. apu
Iurisconsul.
Tolle discretionem, & virtus vitium erit. Ber. in Ep
Laudo factam de necessitate virtutem, sed plus illi
quam eligit libertas, nō inducit necessitas. Ibid
Forma virtutem reddit illustriorem, sed non maio
rem. Ibidem.
Rara virtus est alienæ non inuidere virtuti, mult
rarior gaudere ad illam. Idem in Ep.
Virtus maxima est, inter prauos bene viuere. Ibid
Virtus in nobili plus placet, &c.

BONITAS.

EX GRÆCIS.

OMNIA bonum appetunt. Arist. Rhetor.
Illud est melius quod optimo est propin
quius. Ibidem.
Illud quod paucioribus actionibus, bonitatem su
participat, nobilius est eo quod pluribus. Ibiden
Bonus nunquam res turpes sua sponte agit. Iden
Ethicorum. 4.
Non est illæ bonus, qui ne in malos quidem acerbu
est. Pluta. de inuid. & odi
Boni viri, Deorum imagines sunt. Diog. lib. 7.
Nullus malus lubens, nec inuitus bonus. Pl
de iust.

Bo

Bonus homo semper bonus, nec pro calamitate inge
nium perdit. Eurip. in Hecub.
Si vis esse bonus primū crede qđ malus sis. Scob. li. 1.
Boni paucis legibus indigent. Ibidem.
Boni faciles sunt deceptui. Ibidem.

EX LATINIS.

Magna bonitatis pars est velle fieri bonum. Se
nec. Epist. 34.
Bonus vir, sine deo, nemo est. Idem Epist. 4.
Vir bonus nec fieri, nec intelligi cito pōt. Id. ep. 42.
Ad neminem venit ante mēs bona, q̄ mala. Idē ep. 52.
Quandiu sim, alienum est, quandiu vero bonus vir
sim meum est. Idem Epist. 94.
Prosunt inter se boni, malus autē malo nocet. Idem
Epist. 100.
Omnis nostra cura debet in hoc versari, vt si. pos su-
mus boni aliquid faciamus, sin minus, ne quid
mali. Cicer. 2. de Orato.
Vir bonus non modo facere, sed ne cogitare quidē
quicquam audebit, quod non audeat prędicare.
Idem. 5. Tuscul.
Vt quisq, est bonus, ita difficillime esse alios im pro-
bos suspicatur. Idem ad Quint. fr.
Probitas per se parum tuta est. Salust.
Vir bonus & prudens (qualem vix reperit vnum.
Millibus è cunctis hominum consultus Apollo)
Iudex ipse sui, totū se explorat ad vnguem. Verg.
Bonis hoc maximè propositum est, vt malis displi-
ceant.

Semper

Sépercogites optimum esse tu te vt sis optim⁹ : si id nequiueris, saltém vt optimis sis proximus. Plaut.

Magna nobis inest probitatis necessitas cum omnia faciamus ante oculos cuncta cernentis.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS

¶Ideo Deus bonis & malis bonus est, quia summe bonus est. minus enim bonus esset si tãtum boni bonus esset. Aug. in Conf.

Boni plures sunt q̃ à nobis cognoscũtur. id. 2. dOrd.

Quando timore pœnæ, non amore Iustitiæ fit bonũ, nondum bene fit bonum: nec fit in corde, quod foris videtur in opere, quando mallet homo non facere si impune posset. Ibidem.

Bonum laudare, non laudato, sed laudantibus prodest. ibidem.

Sicut boni per cõtumelias meliores existũt, ita semper reprobi beneficio peiores euadunt. Aug. ibid.

Qui bonum alterius adiuuat, suum facit. Gre: Ep. 59.

Ad bonum tarditas ex ira Dei est. idem in Ench.

Bona sunt magis remunerãda, q̃ mala puniẽda. ibid.

Non sunt omnia bona, quæ bona fiunt intentione. idem contr. Mend.

Nemo inuitus bene facit, etiam si bonũ est quod facit. idem lib. Conf.

Bonorum facta, non recte facta, non licet imitari. idem de Imi. Bap.

Boni bona sua opera reijciunt, mala vero ante oculos ponunt. idem super Psalm. 144.

Bonum sine malo esse potest, sed non malum sine bono. August. in Quæst.

Sola virtus est bona, quæ possidentes bonos facit. Idem.

Bonum solius iustitię delectatione faciendum. idem lib. 21. de Ciuit. Dei.

Quisquis malus est, neminem putat esse bonum: & quisquis bonus est, non putat se solum bonum esse. idem Psalm. 25.

Nullus est in hac vita sine peccato, sed eum dicimus malum, cuius prævalent bona: & illum optimum, qui nimium peccat. idem Epist. 2. ad Maced.

Rerum natura sic est, vt quoties bonus malo coniungitur, nõ ex bono malus melioretur, sed ex malo bonus contaminetur. Chrisost. super Math.

Boni nihil facere, facere malum est. Ibidem Epistol. ad Eph.

Bonus malo sic connectitur, vt aut pares reddantur, aut cito ab inuicem separentur. ibidem.

In omni statu ac conditione, optimis admixta sunt pessima. Hieronym. ad Rust.

Toties sacrificamus, quoties bonum aliquid agimus. Lact. lib. 6.

Non potest quisquam eligere, & scire quod bonum est, nisi sciat simul reijcere & euitare quod malum est. ibidem.

Naturale est bono, ad alterius salutem commoueri. Ibidem

Bonorum quorundã, sicut & malorum intolerabilis

est magnitudo. Tertul.

Bonus desinis esse, vbi incipis nolle fieri melior. Bern. in Epist.

Inter bonos bonum esse, salutem habet: inter malos vero & laudem. Ibidem.

Lego, noli esse nimium iustus, lego etiam noli esse nimium sapiens: noli esse nimium bonus nusquam lego. Ibidem.

Non potest bonus non esse qui malis displicet, nec is qui bonis placet. Ibidem.

IVDEX, IVSTITIA, ET IVDITIVM.

EX GRÆCIS.

Difficile est nobis iudicare id non esse bonum, in quo naturaliter delectamur. Arist. ethi.

Melius est iudicare secundum leges & literas, quam secundum propriam scientiam, vel sententiam. Idem Polit.

Qui magnis in rebus se iustitiæ cultorem exhibere vult, eum ius aliquando in paruis violare necesse est. Plut. de Polit.

Iudicantes eadem mente præditos esse oportet, qua legislatores fuerunt. Scobeus lib. 1.

Tum in omnibus iudicijs præteritam vitam considerare oportet, tum maximè in illis causis, in quibus ipsa vita accusatur. Ibidem.

In seueritate iudicis, sita est legum authoritas. Demost. Cont. Mid.

Melius est inter inimicos iudicare, quàm inter amicos quippe

quippe ex amicis alter futurus inimicus est. Laër.

EX LATINIS.

¶Cum iudici dicenda sententia est, meminerit se Deum habere testem. Cicer. offic. 2.

Non contra Remp. nec contra iusiurandum amici causa faciet vir bonus, nec si iudex quidem erit de ipso amico: ponit enim persona amici, cum induit iudicis. nam si ea facienda sunt quæ velint amici, non amicitiæ tales, sed coniurationes putandæ sunt. idem 3. offi

Primum iustitiæ munus est, vt nulli noceat nisi lacessitus iniuria: deinde vt communibus pro communibus vtatur: priuatis autem vt suis. idem 1. off.

Officijs scientiæ, anteponenda sunt officia iustitiæ, considerate enim agere plus est quàm considerare prudenter. idem 2. offic.

Prætoris manus non solum à pecunia, & lucro, sed etiam oculi à libidinoso aspectu continentes esse debent. Max. li. 4

Ad pœnitentiam properat, cito qui iudicat. ibidem.

Tanto melior expectatur magistratus, quanto sæpius fuerit. Pli. in Pan.

Magistratum delicta iudicanda sunt grauius, quam plebeorum. ib

Maximum bonæ fidei præmium est, bene iudicasse ib.

Ius laborat, non tamen extinguitur. Liu. li. 2. Dec. 3.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Non debet iudex vendere iustum iudicium, nec testis verum testimonium, quia vendit aduocatus iustum patrocinium: illi enim inter vtramque partem ad examina

adhibẽtur, iſte ex vna pte cõſiſtit. Aug. ad Maced.

Magno delicto implicaremur, ſi cum corda hominũ nõ nouimus, eis nollemus iudicib⁹ credere, vltra quos uon potuit cauſa tranſire. Ibidem.

In paupertate æquitatem ſeruare, noua & perfecta iuſtitia eſt. Idem in Queſt.

Iudicium temerarium magis nocet iudicanti quàm iudicato. Idem ſerm. D. in mo.

Ignorantia iudicis, ſæpè fit calamitas innocẽtis. Idẽ, 9. de Ciuit. Dei.

Non vos iudicetis maleuolos eſſe quãdo alterius crimen iudicatis, magis quippe nocentes eſt is, ſi fratres veſtros quos iudicando corrigere poteſtis, ta cẽdo perire permittitis. Idem de com. vit. Cleric.

Qui quos vult iudicat, iudicari ferat. Idem Ep. 174.

Apud iuſtum iudicem, ſola conſcientia propria timenda eſt. In Pſalm. 37.

Iudices criminum ſuorum memores, miſericorditer agere poſſunt. Idem Epiſt. 54.

Quid tã humanum, q̃ non poſſe inſpicere cor hominũ, & ideo nõ ei⁹ latebras perſcrutari, ſed plerũq; aliud quã id quod ibi agitur ſuſpicari. Idẽ ſup Ioã.

Peruerſorũ derogatio, vitę noſtrę probatio eſt, quia iã oſtẽditur aliquid iuſtitiæ nos habere, ſi illis diſplicere incipimus qui nõ placẽt Deo. Gre. ſ. Ezec.

Sicut non nunquàm graujus eſt diligere peccatum, quam feciſſe, ita nequius eſt odiſſe iuſtitiam, quã non facere. Idem Moral. 5.

Vnde agnoſcitur quid eſt iuſticia, inde agnoſcitur quid

quid eſt culpa. Idem. 31. moral.

Humana iuſtitia, iniuſta eſt, ſi diuinitus diſtrictè iudicetur. Idem. 21. Mor.

Lucem debet aſpicere, qui de tenebris vult iudicare. Idem in Hom.

Iuſtus iudex tranſfert ſe in perſonam proximi. Idẽ. 19. Moral.

Iudex habeat actionẽ diſtrictã & linguã mitẽ. Ibidẽ.

Facile deuiat à iuſtitia, qui in cauſis hominem, non Deum pertimeſcit. Chryſoſ. ſuper Mat.

Iuſtitia ſine miſericordia non eſt iuſtitia ſed crudelitas: ſicut & miſericordia ſine iuſtitia non eſt miſericordia ſed fatuitas. Ibidem.

Cui dubiũ eſt, quin inter tres peccatores, immo impios, Gẽtilẽ, Hęreticũ, Eccleſiaſticũ, multis maioribus pœnis dignus ſit, qui maioris fuit dignitatis Hiero. ſuper Ezechi.

Tene rigorem in diſcuſſione iuſtitiæ, miſericordiam in diffinitiuæ ſententiæ. Iſido. in Simod.

Non ſufficit Chriſtiano vnam partem iuſtitiæ implere, cum vtraq; præcipitur. Idem in Epiſt.

Alienum te à perſonis omniũ redde iudicio, ac propter miſericordiã in iudicio pauperẽ ne defendas, nec propter gratiã diuiti indecentera ſiſtas, aut ſi nõ potes facere, cognitionẽ reſpuè cauſarũ. Ibidẽ.

Mitigat iudicem pudor vitiorum, excitat autem pertinacia denegantium. Ambr. de Cayn, & Abel.

Iuris præcepta tria ſunt, honeſtè viuere, alterũ non lædere, ius ſuũ vnicuiq; tribuere. Apud Iuriſcõſ.

Semper aliquid admittitis iudices fermenti, quo tota massa corrumpitur.

Iustitia est in duobus modis, innocentia scilicet, & beneficentia, innocentia iustitia inchoat, beneficentia consumit. Ber. in sent.

Vigor iustitiæ semper feruidus sit nunquam præceps. idem super Cant.

Iustitiæ via est, per quam ad iustitiá venitur. Idem.

Iuditium in alium non ferimus, nisi quia nos illo honoratiores iudicamur. ibidem.

LEX CIVILIS.

EX GRÆCIS.

LEX veritatis imitatio, & veritatis inuentio est. Plat. de Reg.

Omnibus temperatis, Deus lex est: intemperatis vero voluptas. idem Ep. 9.

Sicut optimum animalium est, homo lege fruens: ita pessimum animalium est à lege, & iustitia separatus. Arist. pol. 10.

Vtere legibus antiquis, obsonijs vero recẽtibus. Demetr. phil.

Optima ciuitas est in qua omnes nõ minus legẽ quá tyrãnum timẽt. Plut. in. cõui. 7. sap.

Ciuilia iura violari possunt, naturæ non possũt. idẽ in Apophteg.

Paucis legibus opus est, pauca loquentibus. ibidem.

Leges

Leges hominum, non homines legum dominos esse oportet. ibidem.

Si quis omne genus legum proponeret hominibus & omnibus consideratis sibi optimas deligere iuberet, singuli suas recepturi essent: ita quilibet omnium longe præstantissimas suas leges existimant. Stob. lib. 1.

Qui paucis vtuntur legibus, non habent opus legibus. ibidem.

Necessarium est, naturæ condolere, legi autem suffragari: ibidem.

Oportet leges acriter statui, mitius autẽ quàm ipsæ iubent pœnas sumere. ibidem.

Legum finis est conseruatio bonorũ. Demost. in Ep.

EX LATINIS.

¶Legib⁹ proposita sunt supplitia vitijs: prẽmia autẽ virtutibus. Cic. 1. de Orat.

Leges sunt inuentę, quę cum omnibus vna eademq; voce loquerentur. idem 2. off.

Maior hęreditas venit vnicuiq, nostrum à iure & legibus, quam ab ijs à quibus illa bona relicta sunt: nam vt perueniat ad nos fundus, testamento opus est: Vt retineamus quod nostrum factum est, sine iure ciuili non potest. idem pro Cęcin.

Silent inter arma leges, idem pro Mil.

Hoc spectant leges, hoc volunt, incolumem esse ciuium coniunctionẽ. idem 3. offic.

Vt corpora nostra sine membris, ita ciuitas sine legibus. idem pro Cluent.

Non aliquid in vniuersum, quod quasi certam formam habeat cõstituipotest. Veri iuris germanęq; iustitiæ solidam atq; expressam imaginem nullam habemus: vmbra ex imaginibus vtemur. Id. 3. off.

Legũ imperia potentiora sunt, quã hominũ. Liuius.

Lex noua semper abrogat antiquę. Ibidem.

Lex, fortis res est, si principem habeat. Ibidem.

Improbus orator, leges subuertit. Ibidem.

Non agnoscunt leges, ac iura miseros. Quint. Dec. 11.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS

¶Lex ista quæ regendis ciuitatibus fertur, multa cõcedit, atq; impunita relinquit, quę tamen per diuinam prouidentiã vindicantur. Aug. de lib. Arb. 1.

Non inutiliter metu legum humana coërcetur audacia, vt & tuta sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis, dum formidato supplicio frenatur facultas, inuocato Deo sanetur voluptas. Idem ad Maced.

Cum iubet ille qui legẽ cõstituit aliquid fieri, quod in lege prohibuit, iussio ipsa p lege habetur, quoniam autor est legis. Idem super Leuit.

In his temporalibus legibus quanquam de ijs homines iudicent, cum eas constituũt: tamen cum fuerint institutæ atq; firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas. Idem de Ver.

Legibus malis, boni probantur: bonis, mali emendãtur. Idem contra Eresc.

Ratio legem commendat. Ambr. de Offi.

Lex pauciloqua est, personarum autem infinitæ circunstantiæ. Ibidem.

Lex possibilis erit, iusta, & secundum naturam: secũdum consuetudinem, patriæ loco q; conueniens, necessaria, vtilis, manifesta quoq; ne aliquid per obscuritatem in captione contineat, nullo priuato commodo, sed pro vtilitate ciuium. Ibidem.

Ratio legis, anima legis est. Apud Iurisconsl.

Ratio naturalis sufficit pro lege. Ibidem.

IVDICIA DEI.

SICVT palato non sano pœna est cibus panis, qui sano est suauis, & oculis ægris odiosa est lux, qua incolumis gaudet obtuitus: ita displicet iniquis Dei iustitia, cui si subijcerẽtur, non cõturbarentur.

Operum Dei causa si lateat hominem, non se obliuiscatur esse hominem, nec propterea Deo det insipientiam, quia non bene capit eius scientiã. Idem de spiritu & li.

Nemo à me quęrat occultorum rationem, ille dicit, inscrutabilia sunt iudicia, et tu exscrutari venisti? ille dicit, inuestigabiles viæ eius, & tu inuestigari venisti? si inuestigabilia & inscrutabilia inuestigare venisti, crede quia peristi. tale est enim velle scrutari inscrutabilia, & inuestigabilia vestigare: quale est velle inuisibilia videre, & ineffabilia fari. Idem de Verb. Apost.

Iudicia diuina dum neſciuntur, non audaci ſermone diſcutienda ſunt, ſed formidoloſo ſilentio venerãda. ibidem.

Rationem de occulto dei iuditio quærere, nihil aliud eſt quã cõtra eius cõſiliũ ſuperbire. idem in Ho.

Iudiciorũ Dei contemplatio tremorem inducit, & efficit ad ſapientiam initia contemplantem. ibidem.

Illud eſt magnificum ſi ſubiectus contumelijs, iudiciũ Dei laudes, ſi vexatus ægritudine iudicio Dei deputes, ſi teinopia premit non reuocet quo minus laudes iudicium Dei. Amb. ſuper pſal.

IVDICIVM EXTREMVM.

Quid ad te quando veniet extremum iudicium? ſic viue quaſi hodie venturum ſit & non timebis cũ venerit. Aug. de Aſc.

Tam occultum eſt iudicij tempus, vt etiã ipſo iudici occultum eſſe dictũ ſit, non ad cognoſcendũ, ſed ad prodendum. idem ſuper pſal. 9.

Quanto magis differtur iudiciũ, tanto maiore impetu venturum eſt. ibidem.

In ea carne veniet iudicaturus, in qua venerat iudicandus. idem. 20. de Ciuit. Dei.

Qui in infirmitate venit, vt redimeret: in poteſtate venturus eſt vt iudicet. ibidem.

Qui ceciderunt ad vnã vocẽ Chriſti morituri, quid facient ſub vocẽ iudicaturi? ibidem.

Sicut

Sicut rege adueniente ad aliquã ciuitatẽ, ij qui honoribus decorantur, eum ſumma confidentia, nõ expectato eius ingreſſu lõgè ante portas occurrũt, & excipiunt venientem: rei autem & criminibus obligati, intra muros continentur imperatoriã expectaturi ſententiam: ita & quando Dominus veniet iuſti ei in ipſo medio aëris aëre, confidẽter occurrẽt, iniuſti vero obligati peccatis, tunc hic remanebunt expectantes iudicium. idem de Aſc. D.

In numero iudicantium omnes intelliguntur. qui propter euangelium omnia ſua dimiſerunt, & ſecuti ſunt dominum. idem Hom. de pœn.

Ille deſiderat diem iudicij, qui fiduciã habet in illo, eius conſcientia non trepidat. formidandũ eſt malis propter pœnam, amandum Bonis propter coronam. idem ſuper Ioan.

Si poſſemus facere quod dies iudicij non veniret, puto quia nec male viuendum eſſet. Super pſal. 49.

Illa ineffabili potentia Dei, multi qui foris videntur, intus ſunt, & multi qui intus videntur, foris ſunt. Auguſt. 5. de Bap.

Iudex ſupremus ante iudicium placari poteſt, in iudicio non poteſt. Greg. in Mor.

Malos in iudicio, & boni & mali accuſabunt. ibidẽ.

Chriſtus in iudicio tranquillus iuſtis, & iratus apparebit iniuſtis. idem. 31. Moral.

Ad iudiciũ ſine intermiſsione properamus. id. ho. 15.

Credẽdum eſt quòd ante tribulationem extremi iudicij iniuſti quoſdam iuſtos in requie conſpiciant,

vt eos vidētes in gaudio non ſolum de ſuo ſuppli cio: ſed de eorum bono crucientur. iuſti ſemper in tormētis intuētur iniuſtos, vt hinc eorum gaudium creſcat, quia malum cōſpiciunt, quod miſe ricorditer euaſerunt. Idem in Hom.

In iudicio paſtores cū ſuis gregibus apparebūt. Ibid.

Quotiens diem illam conſidero, toto corpore contremiſco, ſiue enim comedo, ſiue bibo, ſiue aliquid aliud facio, ſemper videtur illa tuba terribilis ſonare in auribus meis: Surgite mortui venite ad iudicium. Hiero. in Epiſt.

Pernitioſa nos metipſos fallentes perſuaſione, putamus quod mala noſtra ſpatio temporis euaneſcūt, & quia nos illa obliuiſcimur, credim⁹ quòd de memoria diuinę ſeueritatis delapſa ſint: ſed nō ita eſt, omnia apud illum collecta, omnia apud illum repoſita atq; ſignata ſunt. Euſeb.

In illla die, nihil eſt quod reſpondeamus, vbi cœli & terra, aqua, ſol & luna, dies & noctes, & tot⁹ mundus ſtabit aduerſus nos, in teſtimonium peccatorum noſtrorum, & ſi omnia taceant, tamen omnes cogitatiōes noſtræ: & ipſa opera, ſpecialiter ſtabūt ante oculos noſtros, accuſantes nos ante Deū. dicente apoſtolo: cogitationibus inuicem accuſantib⁹. Chryſoſ. ſuper Mat.

Excludi à bonis ęternis, & alienum effici, ab ijs quę prępărata ſunt ſanctis, tātum generat cruciatum, vt ſi nulla extrinſecus pœna torqueret, hæc ſola ſufficeret. Idem in ſerm.

Boni

Bonum iudicium, quod me in diuino diſtricto q; iudicio ſubducit & abſcondit, volo vultui tuo iudicatus præſentari, non iudicandus. Ber. ſup. ps.

PRVDENTIA, DISCRETIO & Prouidentia.

EX GRÆCIS.

PRudētia, ppriè virtus eſt Principis. Ariſt. Pol. 2. Prouidere difficile eſt, videre autem facile. Idē Elench. 2.

Homo boni tact⁹ ſemper eſt diſcretus, nō ſic de alijs ſenſibus. Idem. 2. de Ani.

Prudenti viro paucorum ſapientum potius, quàm multorū inſipiētiū iuditiū ē verēdū. Plat. đAmo.

Prudentes facile ex omnium ſententijs vtilia eligūt. Demoſt. 1. Olyn.

Frugi & bonus vir præteritorum memi ☉ ſſe debet, agere præſentia, futura cauere. Apud Scob.

Robur, & murum, & arma, ſapiēti prudentia præſtat. Ibidem.

EX LATINIS.

Quid refert prouidere quod effugere nō poſsis? Seneca Epiſt. 88.

Homines in alienis negotijs plus vidēt. Idē. Ep. 100.

Non temere incerta caſuum reputat, quem fortuna decipit. Liu. lib. 10. Dec. 3.

Iuſtitia ſine prudentia plurimum poteſt. Nihil autē ſine iuſtitia prudentia. Cicer. 2. de Offi.

Deorū prouidentia mundus adminiſtratur: ijdemq; con-

consuluntrebus humanis, nec solum vniuersis, verum etiam singulis. idem de Nat. Deor.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Vbicunq; fuerit prouidẽtia, frustrãtur vniuersa contraria, vbi autem prouidẽtia negligitur, omnia contraria dominantur. Augustꝰ de Sing. Ele.

Prudens dictus est, porro videns: si autem prudens porro videt, ergo fide viuit, idem psalm. 73.

Prudentia carnis inimica est Deo. idem de Ver. Ap.

Cum tibi tuo animo indigna multa accidunt, ne ipsum contemnas. Nam si diuina prouidentia extenditur vsq; ad nos, quod minimè dubitandum est. & mihi crede; sic tecum agi oportet vt agitur. idem de Acad. Disp.

Non solum futura, quemadmodum geri debeant cõsulimus, verum etiam præterita quemadmodum gesta sint, solicita recordatione recolimus, vt nosmetipsos in bene factis imitemur: & si quæ culpa trãsierũt, ne repetãtur curem⁹. idẽ lib. 50. Hom.

Prudentia absq; simplicitate malitia est, & simplicitas absq; ratione stultitia est. Hiero. in Epist.

Prouidentia Dei gubernantur omnia, & quæ putantur pœna medicina est. idem super Ezech.

Grandis est prudentia, aurum in luto quærere. idem ad Læt.

Velimus nolimus, sene scimus: paremus nobis viaticum quod longo itineri necessariũ est, nobis portemus, qđ inuiti dimissuri nõ sumus. imo portem⁹ in cœ-

lũ, qđ si negauerimus, terra sumptura est. ibidẽ.

Sola discretio est, quæ perturbatis cogitationibus non succumbit. Greg. in Moral.

Sæpè vnde nos Deꝰ estimatur deserere, inde nos recipit, & vnde recipe, inde nos derelinquit. idẽ. 5. Mo.

Iusti cum contra desiderium agi conspiciunt, ad occulta Dei iudicia recurrũt, vt in eis videant, quod ordinatè intus disponitur, quod in ordinatum foris currere videtur. idem. 16. Mor.

Sæpè discretus cadit in culpam, infirmus opus virtutis facit. sed hic ex virtute fit peior, ille cautior ex peccato. idem. 11. Mor.

Infirmi dum futura mala prouidere nesciũt, tãto eis graviora fiunt, quanto eis inopinata tolerantur: prouido autem repente aduersa non veniunt: aduersa autem plus sentiunt, qui de prosperis extolluntur. idem. 13. Mor.

Deus in hoc mundo nec ab omnibus pœnam sumit, ne desperes resurrectionẽ, & animo de futuro iuditio despendas, tanquàm omnibus hic in præsentia rationem reddẽtibus: nec omnes impune sinit abire, ne rursum omnia citra prouidentiam euenire putes. Chrisol. super Ioan.

Est quidẽ discretio non tã virtus, quàm quædã moderatrix virtutũ, ordinatrix affectuum, & doctrix morum, vnde & auriga virtutum dicẽda est. Ber. super Cant. serm. 49.

FORTITVDO ET AVDATIA.

Nec

EX GRÆCIS.

NEc Hercules quidē cōtra duos. Plat. ¶ ami. Fortitudo corrūpitur à superabūdātia, & defectu, à medio vero saluatur. Arist. 2. Eth.

Fortitudinis non est parare diuitias, sed fortitudinē animi. Idem Pol. 2.

Fortitudo non egetira, siquidem à ratione procedit. Plut. de coh. ira.

Nulla fortitudinis vis est, absente iustitia. Id. ſapoph.

Fortem mansuetum esse oportet, vt proximi non timeant quàm reuereantur. Diog. lib. 1.

Fortitudine cum sumus iuuenes, cum autem senescimus prudentia valemus. Idem. lib. 4.

Fortitudo nemini inesse potest, qui aliquid malum morte in esse per sua sum habuerit. Scob. lib. 1.

Robur cum imperitia, periculosa res est. Ibidem.

Audacia principium actionis est, fortuna enim determinatur fini. Ibidem.

Nullum est vitæ maius, quam audatię viaticū. Ibidē.

Omnis audatia virium, mensuram excedit. Ibidem.

EX LATINIS.

¶ Contemptum periculorum, assiduitas periclitandi dat. Senec. de Prosper.

Fœlicius cedunt audacia, q̄ moderata consili. Ibidē.

In audaces, non est audacia tuta. Ibidem.

Tu ne cede malis, sed contra audētior ito.

Audaces fortuna iuuat, timidosq; repellit. Verg.

Animus vereri qui scit, scit tuto aggredi. Pub. mi.

Claudis ex desperatione crescit audacia, & cum spe nihil est, sumit arma formido. Veg. lib. 3.

Quædam tam fortiter tuenda, quàm facta sunt. Quintil. libr. 6.

Fortitudo virtus est pugnans pro æquitate. Cicer. 1. de Offic.

Fortes & magnanimi habendi sunt, non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam. Ibidem.

Quasi abnuit natura vtriusque boni largitionem, quasi supra humanam fœlicitatem sit, eundem & sapientissimum esse & valentissimum. Max. libr. 9.

Quid prodest foris esse strenuū, si domi male viuitur. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Fortitudinem gentilium mundana cupiditas, fortitudinem autem Christianorum Dei charitas facit. August. de Verb. Innoc.

Re vera fortiter pugnat, qui contra se pugnat. Idem de Nat. Deor.

Omnis fortitudo in humilitate est: fragilis enim est omnis superbia. Idem Psalm. 92.

Maior animus dicendus est, qui vitam erūnosam maluit ferre, quàm fugere. Idem de Verb.

Fortitudo corporis imbecillitas animi est, rursus fortitudo est animi, imbecillitas corporis. Idem super Euangel.

Virum fortem iniuriæ probant. Ibidem.

Fortitudo & constantia via regia est, à qua declinat ad

ad dexteram qui temerarius est, & pertinax: ad si-
nistrā qui formidolosus est et pauidus. id. sup. Est.

Hęc est vera fortitudo, quæ naturæ vsum, sexus in-
firmitatē, mētis deuotiōe trā sgreditur. id. de vid.

Fortis viri non est dicere, hoc non patiar: sed hoc nō
faciam. idem. 1. de Ciuit. Dei.

Fortitudo si nulla causa cogente, aut non pro causa
honesta periculum subierit, in temeritatem verti-
tur. Lact. lib. 8.

Nulla tanta vis, quæ viribus, & ferro labefactari nō
queat. Ibidem.

Valde fortitudo destruitur, nisi per consilium fulci-
tur, quia quo plus se posse cōperit, eo virtus sine
moderamine in deterius ruit. Greg. in Moral.

Fortes aliquando infirmitatis verba suscipiunt.
Idem. 12. Moral.

Fortitudo rerum contemptu constat. Amb. Offi.

Fortitudo sine iustitia inęqualitatis materia est. Ibi.

Fortitudo quę per bella tuetur à barbaris patriā, ve-
defendit infirmos, vel a latronib⁹ socios, plena iu-
stitia est. Ibidem.

Cōparamus nobis vires ad diuinos fulgores hauri-
dos, si diuina sobriè, caste pieq; veneremur. Dio.
de Diui. Nomi.

Incipe resistere desideriis tuis, & tunc intelliges
quam fortes sint spiritꝰ desiderioꝝ malorū, qui
te persequūtur, & hęc est pugna periculosa, & hę
est glorioſa victoria cum potueris odisse quod
amas: & amare quod odis. Chryſ. super Mat.

Gran-

Grandis violentia est in terra nasci: & cœlum rape-
re, & habere per virtutem quod habere non pos-
sis per naturam. Ibidem.

Viri fortes semper in pace modesti sunt, & qui fre-
quenter pericula tractauerūt, iustitiam nimis di-
ligunt. Cas. lib. 5.

Fortitudinis est in audendis confidere. Naz.

Ad virtutem spectat tribulationes fortiter sustine-
re: ad sapientiā gaudere in tribulationibus. Bern.
super Cant. serm. 55.

Non est vir fortis, cui non crescit animus in ipsa re-
rum difficultate. Idem in Ep.

SEVERITAS.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Necessaria est ad res gerendas hominum bene
uolentia, seueritas enim solitudinem amico-
rum parit. Pli. Epistol. 4.

Reip. causa adhibenda est clementiæ seueritas, sine
qua administrari recte ciuitas non potest. Ci-
cer. de Officijs. 2.

Turpe est acritiosum in re seuera conuitio dignum,
aut delicatū aliquem inferre sermonē. Idē. 3. Offi.

Iudicijs acerbis ciuitas magis vastatur quam cor-
rigitur. Salust. ad Cæsar.

Arcum intēsio frangit, animū remissio. Pub. Mim.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Aliud est charitas seueritatis, aliud est charitas

mãſuetudinis: vna quidem charitas eſt, ſed diuerſa operatur. Aug. cont. Porm,

Seueritas, quaſi ſæua veritas dicitur. Idẽ de verb. D.

Regat diſciplinæ rigor manſuetudinem, & manſuetudo ornet rigorem, & ſic alterum commẽdetur ab altero, vt ne rigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta. Idem.

Non aſpere quantum exiſtimo, non duriter, nõ modo imperioſo: ſed magis docendo quàm iubẽdo, magis monendo quàm minando, cum multitudine agendum eſt. Seueritas autem in paucorũ peccato exercenda eſt. Aug. ad. Aurel.

Sententiæ iuſtæ ſeueritatis, plerũque per clementiam temperantur. Greg. 1. Reg.

Seueritas niſi intra congruentes nocentium pœnas ſe coërcerit, fit ſæua crudelitas. Lact. libr. 6.

Nimia ſeueritas terrore ſæpè extorquet veritatem. Ambr. de Off.

Beatus qui ſeueritatem & mãſuetudinem tenet, vt altero diſciplina ſeruetur: altero innocentia non opprimatur. Ibidem.

Seuerus, quaſi ſemper verus. &c.

CONSTANTIA ET PERSEVERANTIA.

EX GRÆCIS

TArde aggredere quod aggreſſurus ſis, perſeueranter autem proſequere. Demet. Phal. Rar[illegible]

Raræ fœlicitatis eſt celeritas & magnitudo: rarioris diuturnitas & conſtantia. Demoſt. in arg.

Inter homines multi boni, maliq; ſermones incidũt: quibꝰ haud exterrearis, nec ſinas ab inſtituto opere dimoueri. Ibidem.

EX LATINIS.

¶ Vt aduerſas, ſic ſecundas res immoderatè ferre laudis eſt: præclara eſt in omni vita æquabilitas, idemq; vultus, eademq; frons. Cicer. 2. Off.

Non eſt ſatis iudicare, quid faciendum, vel non faciẽdum ſit: ſed ſtare etiam oportet in eo quod iudicatum ſit. Idem. 2. de fin.

Quærendi defatigatio turpis eſt: cum id quod quæritur pulcherrimum ſit. Ibidem.

Homines agere vnum, magnam rem puta. Præter ſapientem autẽ nemo vnam rem agit: cæteri multiformes ſumus, hoc exige à te, vt qualem te præſtare inſtitueris, talem te ad exitum ſerues, de eo quem vidiſti heri, meritò dici poteſt, hic quis eſt? tanta mutatio eſt. Senec. Epiſt. 121.

In excelſo eſt beata vita, ſed perſeuerantia penetrabilis. Ibidem.

Nihil eſt quod nõ expugnet pertinax opera, & intenta atque diligens cura. Idem Epiſt. 66.

Nemo ad bonam mentem certo animo contendit, qui non peruenerit.

Adnitendum eſt, etiam ſi ſumma deſperes.

Non ſi præſtantis ingenij vis, vel inclytarũ artium

defecerit instrumentum, confestim debemus ad otiũ, inertiamq; deuolui: sed quod sapienter speraumus perseueranter consectari debemus. Colum. Libr. 1.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Inquietudo variat affectiones vt altera alterã perimat, cõstantiã autẽ quies habet. Aug. 4 de li. Arb.

Pertinet ad Christianam firmitatem non solum operari quæ bona sunt, sed tolerare quæ mala sunt. Idem lib. de Post.

Bonus si fuerit qui tibi præest nutritor tuus est: malus si fuerit tentator tuus est, & nutrimenta libenter accipe, & in tentatione approbare. Idem de Verb. Domini.

Mẽs mutabilitatis suæ pondere, ad aliud semper impellitur, quàm est: & nisi in statu suo arcta custodiæ disciplina tueatur, semper in deteriora labitur. Greg. in Moral.

Incassum bonum agitur si ante vitæ terminum deseratur, quia frustra velocitet currit qui priusquã ad metam peruenit deficit. Idem in Mor. libr. 1.

Regnum cœlorum vim patitur, an non videtur tibi esse violentia, cũ caro cupit esse quod Deus est, & illuc vnde angeli corruere, angelis iudicatur conscendit? Hier. ad Eust.

Cæpisse multorũ est: perficere vero paucorũ Ibidẽ.

Nemo existimet bonos de Ecclesia posse discedere: triticum non rapit ventus, nec arborem solida radice

dice fundatam procella subuertit. Euseb.

Sola ex virtutibus perseuerantia coronatur. Bern. in Dedic. Ecclesiæ.

Perseuerantia est vnica filia summi regis, finis & cõsumatio virtutum, totiusq; boni repositorium & virtus, sine qua nemo videbit Deum. Idem in Ep

Tolle perseuerantiam, nec obsequium mercedẽ habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo, deniq; non qui inceperit, sed qui perseuerauerit vsq; in finem saluus erit Idem in Vig. Apo.

Non desistit, qui non deficit. Ibidem.

In via Dei non progredi, regredi est. Ibidem.

Currite fratres, tota curia cœlestis nos expectat. Bernard. serm. 3 in Vig. Nat. Dñi.

PACIENTIA.

EX GRÆCIS.

LEX dictat optimum esse in aduersis, quàm maximè fieri potest quietem agere: tum quod nihil dolor ad sequentia conferat, nec vlla humanarum rerum magni pendenda sit, eiq; quod subito præsidio esse potest, dolor impedimento sit Plat. de Rep. 10.

Cum iratus fueris nihil dixeris, aut feceris, priusquã vigintiquatuor literas pcurreris. Plu in Apopht.

Postquam quæ honesta non sunt patrare ausus es, patere & quæ non lubet. Eurip in orest.

Stultitias eorum ferre, qui rerum potiuntur neces-

se est. Idem in phœn.

Certamen patientiæ tale est, vt qui vincitur, ipso victore melior sit. Scob. lib. 2.

Magnam peritiam existimato, aliam ferre imperitiam. Ibidem.

Fortunæ mutationem sustine. nauiga secũdum fluuium, nauiga secundum fortunam. Ibidem.

Prudentis officium est, cauere ne quid mali fiat, fortis quod factum est moderate ferre. Ibidem.

Vtile est, vt qui fideliter moneant tolerentur. Demosten. in Exord.

Simplicem dolorem cum liceat, non feras duplicet. Eurípid. in Taur.

EX LATINIS.

¶ Tormenta quidem à me abesse velim, sed si sustinenda fuerint vt me in illis fortiter, honeste, & animose geram, optabo. Senec. Epist. 68.

Cauere fortunam potest, qui ferre potest. Idem Epistol. 99.

Non quid, sed quemadmodum feras interest. Idem de Prouid.

Si imbecillior est qui te læsit, parce illi: si potentior, tibi. Idem de ira. lib. 3.

Fortior est potentiâ, cum pietas scit se omnia facisse pro vita. Quintil. Decl. 8.

Speremus quod volumus, sed quod acciderit feramus. Cicer. pro Sest.

Patientia tam similis est fortitudini, vt cum ea, vel ex

ex ea nata videatur. Max. libr. 3.

Patientia quæri debet, quod gratia impetrari non potest. Ibidem.

Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum. Plaut. in Asin.

Furor fit læsa sępius patientia. Pub. Mim.

Qui se vltro morti offerant facilius inuenies, quam qui dolorem patienter ferant. Cæsar. de Bel. Gal. Libr. 7.

Qui sua metitur pondera, ferre potest. Martial.

Perfer & obdura, dolor hic tibi proderit olim.

Sæpè tulit lassis sucus amarus opẽ. Ouid. 3. Amor.

Leniter ex merito quicquid paciare ferendum est:

Quæ venit indignè pœna dolenda venit. Idem Epistol. 5.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Virtus animi, quæ patientia dicitur tam magnum donum Dei est, vt etiam ipsius qui nobis eã largitur, qua malos vt corrigantur expectat, patientia prædicatur. August. de Ac. 1.

Patientis iniuste, melior conditio est, quàm facientis. Idem Psalm. 15.

Tunc erit vera patientia si fuerit iusta: & in eis est iusta patientia, quorum mentis inuicta constantia, nec doloribus, nec voluptatibus cedit. Idem serm. 6. de Mat.

Patientiâ in laboribus huius vitæ nemo potest per-

petuo retinere, niſi mitis, atq; manſuetus: qui nõ reſiſtit voluntati Dei. Idem de verb. Apoſt.

Quanto impacientius cœleſtem Hieruſalem deſideramus: tanto patientius ſuſtinemus omnia propter ipſam. Idem ad Paul.

Oportet patienter ferri, quod feſtinãter non poteſt auferri. Idem de Pac.

Præcepta patientiæ ſemper in cordis præparatione ſunt retinenda: ipſaq; beneuolentia ne reddatur malum pro malo, ſemper in voluntate complenda. Idem ad marc.

Perfacile eſt veſtem contemptam habere, inclinato capite incedere, velum ſuper humeros dimittere, ſed verum humilem patientia oſtendit iniuriæ. Idem ad Probam.

Non in paſsione eſſe, ſed victorem eſſe paſsionis, bonum eſt. Idem de Sap. libr. 2.

Oportet vt patiamur, nec poteſt voluntas Dei eſſe mala, quia iuſta, quia & ſi peccatores ſumus flagellari debemus: & ſi iuſti eſſemus, probari debemus. Idem in cõm. Ser.

Suſtineantur a fidelibus infideles, & inter hortorũ frumenta zizaniorũ auulſio differatur, quãtumlibet ſæuiant impij: melior eſt enim in hoc tempore cauſa iuſtorum, qui quanto acrius impetũtur, tanto glorioſius coronantur. Idem de ver. vel.

Moleſtias & difficultates ſeculi tolerari iubes, non amari: nemo enim quod tolerat amat. Id. 10. Cõf.

Patiẽtia vera, ipſum amat quem portat, nam tolerare & ſe & odiſſe non eſt virtus manſuetudinis, ſed vehementum furoris. Greg. ſuper Ezech.

Doctrina viri per patientiã agnoſcitur, tanto ergo quiſq; minus oſtenditur doctus, quanto conuincitur minus paciens. Idem Hom. 35.

Pulchrius eſt alienam petulãtiam ferre, quã referre.

Iuſtitia exigit vt quod ſponte fecimus mente toleremus. Greg. 4. Moral.

Ego virtutem patientiæ, ſignis, & miraculis maiorem credo. Idem ſuper Ezech.

Nemo Dei longanimitatem negligat, quia tanto diſtrictiorem iuſtitiã in iuditio exiget, quanto longiorẽ, ante iuditium patientiam prorogauit. Ibi.

Patiẽtiæ finis ꝓmiſſorũ eſt expectatio. Amb. ſup ꝑs.

Magna virtus eſt, ſi non lædas a quo læſus es: magna virtus eſt, ſi cui nocere potuiſti parcas: nobile vindictæ genus eſt parcere victo. Hug. 3. de Ani.

Siue dignè, ſiue indignè, depoſiti ſint, Deo iuditiũ derelinquant, & patienter ſuſtineant quod de ſe iudicatum eſt: iſti & à Deo miſericordiam conſequentur, & frequenter etiam ab hominibus reuocãtur ad priſtinum gradum, & ad gloriã quã amiſerant. Origen. ſuper Ezech.

Voluntariè Deo ſacrificant, qui inter anguſtias paſſionum iugiter gratias agunt. Caſiod. ſuper pſal.

Non bona patientia eſt, cum poſsis eſſe liber, ſeruũ te permittere fieri. vera patientia eſt, pati, vel agere contra quod libeat, ſed non prẽter quod liceat. Bernad. de Conſid. 2.

Nunquam est virtus patientiæ in prosperis, ille ve-
rô patiẽs est qui aduersis conteritur, & tamẽ
pectu suæ rectitudinis non curuatur. Ibidem.
Plerumq; patientes ideo videmur, quia retribue
mala non possumus: sed qui idcirco malum no
retribuit quia non valet, procul dubio patiens
est: quia patientia non in ostensione inquiritu
sed in corde. Idem super Euang.
Paupertatem æquo animo ferre virtus patientiæ
sponte appetere, sapientiæ laus est. Ibidem.
Patientiæ & mansuetudinis exercitiũ in tribus co
sistit, in verborum injurijs, in damnis rerum,
corporis læsione. Ber de Purifi. Mar.
Nihil ita confusionem facit malum faciẽti, quam
lerantia patientis. Chrys. Epist. ad Hebr.
Semel vincit, qui statim patitur. Cypr. in Epist.
Leuius ferũtur mala, quæ nõ possunt esse diuturn

BENIGNITAS ET HVMANITAS.

MALO diu benignus, quam breui tem
pore Dominus appellari. Plut. in Apo
Humanitas est morum habitus, ad hom
num amicitiam valde propensus: habitus in om
nes beneficia conferens. Plat de fin.
Nihil honestius culpa benignitatis est. Pli. Iun. li
Necessaria est ad res gerendas hominum benev
lentia: austeritas verô solitudinem amicorum
rit, Plin. Epist. 4.

Bene

Beneuolentia facit vt amici vulnera, quam inimici
oscula vtiliora sint. Ambr. 1. Off.
Humanitas lege naturæ docetur. Ibidem.

INFIRMITAS SPIRITVALIS.

NIHIL infirmius anima nostra posita in me-
diis tentationibus seculi, in medijs gemitibus
& parturitionibus molestiarum. Nihil ea in-
firmius: donec hæreat soliditati cœlesti, & sit in tẽ-
plo Dei vnde non cadat. Aug. super psalm. 122.
Considerata infirmitas nostra, excusat aliena. Gre-
gor. 4. Moral.
Infirmitas multorum, nec contẽnenda, nec magno
pere curanda est. Chrys. Hom. 46.
Christiana infirmitas, fortitudo est. Idẽ sup Psal. 36.
Imbecillior fortiorem mouere potest. Ibidem.

SCIENTIA ET SAPIENTIA.

EX GRÆCIS.

SCientiarum possessio nocua est absq; optimi
cognitione. Pla. de Voto.
Dignoscit, qui inuenit: inuenit q quærit: quæ-
rit qui putat se ignorare. De nat. nom.
Vna scientia est melior altera, vel quia certior, vel
quia de meliori. Aristot. Top. 1.
Scientes vniuersale sæpè ignorant ipsum singula-
re, Elenchor. 1.

Tunc

Tunc ſcimus cum cauſas cognoſcimus. Ibidem.
Sicut conſeruantium corpus, eſt ſanitas: ſic conſeruantium animam, eſt eruditio. Ad Alex.
Omnes homines natura ſcire deſiderant. Meta.
Signum ſcientis eſt poſſe docere. Ibidem.
Abſurdum eſt ſimul quærere ſcientiam, & modum ſciendi. Metaph 2.
Finis ſcientiæ ſpeculatiuæ eſt veritas, practicæ vero eſt opus. Ibidem.
Eiuſdē ſcientiæ eſt oppoſita conſiderare. Metaph. 4.
Licet omnes ſcientiæ nobiles ſint, tamen diuina eſt nobilior, quia eius ſubiectū eſt nobilius. Metap.
Studiorum liberalium radices amaræ ſunt, fructus autem dulces. Ibidem.
Eruditio inter proſpera eſt ornamentum, inter aduerſa refugium. Ibidem.
Sapiens ipſe ſibi ſufficit, ipſius enim ſunt, quæ aliorum ſunt bona. Ibidem.
Sapiens non ſecundum conſtitutas leges viuat, ſed ſecundum virtutis normam. Ibidem.
Sapienti nihil nouum aut peregrinum eſt. Ibidem.
Omnes ex æquo ſcimus. Stob. 2.
Nimis ſapere non eſt ſapientia. Ibidem.
In bello ferrum auro præſtat, in vita autem eruditio diuitijs. Ibidem.
Sentire atq; ſapere illuſtre aliquid ſtude. Ibidem.
Cum cętera omnia tempore diminuantur, ſapientia ſola in ſenectute augetur. Plut. de lib. Educ.

¶ N

¶ Nemini niſi ſapienti ſua placent: omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui. Senec. Epiſt 9.
Sapiens non ſemper eat vno gradu, ſed vna via. Idem Epiſt. 20.
Vnus dies hominum eruditorum plus patet, quam imperitorum longiſſima ætas. Ibidem.
Sapiens eſt artifex domādi mala: dolor, egeſtas, ignominia, carcer, exilium vbiq; horrenda: cū ad hūc peruenerint manſueta ſunt. Epiſt. 57.
Stude vt non plus alijs ſcias, ſed melius. Epiſt. 90.
Docti tegunt ſuas iacturas. Pub.
Literarum expers non videt: videns. Ibidem.
Baculus eſt eruditio vitæ. Ibidem.
Duplū magis alijs vidēt, qui literas didicerūt. Ibid.
Exempla omnia iacerent in tenebris, niſi literarum lumen accederet. Cic. pro Arch.
Studia adoleſcentiā agunt, ſenectutem oblectāt, ſecundas res ornant, aduerſis ſolatium præſtant, delectant domi, foris non impediunt, pernoctāt nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur: quod ſi ipſi, nec attingere, nec ſenſu noſtro guſtare poſſimus, tū ea mirari debemus, cū in alijs videmus. Ibidē.
Literæ poſteritatis cauſa repertæ ſunt, quæ obliuionis ſubſidio eſſe poſſent. Pro Syl.
Non tam præclarum eſt ſcire latinè, quam turpe nō ſcire. Ad Brut.
Nihil eſt turpius quam ſapientum vitam ex inſipiētum ſermone pendere. 2. de fin.
Non eſt ſapientis dicere non putabam. 3. de fin.

Si

Si ſapientia oculis videri poſſet, omnes in amorem ſui compelleret. Ibidem.

Docti non ſolum viui atq; præſentes ſtudioſos diſcedi erudiunt, ac docent: ſed hoc etiam poſt mortem monumentis literarum aſſequuntur. 1. Off.

Non paranda nobis ſolum, ſed fruenda ſapientia eſt. 1. de fin.

Sæpè ſub ſordido pallio latet ſapientia. 3. Tuſcul.

Studiorum ſalutarium etiam citra effectum laudabilis tractatio eſt. Senec. de Vit. bea.

Scientia aliena ſibi quidam fama aucupantur. Plin. in præfat.

Quaſi abnuit naturę vtriuſq; boni largitionem, nec ſupra humanam fœlicitatem ſit, eundem & valentiſſimum eſſe & ſapientiſſimum. Max libr. 9.

Quicunq; ſunt habiti ſapientiſſimi, dicuntur multa ſciſſe, nõ omnia, Scientiam amaſſe, propemodum paraſſe eſt. Col. lib. 12.

Adde quod ingenuas didiciſſe fœliciter artes, Emollit mores, nec ſinit eſſe feros. Ouid 2. de pont.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Non aliã putes ſapientiã, niſi veritatẽ, in qua tenetur & cernitur ſummũ bonum. Nullo loco eſt, nuſquã deeſt, foris admonet, intus docet, deme tes in ſe omnes in melius cõmutat, à nullo in deterius commutatur: nullus de illa iudicat, nullus ſine illa bene iudicat. Auguſt. de libr. Arbitr.

Hęc tota ſcientia magna hominis, ſcire quia ipſe ni-

hil eſt per ſe, & quod quidquid eſt ex Deo eſt: & propter Deum eſt. Super pſalm. 70.

Qui ſe diligit ſtultum, non multũ proficit ad ſapientiam: nec fiet quiſque qualis eſſe cupit, niſi oderit qualis eſt. De Verb. Relig.

Qui dicit ſcire quod neſcit, temerarius eſt: qui ſe negat ſcire quod ſcit, ingratus eſt. Da Aſcen.

De ſapiente, ſolus ſapiens iudicare poteſt. De Ciuit. Dei. libr. 18.

Sapientibus credere tutiſsima res eſt. De Vtil. Cred.

Sapiẽs ſine opibus, ſapiẽtię abuſus eſt. Id. ď. 12. abuſ.

Sciẽtia rerum falſarũ eſſe nõn poteſt. Li. 14. de Trin.

Vt diſcamus inuitare nos debet ſuauitas veritatis, vt autem doceamus cogere nos debet neceſsitas charitatis. Idem.

Sapiens nunquã minus ſolus quã cum ſolus. Amb.

Sapiẽs vbiq; ciuis eſt, & patria eius mũdus eſt. Ibid.

Sapiens nunquam ſolus eſſe poteſt, habet enim omnes ſecum qui ſunt & fuerunt boni, & animum liberum: quæcumque vult profert & transfert, & quod corpore non poteſt, cogitatione complecti tur, quod ſi hominum penuria eſt, cũ Deo loquitur. Hier. contr. Iouin.

Non parum eſt ſcire, quod neſcias. Ibibem.

Nihil magis ad ſpem percipiendæ ſapientiæ mentẽ erigit, quam cum eos quos in ſapientia clareſcere miramur, aliquando paruos & indoctos fuiſſe meminerimus. Super prouer.

Ille plus didicit qui plus facit. Cæterum ſi quod tu edicis

ediſcis ego facio, magis mea opera ſcripturas te-
nẽt, quam ſermo tuꝰ qui vane reſonat. Sup pſal.

Nulla eſt ſciẽtia ſi vtilitatem pietatis non habet, &
inutilis eſt pietas ſi ſcientiæ diſcre tione careat.
Greg in Moral.

In cõparatione Dei, ſciẽtia nr̃a ignorantia eſt. Ibidẽ.

In modico ſermone ſapientiæ, plus laudatur ruſti-
cus, quã in magno Philoſophus: & ſi puer aliquid
dixerit ſapienter, laudatur, vbi perfectior non
auditur. Chryſ. in pol.

Primus gradus ſcientiæ eſt falſa cognoſcere: ſecun-
dus autem vera intelligere. Lact. li. 1.

Plus ſapit interdum vulgus, quia tantum ſapit quã-
tum opus eſt. Ibidem.

Non eſt ſcientia, ſed opinio earum rerum, quæ pro
ingenijs varia eſt. Ibidem.

Ad maiorem culpæ cumulum pertinet, ſcire quem
quam quid ſequi debeat, & ſequi nolle quod ſcit.
Iſidor. de Sum. Bon.

O quã velox factus eſt ſermo ſapientiæ, & vbi Deus
magiſter eſt, cito diſcitur quod docetur. non eſt
adhibita interpretatio ad audiendum, non cõſu-
tudo ad vſum, non tẽpus ad ſtudium, ſed ſpiran-
te vbi voluit ſpiritu veritatis, ſingulares gentiũ
voces factæ ſunt in Eccleſiæ ore communes. Leo
Pap. de Pœnit.

Otium ſtultitiam, labor ſcientiam generat. Hugo.

Scientia literarũ quod primum facit in homine, ma-
res purgat, quod ſecũdum verborũ ſubminiſtra-
gratiã

gratiam: & ita vtroq; beneficio & tacitos ornat, & lo-
quẽtes. cuius eſt facere de irato benevolum, de
ſuſpecto placatũ, de auſtero mitem, de aduerſante
propitium. Caſ. in Ep. 1.

Scientia violentia non auferetur, antiquitate non cor-
rumpitur, abſconſione non minuitur, & commu-
nicatione multiplicatur. Ibidem.

In literis prudens inuenit vnde ſapientior fiat: ibi
bellator inuenit vnde virtute animi roboretur:
inde prĩceps accipit quomodo populos ſub equi-
tate cõponat. Nec aliqua in mundo poteſt eſſe
fortuna quam literarum non augeat glorioſa
notitia. Ibidem.

Quatuor ſunt prę cæteris ſcientiæ diſcendę. Theolo
gia, quæ eſt animæ pabulũ: leges quæ ſunt egenis
remedium: decreta quæ ſunt ſublimatio humiliũ:
phyſica quæ eſt morbis ſubſidium. Apud Iuris
conſul.

Sapientia in homine longo raro reperitur. Ibidem.

Plebeis argenti, nobilibus auri, principibus gemma-
rum loco literæ ſunt. Pius. 2. apud Plat.

Nec auarum pecunia, nec doctum cognitio rerum
vnquam repleuit. Ibidem.

Cui plura datũ ẽ noſſe, ei maiora ſequũtur dubia. ib.

Sapientiæ otia negotia ſunt, & quo otioſior eſt ſapiẽ-
tia, eo exercitatior in ſuo genere. Ber. ſuper Cant.

Sunt qui ſcire volunt tantum eo fine vt ſciant, &
turpis curioſitas eſt: & ſunt qui ſcire volunt, vt
ſcientiam ſuam vendant, & turpis quæſtus eſt:

& sunt qui scire volunt vt sciantur ipsi, & turpis vanitas est, sed sunt quoq; qui scire volunt vt ædificent, & charitas est: & sunt qui scire volunt vt ædificentur, & prudentia est. Ibidem serm. 36.

Sapiens nullus est, nisi seculo stultus fiat. Idem. super cant. ser. 30.

Sapientia victrix singula vitia eradicat, & singulas virtutes inserit. Ser. de 7. donis S. sancti.

Scientia literarum bona est: scientia propriæ infirmitatis melior est. Ibidem.

Scientia sine operibus cibo indigesto comparatur. Ibidem.

Initium sapientiæ timor domini: medium, spes: charitas plenitudo est, Idem.

Discere Iesum omni scibili est salubrius. Bern. ad in Epist.

Scientia sui timorem dei generat in anima: scientia dei eius amorem. Super cant. ser. 37.

Vbi amor est labor non est, sed sapor: & forte sapientia a sapore denominatur. Nec dixerim reprehendendum, si quis sapientiam, saporē boni defineat. Super cant. ser. 85.

Inuenisti plane sapiētiam, si prioris vitæ peccata de[illegible] si huius seculi desideria parui pendas, si æternam beatitudinem toto desiderio concupiscas. Inuenisti sapientiā si horum singula sapiunt prout sunt: vt hæc quidem amara & omnino fugienda, ista quoq; velut caduca cōtēnēda: illa vero vt perfecta bona, totis desiderijs appetenda. In ser.

Nihil

Nihil sapienti alienum est, nisi quod virtuti incongruum est, quocunq; accesserit sua sunt omnia, totus ei mundus possessio est, quoniam toto eo quasi suo vtitur. super Epist. ad heb.

DOCTOR ET DOCTRINA.

EX GRÆCIS.

HI solum docent, qui causas de singulis dicūt. Arist. 1. metaph.

Docentes alios mentiri non debent. Ibid.

Signum scientis est posse docere. Ibidem.

Ei qui non docet, non illi qui non didicit peccatum est imputandum. Plut. de curios.

Præceptoris opera ad hoc prodest, vt honesta faciat pueris jucunda. Ibidem.

Qui regem erudit, atq; ad virtutem instruit, subditos quoq; instruere ad fortitudinem & probitatem certum est. Diog. lib. 7.

EX LATINIS.

¶ IN hoc gaudeo aliquid scire vt doceā: Si cum hac exceptione detur sapientia vt inclusam teneam, nec enunciem, reijciam. Senec. Epist. 6.

Optim⁹ quisq; præceptor frequētia gaudet. Qui. l. 1.

Præceptor nec habeat vitia, nec ferat. Lib. 2.

Tradi omnia quæ ars efficit non possunt. Li. 7.

Quæ bona sūt fieri meliora possūt doctrina, & quæ non optima, acuitamen & corrigi aliquo modo possunt. Cic. 2. de orat.

Quo quisq; est solertior & ingeniosior, hoc docet ira cũdi⁹ & laboriosi⁹, qd enim ip̄e celeriter arripuit id cũ tarde percipi videt discruciatur. Pro. Rosc.

Facile est cuiuis in genere præcipere.

Doctrina proficit vt politiora, non vt meliora sint ingenia. Max. lib. 3.

Nihil præcipere debemus, quod nobis prius nõ imperauerimus. Libr 8.

Pars est prima scientiæ, ipsam quam præcepturus sis æstimare personam. Pallad. de Re. Rust.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Docti viri diuinarum scripturarũ pertractatores diligentissimi, pie cogitantes tantæ auctoritatis eminentiam, latere ibi aliquid crediderũt, quod petentibus daretur, obluctantibus negaretur: à quęrentibus inueniretur: reprehendentibus subtraheretur: pulsantibus aperiretur. Pulsauerunt, inuenerunt, intrauerũt, acceperũt. Aug. Cõ. Faust.

Non dedignatur docere per hominem, qui non dedignatus est esse homo. Super psalm, 96.

Docet Deus suauitatem inspirando delectationem, docet disciplinam temperando tribulationem, Super psalm. 18.

Nescio aliquem malum doctorẽ: si enim malus est, doctor non est: si doctor est, malus non est. Libr. 1. de libr. Arbitr.

Non quod scimus vt doceamus, aliorum ignorantiã optare debemus. Idem Epist.

Ha-

Habet autem vt obedienter audiatur doctrina, quãtumcũq; grauitate dicatur, magnum pondus vita docentis. Libr. 4. de Doctr. Christ.

Vt doctori cõstiterit intellecta esse quæ dixerit, aut sermo finiendus, aut ad alia trãseundum est. sicut enim gratus est, qui cognoscẽda enubilat: sic onerosus est qui cognita inculcat. Ibidem.

Et si minus intelligantur, minus placeant, minus moueãt quæ dicuntur: vera tamen dicantur & iusta. Ibidem.

Si possis me docere quod nescio non solum verbis, sed & pugnis: cedẽtem te deberem patientissime sustinere. 4. de Orig. Ani.

Tutior est discentis, quã docentis conditio. In sent.

Nulla falsa doctrina est, quę non aliqua vera intermisceat. Idem libr. 2 Quæst.

Mihi propemodum donatum credo, quidquid lectorem meũ, melius sentire cognosco. Greg. in Mor.

Quantacumque doctrina mens polleat, grauis eius imperitia est, velle docere meliorem. 6. Moral.

Doctrina cũ omni impio docetur, quãdo prius agitur quam docetur: nã doctrinæ subtrahit fidutiã quando conscientia præcedit linguam. Ibidem.

Hoc habet proprium doctrina arrogantium, quòd humiliter nesciant inferre quæ doceant; & recta quæ sapiunt, etiam recte ministrare non possunt. 24. Moral.

Secundum capacitatem discipulorum, moderetur lingua doctorum. 31. Moral.

Non minus debemus ijs, à quibus recte viuẽdi, quã à quibus viuendi initia duximus.

Quemadmodum plurimum lædit qui fontem inficit: ita latissime patet illius beneficiũ qui pectus instruit omnibus imperatorum. Ibidem.

Qui scientiã cõmunicare nolũt peiores sunt quã infames auari: siquidẽ ab illis si nihil aliud, certe mors trãsfert in vsus aliorũ, ab illorũ aũt rogo nihil redit ad hęredẽ, nisi suas cogitatiões literis mãdauerint. Ibidem.

Iniquissimum est quidquid peccant auditores imputare doctrinæ. Ibidem.

Frequẽter de malo homine bona doctrina procedit, sicut terra vilis prẽciosum aurũ producit: & sicut terra relinquitur & aurũ eligitur, sic & vos doctrinã accipite, & mores relinquite. Chry. super. Mat.

Doctrina optima est, docere vitam. Homil. 10.

Doctrina per partes digesta facilius percipitur. Sup. Epist. ad Heb.

Quomodo potes eum iudicare cõsilio superiorem, quem videas moribus inferiorẽ? supra me debet esse cui me committere paro. Amb. de off.

Delicata doctrina est pugnãti ictus dictare de muro & cum ipse vnguẽtis delibutus sis, eruentum militẽ accusare libidinis. Hiero. in Epist.

Docere qđ nouerit ille quẽ doceas stultũ ẽ. Ad rust.

Delicatus magister est, qui pleno ore de ieiunijs disputat. Ad nep.

Disce diu quod doceas. Ad rust.

Clausum habeat os peccator, qui seipsum docere nõ potest,

potest, alios non doceat. Beda de temp. sal.

Experte crede, aliquid amplius inuenies in syluis, quam in angulis: ligna & lapides docebunt te quod à magistris audire non possis. Ber. in Ep.

Non minus pium est docere animam scientiã, quam escam prębere corpori. Idem, super cant.

Qui vias vitæ ingredi vult, prœceptorem & ducem sibi assumat. Super cat. ser. 77.

DISCIPVLVS ET DISCIPLINA.

EX GRÆCIS

Disciplina gñratio quædã ẽ qua fœtꝰ in animo discẽtis à doctore ꝓducitur. Plut. de curi.

Initium ad disciplinæ vsus, ab exercitio & meditatione fit. Ibidem.

Cęca res est, sine disciplina natura. Ibedem.

Honestatis fons ac radix est legitimam consequi disciplinam. Ibidem.

Hostes disciplinarum, labor & somnus. Ibidem.

Disciplina magis necessaria ẽ, mala dediscere. Dio. l. 5

Tandiu discendum est, quandiu viuitur. Ibidem.

Oportet discentem credere. Arist. elench. 1.

Auditor ex suis affectibus, ꝓbat aut dãnat audita. ib.

Auditor aciẽ oculorũ in dicentẽ semper intendat, ita vt minime eum fallat quam attẽto sit animo ibid.

Præstantior est ille qui bene quod dicitur audire potest, atq; eo vti: quã ille qui per seipsum omnia assequitur. Diog. lib. 7.

Nauigando gubernatori auscultandũ est, viuẽdo illi

qui plus ratione valet. Stob.li.2.

Qui breui tempore præ pudore disciplinã non patitur, omni tempore in pudore insipientiæ permanebit. Ibidem.

EX LATINIS.

Homines discunt dum docent. Senec.Ep.7.

Semper discendum est, quod an sciamus experiri nõ possumus. Ep.76.

Disciplina cuiusq; gentis singula suadet atq; imperat suis. Epi.76.

Vt quisq; audit, mouetur. Quinti.li.11.

Ne sit vitiosus sermo pędagogis ac nutricibus, quas si fieri posset sapientes Crysippus optauit: certè quantum res pateretur, optimas eligi voluit: natura enim tenacissimi sumus eorum quæ à pueris discimus: & hæc ipsa magis pertinaciter hærẽt quæ deteriora sunt. Idem lib.1.

Omnia cuiusmodi sunt cupere scire, curiosum est, duci vero maiorum rerum contemplatione, laudabile. Cic.de fini.

Disciplina mores facit. Col.lib.7.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Disciplinæ domus Ecclesia dei est, quid ergo hic discitur, vel à quo discitur? discitur bene viuere, vt perueniatur ad semper viuere: discũt Christiani, docet Christus. Auguſt.de Doct.Chr.

Omnes in domo disciplinę sumus, sed multi nolunt habere disciplinam: & quod est peruersius, nec in domo disciplinę, volunt habere disciplinam. Ibidem.

Disciplina quæ animi medicina est, quantũ ex ipsis diuinis scriptis colligi licet, in duo distribuitur; coërctionem, ex instructionem: coërctio, timore: instructio vero amore perficitur. De Mor. Eccles. libr.1.

Quia bonitas temperamentum est disciplinæ, & disciplina condimentum est bonitatis; caue ne ita bonus videri velis vt abijcias disciplinam: aut ita arduam fecteris disciplinam, vt remoueas bonitatem. Ibidem.

Ad discendum quod opus est nulla ætas sera videri debet. Aug.Ep.ad Heb.

Ab omnibus libenter disce quod nescis, quia humilitas tibi potest facere commune, quod natura fecit commune. Ibidem.

Naturæ ordo sic se habet, vt cum aliquid discimus, rationem præcedat auctoritas. De Mor. Eccles.

In primis optandum est, vt prima quęq; elementa discantur ab artifice summo.

Quem diuina disciplina contrit, humanis flagellis non est conterendus. Gre.super1.reg.

Licet ad discendum sim paratus, longè tamen paratior sum, dicentes audiendo. Ibidem.

Sumopere cauendum est, qui quærit scientiã, vt nõ negligat disciplinam. Hug.in didasc.1.

Quamuis in nullo loco disciplinam debet homo

 desere-

deſerere, diligentius tamen ibi conſeruanda eſt, vbi vel neglecta pluribus nocet, vel cuſtodita bonæ imitationis generat exemplum. Ibidem.

Principium diſciplinę eſt humilitas, cuius cum multa ſint documenta, hæc tria ad auditorem vel ad lectorem pertinent: primum, vt nullam ſcripturam, nullam ſcientiam vilem teneat. ſecundum, vt a nemine diſcere erubeſcat, tertium, vt cum ſcientiam adeptus fuerit, cæteros non contemnat. Ibidem.

Eam naturæ putamus legem, quam diſcimus. Hier. in Epiſtol.

Cognito diſcipulo, cognoſces facile, qualis fuerit magiſter. Ambr. ad Theſſal.

Diſcipuli perfectio, magiſtri laus eſt. Ibidem.

Diſcipulus debet excuſare ſententiam magiſtri. Apud Iuriſconſul.

Diſciplina non conſtringit liberum, ſed voluntarium regit, & dirigit in viam pacis. Bernar. ſerm. de Aſſump.

RATIO ET CAVSA.

EX GRÆCIS.

QVod caret rõe, ars non eſt. Plat. de Rhet.

Quiſquis aliquid alicuius gratia agit, non id vult quod agit, ſed illud cuius gratia agit. Ibidem.

Ad principia, non eſt ratio. Ariſt. Eth. 6.

Tunc

Tũc ſcimus cum cauſas cognoſcimus. Idem poſt. 1.

Rationis officiũ eſt, omnia iucunda reddere. Plut.

Præſtat rationabiliter eſſe infelicem, quam abſque ratione felicem. Drog. lib. 10.

Multitudo rationum prudentes expedit, hebetiores autem intricat, & inopes conſilij facit. Demoſt.

EX LATINIS.

¶Si vis tibi omnia ſubijcere, te ſubijce rationi: multos reges, ſi ratio te rexerit. Senec. Epi. 37.

Vt patrimonium homini ab homine relinquitur, ſic ratio homini à Deo. Cicer. de nat. deor.

Cum præcipitur vt nobis metipſis imperemus, hoc præcipitur vt ratio coërceat temeritatem. Idem Tuſcul. 2.

In re magna ratio vincat auctoritatem. Plin. lib. 1.

Nihil diuturnum poteſt eſſe, cui non ſubijt ratio. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VERIS ILLVSTRIBVS.

Ad diſcendum rem aliquam, neceſſario dupliciter ducimur, auctoritate atque ratione: tempore auctoritas, re autem ratio prior eſt. Auguſt. de Ord. Rerum.

Aſpectus animæ ratio eſt, quæ ita eſt in mentibus, vt in oculis aſpectus. Non enim hoc eſt habere oculos, quod aſpicere, aut aſpicere quod videre. Idem in Solil.

Aliud eſt intellectus aliud ratio: nam & rationem habemus antequã intelligamꝰ, ſed intelligere nõ valemus

mus niſi rationem habeamus. Aug. de Ver. Apo.
Ratione ceſſante auctoritati ſtandum eſt. Ibidem.
Vniuerſis animalibus data eſt ratio, ſed brutis tantum modò ad vitam tuendam, homini autem ad propagandam. Laer. libr. 2.
Ratio, legem commendat. Tertul. de Coro. Mil.
Ratio legis, eſt anima legis. Apud Iuriſconſul.
Cauſam morbi ignorás, non pōt curare morbū. Ibid.
Sicut abſente domina, ancillæ vagantur: ſic abſente ratione cogitationes. Greg. 1. Moral.
Ratio, quamuis libera, quodam modo captiua tenetur. Bernard. de Sept. ſerm. 7.
Auiculis ideo datæ ſunt alæ, vt fugiāt laqueos: ideo homini ratio, vt fugiat à peccatis. Idē ſup Matth.

ELECTIO.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

NON facile inuenitur electorum nomen in malo, niſi quando mali eliguntur à malis. Auguſt. quæſt. 97.
Plerumq; faſtidio fit vt eligenda reijciātur, & aſpernanda delectent. Quæſt. 31.
Quicumq; electi ſunt, ſine dubio vocati ſunt: nō autem quicumque vocati conſequenter electi. De Corr. & Grat.
Deus non eligit dignos, ſed dignos faciendo facit. Contr. Iul.

Electi in tentatione proficiunt, & quod diabolus illis præparat ad ruinam, hoc illis Deus conuertit in gloriam. Greg. 2. Moral.
Deus electum ſuum cuſtodiendum deſerit, & deſerendo cuſtodit. 5. Moral.
Deus eligit quos hic mundus deſpicit. Ibidem.
Electi deo ſeruientes, vitæ præſentis ſubſidijs indigent. 8. Moral.
Electi honores mundi metuunt. 10. Moral.
Deus electorum ſuorum aduerſarios temporaliter permittit exercere. 20. Moral.
Electi tanto acrius timent, quanto æterna retributio vicinior eſt. 24. Mor.
Mors carnis electos luci reſtituit, lucem ſuam reprobis tollit. Ibidem.
Si electi tanti iudicij terrorem expaueſcunt: quid facient qui Iudicis aduentum oderunt? Ibidem.
Vnum ſignum electionis eſt, ſoliditas charitatis. Super Ezech.
In electione non ſit venalitas, vnde electum præmio, & eligentem par pœna reſpicit: & electus præmio indignus efficitur ſacerdotio. In Reg.
Diſcant electorum principes ſucceſſores ſibi, non eos qui conſanguinitate generis iuncti ſunt teſtamento ſignari: nec hæreditarium tradere Eccleſiæ principatum: ſed referre ad iudicium Dei. Orig. ſuper Exod.
Hæc eſt iuſta ex æquitate veniens partitio, vt meliores ſemper in officijs præferantur, peſſimi autem

rem ciues vel minus boni luce careant dignitatis. Non enim potest quispiam eligere quæ meliora sunt, nisi sciat simul reijcere aut vitare quæ mala sunt. Lact. de ira D.

Sicut in ordinatiõibus malorum, princeps est peccatorum qui tales constituit: ita in ordinatione sanctorum princeps est eorum iustitiæ qui bonos eligit. Hier. in Epistol.

Res penè cõtra naturam est, vt sine peccato aliquis sit: sed talis eligatur cuius comparatione cæteri, grex dicantur. Idem ad Heliod.

Etiam in minimis eligendum quod melius est.

Non potest esse delectus, vbi de numero laboratur. Ibidem.

PRÆLATVS ET PASTOR.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS

IPSE qui vobis præest nõ se existimet potestate dominante, sed charitate seruiente fœlicem. Honore coram vobis prælatus sit vobis, timore coram Deo subiectus sit pedibus vestris. Aug. in Reg.

Quicunque ita præpositus est vt in eo quod præpositus sit gaudeat, & honorem suũ quærat, & cõmoda sua solũ respiciat: se pascit nõ oues. De Pastor.

Diligendus est pastor, tolerandus mercenarius, cauendus latro. De verb. D.

Pastor bonus à Domino magnis precibus quærendus est. Greg. in Past.

Pastor negligenter præest, qui subditorum fortitudinem & infirmitatem nescit. Ibidem.

Ecclesiæ prælati subditorum peccata quasi propria plangant. Super. 1 Reg.

Non nulla peccata apertè cognita, sunt à prælatis mature tollenda: aliqua dissimulanda: aliqua subtiliter & occulte perscrutãda: aliqua vehementer increpanda: aliqua leuiter arguenda. In Past.

Prelati oẽs min⁹ sapiẽtes estimãtur q̃ ipsi sũt. 25. Mo.

Prælati tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Ibidem.

Prælatus circunspectionis studio, oculos peruigiles habeat. Ibidem.

Prelatus & si sibi nihil timet, comissis tamen sibi timere debet. Ibidem.

Prelatis propria vita non sufficit: subditis vero sufficit. Ibidem.

Prælationis culmen pro alijs non pro nobis ascendimus. Ibidem.

Præpositorum solicitudo, subditorũ est cautela. Ib.

Hoc scire solicitè rector debet, quod plærumq; vitia virtutes esse mentiuntur. In past.

Sicut is qui inuitatus tenuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus admouendus: sic qui vltro ambit, vel importunè se ingerit, est proculdubio repellendus. In Reg.

Debet quisq; proprias virtutes perpendere, ac pro qualitate virium suarum curam aliorum suscipere

re,ne dum delectatur loco gloriæ, fiat ſubditis author ruinæ,& qui grauantur pondere ſuarum, velit fieri iudex alienarum culparum. Durum eſt enim vt qui neſcit tenere moderamina vitæ ſuæ, iudex fiat vitę alienæ. Chri. ſuper Eccle.

Paſtoris gaudium eſt cum agni inſultant:& multitudo ouium & profectus,paſtorum gloria eſt. Ibi.

Paſtor qui oues ſuas non paſcit,indignus lacte & lana conuincitur. Bernard.in ſentent.

Bonitas,diſciplina, & ſcientia, paſtori conueniunt, bonitas attrahit,diſciplina corripit,ſciętia paſcit, bonitas amabilem, diſciplina imitabilem,ſciętia docilem reddit. Ibidem.

Diſcite prælati,ſubditorum vos matres eſſe debere, non Dominos. Super Cant.ſer.23.

Quoſcumq; de tuis inueneris triſtes, puſilanimes, murmurioſos,ipſorum te patrem, ipſorum te noueris eſſe abbatem:conſolando,exhortãdo, increpando,agis opus tuum,portas onus tuum,& potando ſanas,quos ſanando portas. Idem in ſent.

Prælati medici ſunt nõ domini, manſueti ſint vtmatres filijs. Super Cant.ſerm.22.

Prælatus,infirmæ animę onus eſt. Idem in Epiſt.

Nil me prælatus prohibeat horum quę promiſi,nec plus exigat quàm promiſi. De præc.& diſp.

Miſiſti manum ad fortia fotitudine opus eſt,ſpeculator factus es in domo Dei, opus eſt prudentia Idem in Epiſtol.

Nomen Epiſcopatus operis nomen eſt non honoris:etenim ſuperintẽdens eſt,vnde nõ Epſ eſt qui

præeſſe non pdeſſe deſiderat.Aug.li.29.de Ci. D.

Cogẽdi ſunt multi vt Epatũ ſuſcipiãt, teneãtur inuiti,pducantur,includãtur, donec eis adſit voluntas ſuſcipiẽdi onus operis boni. Idẽ Epi.ad Don.

Epalis dignitas fructuoſior nobis erit,ſi depoſita magis gregẽ Chriſti collegerit,q̃ retẽta diſperſit. Ibid.

Indecẽs eſt, Epum Ecl'iaſticis curis occupatũ,in diſſoluẽdis litigioſis& curioſis q̃ſtionib9 occupari. Idẽ

Si pauperum compauperes ſumus:quæ noſtra ſunt & illorum ſunt. Idem libr.de Corre.

Quod ad patrẽ familias, hoc ad Epatus officiũ quo ad doctrinã quodãmodo ptinet. Idẽ in cõm. ſer.

Epiſcopi munus, vt in hac vita nihil difficilius, ita apud Deum nihil beatius. Idem Epiſt.124.

Epiſcopi ſacris literis eruditi ſint,Eccleſiæ enim lumen ſunt. Hier.Epiſt.ad Paul.

Epiſcopus eligitur vt ſit interceſſor pro populo ad Deum,in cui9 electione cõmuni vtilitati non ſuo commodo quiſq; proſpiciat. Greg.in Reg.

Epiſcopi officiũ eſt ad Eccleſiæ vnitatem reducere, qui à fidei veritate diſſentiunt. Ibidem.

Tunc fuit laudabile Epiſcopatũ quærere, qñ per hũs dubiũ non erat ad ſupplicia peruenire. In Paſt.

Tres ſunt paſtoris voces,ſuauis,dulcis,& alta: ſuauis ad infirmum,dulcis ad morientem, ad ſurdũ ſpertinet alta. Hug.de Clauſt.Anim.

Diſcant à te coëpiſcopi tui cõmatos pueros & corruptos adoleſcentes ſecũ non habere:certè inter mi-

eratos discurrere calamistratos non decet.

CLERICVS ET SACERDOS.

CHristus idē sacerdos dicitur & sacrificiū: idē Deus, & tēplū, & sacerdos. Sacrificiū per quē sumus reconciliati, tēplum in quo reconciliati, Deus cui reconciliati. Aug. de Fide ad Pet.

Quanta sit dignitas ordinis sacerdotalis, causa ostēdit Caiphę: q̄ cū pessimus homo esset, pphetauit, & ideo q̄a princeps erat sacerdotū. Lib. 4. Quæst.

A domino Deo missus Christ⁹ sacerdos noster, à nobis sumpsit quod offerret. Super psal. 64.

Talem oportebat esse dñi sacerdotem, vt quod populus pro se apud Deum non valet, ipse apud Deū mereatur quod popposcerit impetrare. Sup ps. 3.

Si pro se vnusquisq, in die iudicij vix poterit reddere rationē, quid de sacerdotibus futurū est, à quibus sunt omniū animæ requirendæ? Homil. 7.

Si sacerdotibus grande peccatum est aliena peccata nō arguere, quanto periculosius erit propria noluisse corrigere! Homil. 16.

Sacerdos non bonorum Ecclesię possessor, sed dispēsator est. Idem Ep. 50.

Vt quid sibi clericus adhibet mulierem, qui ducere contemptit vxorem? Idem.

Omnis q̄ nō māducauerit carnē vt qd habitationē suā carnis apparatibus replet? De contēp. mundi.

Cum etiā laicos deceat ne aut extraneis blasfemādi occasiones, aut socijs opportunitatē fornicationis oppo-

opponāt: maximè clericos necessitas ista cōstringit, quibus aut religio blasfemata, aut fraternitas perdita pœnas duplices irrogabit. Ibidem.

Hæc diuina sententia, estote vestris contenti, quæ ad milites loquitur, potest ad clericos retorqueri: quia etiam si non militare seculo videātur, tamē Deo & domino militamus. De Verb. D.

Sacerdotis est scire legē domini, & ad interrogationes respondere de lege. Hier. super Age.

Clerici dñm possideāt, & ab eo possideātur. Ad nep.

Clericorum nomen nouerint fœminæ, vultum nesciant. Ad Ruft.

Vehementer Ecclesiam Dei destruit, meliores esse laicos quàm clericos. Super Ep. ad Thimoth.

Clericos illos conuenit Ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum & propinquorum nulli suffragantur, qui autem bonis parentum sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium committunt. In Epist.

Cui rei dixerim similes sacerdotes malos, nisi aquæ baptismatis, quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum cœleste mittit: & ipsa in cloacam mittitur. Greg. in Hom.

Nos qui fidelīū oblatione viuim⁹, quæ quasi illi pro peccatis suis offerūt, si comedimus & bibimus, peculdubio peccata comedimus. Greg. in Hom.

Sacerdos membrorum dñi prima pars est: 24. Mor.

Sacerdos irreprehēsibiliter graditur cū priscorū patrum exēpla frequenter intuetur. In Past.

Sacerdos prædicationis nescius, præco est mut⁹. ibi.

Mundus ex malis sacerdotibus multas patitur calamitates. Ibidem.

Sacerdos sonitum dare debet, ex cuius culpa sæpe populus ruit. Ibidem.

Contumelia sacerdotis est, de diuinis cultib⁹ admoneri. Ibidem.

Deus à sacerdotis officio non quærit aurum, sed animas. Ibidem.

Nec imperatoris est libertatẽ dicẽdi negare, nec sacerdotis quod sentiat non dicere. Amb. de offi.

Sobriá a turbis grauitatem, seuerá vitam, singulare pondus, dignitas sibi vẽdicat sacerdotalis. In Ep.

Castitas & pulchrum ornamentum est, & sacerdotium honorat.

Ex inordinata & indisciplinata multitudine sacerdotum, datur hodie contemptui venerabile redemptoris nostri sacramẽtum. Nam qui debuerãt esse vicarij apostolorum, & filij Petri, facti sunt socij iudæ & præambuli antichristi. In serm.

Bene agente populo, vnusquisq; pro suo merito remuneratur, sacerdos autem pro bonis omnium: habebit enim pro proprijs aureum, & pro acquisitione aliorum aureolam. Ibidem.

Quidquid terribile ẽ in scripturis, vsũ vilescit: propterea cleric⁹ qui semper meditatur scripturas, aut omnino obseruaturus est, & erit perfectus: aut si semel illas contempserit, nunquam excitatur in illis, vt timeat. Idem Hom. 15.

Cleri-

Clerici peccãtes difficile pœnitentiã agũt: qui enim semper fuerat iudex, reus aliquãdo fieri erubescit. Chrys. super Math.

Bona sacerdotis cõuersatio, populi cõditura ẽ. Ibi

Melius est ppter bonos etiã mala fouere, quã ppter malos etiã bonos contẽnere: propter bonos ergo sacerdotes malos honorate, ne propter malos etiã bonos contemnatis. Ibidem.

Mali medici corpora, imperiti sacerdotes animas occidunt. Pius apud Platinam.

Clericis cõceditur, vt ẽ viuẽtes & altario seruiẽtes ḋ altario viuãt: viuãt q dẽ sed nõ luxuriẽtur. B. i E.

Pro quo rogaris sit suspectus, qui ipse rogat pro se iã iudicat⁹ est, nec interest an per se an per aliũ quis roget Clericũ curiã frequẽtãtẽ qui nõ sit de curia, noris ad ambiẽtiũ genus pertinere. li. 4 ḋ Cõsi.

Quidquid clericus præter necessariũ ac simplicem vestem de altari retines, tuũ non est, rapina est, sacrilegium est. Idem in Epist.

Quia sola attẽditur gloria & non pœna, purũ esse clericũ erubescitur in Eccl'ia, seq; viles existimant & inglorios si qui non fuerint eminentiori loco sublimati. Ad Henr.

Vos fratres exhortamur in domino, vt propositũ vestrũ costodiatis & vsq; in finem perseueretis. ac si qua opa vestra mater Ecclesia desiderauerit, nec elatione auida suscipiatis, nec blãdiẽtem desidia. Epist. ad Euxon.

MONACHVS.

INtẽde charissime, & tolle crucẽ tuam & sequere dñm: nã cũ præsens te aĩaduerterẽ domesticis curis à diuino studio retardari, ferri te potiꝰ & duci à cruce tua, nõ eã te ferre ac ducere sentiebam. Ibid.

Siue sanctissimus, siue peccatores, nõ licet nobis mutare propositũ: si sanctus es, beatus es monachus: si peccator es, miser es monachꝰ. nõ licet mutare propositũ, licet perdideris propositi dignitatẽ: sed quia in hac vita cõstitutus es, esto patiẽs & pœnitẽs quasi monachus nõ quasi secularis: & ad pœnitentiam quę lapsorum medicina est, tota animi auiditate confugias. Idem de pers.

Aggredere intrepidꝰ & dicta imple factis, ip̃e adiuuabit qui vota tua expetit, fælix est necessitas quæ in meliora conuertit. Ad aur. Epist.

Vagus monachus. diaboli mancipiũ est. Ibidem.

Monachꝰ aut sũmè bonꝰ ẽ, aut sũmè malꝰ. Ep. 137.

Monachorum vita crucigera est. Basil. in serm.

Dico tibi monache, quid quæris patrẽ? quid quæris matrẽ? aut Chr̃iana est mater, aut nõ Chr̃iana: aut sãcta est mater, aut peccatrix. Si sãcta est gaudet, quia seruis dñõ: si peccatrix est dimitte illã quia mortua est. etenim qui habet Iesum habet patrẽ & matrem, habet filios, habet omnem propinquitatẽ. quid quęris mortuũ? sequere viuũ, & dimitte mortuos suos. Chrys. de compũct.

Monacho id sunt preces, quod venatori gladius. Ib.

Habitus monachi contẽptus est mũdi. Gr. in mor.

Si cupis esse quod diceris monachꝰ, id est solus: quid facis in vrbibus quæ non sunt solorũ habitacula, sed multorum? Hier. in Epist.

Sũma stultitia ẽ renũtiare seculo, dimittere patriam vrbes deserere, & monachũ ꝓfiteri: & inter maiores ppl̃os viuere peregrẽ q̃ erat victurꝰ in patria.

Constat monachum in patria sua perfectum esse nõ posse. Idem ad Eliod.

Quanti monachi, dum patri matriq; miserẽtur suas animas perdiderunt. Ibidem.

Monachus non docẽtis sed plangẽtis habet officium, qui vel se, vel mundum luget & domini sui semper pauidus pręstuletur aduẽtũ: qui sciẽs imbecillitatem suã, & vas fragile quod portat, timet offendere ne impingat, & corruat, atq; frãgatur. Vnde & mulierum maximè iuuencularum vitet aspectum, & in tantum castigator sit sui, vt etiam quæ tuta sunt pertimescat. Idem in Epist.

Monachꝰ qui Christũ desiderat, nihil aliud dignatur sed ẽ ei cella ꝓ paradiso: variarũ scriptuarũ dona decerpit, ijs vtitur delitijs, harũ fruitur ãplexu. Ib

Prima monachi virtus est, hominum iudicia cõtemnere, & semp Apostoli recordare dicentis: si hominibꝰ placerẽ, Xp̃i seruus nõ essem. Idẽ ad pama.

Licet sparso crine & scissis vestibus etiam vbera quibus te nutrieret mater ostẽdat: licet in limine pater iaceat: per calcatũ perge patrem, siccis oculis ad vexillũ crucis euola: solũ pietatis genus est, in hac re esse crudelem. Ibidem.

Vtinã qd̃ renũciamꝰ seculo volũtas sit nõ necessitas,

Summa monachi virtus humilitas: summum

monachi vitium ſuperbia eſt. Iſid. de Sum. Bon.

Tunc ſe quiſq; monachum iudicet, quando ſe minimum exiſtimauerit, etiã ſi maiora virtutum opera geſſerit. Ibidem.

Sic debet monachus vndiq; ſeipſum circunſpicere, & imobilem tenere animi oculũ ad ſuã cuſtodiã, quaſi ſi p medios laqueos ſemper incedat. Athan.

Monachi gloria eſt, a nemine cognoſci. Greg. Eſen.

Nemo in cœleſtem thalamũ coronatus ingreditur, niſi prima, & ſecundam, & tertiã abrenũtiationẽ impleuerit: vt. ſ. primo abrenũciet reb⁹ omnibus, & hominibus & parẽtib⁹: ſecũdo volũtati ꝓpriæ: tertio inani gl'ię quę ſolet obediẽtiã ſubſeq. Cli.

Si vis eſſe monachus curialis, laudas quod non debes, defendis quod nõ expedit, operaris quod nõ licet, loqueris quod non decet. Hug. de ira.

Monachi ſibi clauſtra faciũt, quibus homo exterior teneatur: ſed vtinam clauſtra facerent quibus homo interior ordinatè teneretur! Idẽ de Clau. Anim.

Solitaria vita cœleſtis doctrinæ ſchola eſt, ac diuinarum artium diſciplina. Ibidem.

Verus religioſus debet eſſe neglector quietis, fugax voluptatis, apetitor laboris, patiẽs abiectionis, impatiẽs honoris, pauper in pecunia, diues in cõſciẽtia, humilis ad meritũ, ſuperbus ad vitiũ. Euſ. in ſer.

Ante omnia caueamus vt quod nobis agere neceſſe eſt, non faciamus inuiti, nec ante opus contradicamus, nec in opere murmuremus, nec nobis de conſumato placeamus, male blandiente iactãtia, Idem Homil. 8. La-

Labor & latebræ, & voluntaria paupertas, hæc ſunt monachorum inſignia, hæc vitam ſolent nobilitare monaſticam. Bernard. ad Robert.

Quale eſt hoc qđ in totis pluuijs, agris, hortis, & cellarijs repiri vix poſſit qđ comedas monach⁹? putate quæſo monachũ eſſe nõ medicum nec de cõplexione iudicandum, ſed de profeſſione. Ibidẽ.

Monachi plures cum primum religionem intrant timorati ſatis ſed fiduciã tãdẽ accepta in ſuperbiã & præſumptionẽ aſſurgunt. Idẽ cont. Vit. Ingra.

Pertinax monachus, magiſtram habet voluntatem, non regulam. Super Cant. ſerm. 19.

Video quod non parum doleo, poſt ſpretam ſeculi põpam, nonnullos in ſchola humilitatis ſuperbiã magis addiſcere, ac ſub alis humilis mitiſq; magiſtri grauius inſolefcere, & impatiẽtes amplius fieri in claurtro, quã fuerint in ſeculo, Ber. ſup Euã.

Tu qui in cõgregatione es, bene viue, ordinabiliter, ſociabiliter, & humiliter ordinabiliter tibi, ſociabiliter proximo, humiliter Deo. Id. in quodã ſer.

Religio munda, ſecundũ baptiſma eſt. De dup. bap.

Iuſta ſententiam cordis mei, ſi parad⁹ ſus in hac vita præſenti eſt, vel in clauſtro, vel in ſcholis eſt: quicquid enim extra hęc duo eſt, plenum eſt anxietate, inquietudine, amaritudine, formidine, ſolicitudine & dolore. Petr. Chr. in ſerm.

Qui intra muros poſiti vix reſiſtimus, in ſeculo expoſiti quid faciemus? quomodo ſtare poterunt in fluctu, qui tam grauiter periclitantur in

portum. Euseb. ad monach.

Professionem tuam & habitu & incessu demonstra; sit in gressu tuo simplicitas, in motu puritas, in gestu grauitas. Isid. in symb.

RELIGIO ET CVLTVS DEI.

EX GRÆCIS.

PRimũ quidẽ cole quę ad Deos pertinẽt nõ sõlũ sacrificãs, sed iustibus iustãdis permanẽs. Illud enim pecuniarũ quidẽ abũdatię signũ est, hoc autẽ morũ pbitatis cõiectura. Isoc. ad demo.

Mortalis natus, ne quæras sapere supra diuina. Ibi.

Æquũ profecto est nomina deorum nõ facile inquinare, nec ea huc ac illuc diuoluere: sed omnia quę ad Deos pertinent pure religioseq; seruare. Plat. in dialog de leg.

Bonum virum decet sacrificare Dijs: & interesse diuinis, nempe illos prosequi orationib⁹, quod ad vitam beatã ac præ cęteris est decorũ. Plat. d leg.

Reuerentia mihi semper erga deorum numina est, non humana quidem, sed maximum quenquam timorem exuperans. Plat. in phile.

EX LATINIS.

¶Cum in amicitia quæ honesta non sunt postulãtur religio & fides anteponãtur amicitiæ. Cic. 3. offic.

Nulla gens tam immansueta & tam fera est quæ etiã si ignoret qualem deum habere debeat, tamen habendum non sciat. Idem. 1. de leg.

Illud

Illud videto, vt Deum nõris, & si ignores & locũ, & faciem: sic animum tuum tibi notum esse oportet etiam si ignores & locũ & formã. Idem. 1. Tusc.

Religione vita constat. Plin. sen. li. 4. ca. 14.

Omnia prospera eueniunt sequẽtibus Deos, aduersa autem spernentibus. Liu. 1. dec. lib. 5.

Religiones piè magis quam magnifice coli debent. Idem in dec. lib. 2.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Religio vbi nulla est, virtutes esse non possunt. Aug. 19. de ciu. Dei. cap. 4.

Religio vera prius fide quam oratione discenda. Idem lib. 2. de ciuit. Dei. cap. 4.

Sit tibi manifestum atq; perspectũ nullũ errorẽ in religione esse potuisse: si anima pro deo suo nõ coleret animã aut corp⁹ aut fantasmata sua: Nõ ergo creaturę pot⁹ quã creatori seruiam⁹, nec vanesca mus in cogitationibus nostris, & perfecta religio est. Aug. lib. 1. retract. cap. 13.

Ipa res, quę nũc religio xp̃iana nũcupatur, erat apud antiquos; nec defuit ab initio gñris humani, quò vsq; ipse veniret in carnẽ vnde vera religio, quæ iam erat, cæpit appellari Christiana. Nostris ergo tẽporibus hæc ẽ Christiana religio, non quia prioribus temporibus nõ fuit sed quia a posteriorib⁹ hoc nomẽ accepit, quã cognoscere & assequi securissima est salus. Ibidem.

Religionis sũma ẽ, imitari quẽ colis. Id. l. 8. de ci. D.

Latro

Latro est, & domũ Dei cõuertit in spelunca latronũ, qui lucra de religione sectatur: cultusq; eius non tam cultus Dei est, quàm negotiationis occasio. Hier. super Matth. libr. 4.

Vera religio est, qua se anima vni Deo, vnde se peccato velut abruperat, reconciliatione religat. August. de quant. an.

Si desideras breuiter aperiri quomodo colendus sit Deus, respondeo: Fide, Spe, & Charitate colendus est Deus. Ibidem.

FESTIVITAS ET SOLEMNITAS.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

VIRO bono omnis dies festus est. Diog. li. 4.

Festis maximè diebus animo imperadum est vt tunc voluptatibus solus abstineat, cum in illas omnis turba procurrit. Senec. Epist. 4.

Non minus illustres atq; iocundi hi dies sunt quibus conseruamur quàm quibus nascimur, quod salutis certa lætitia, sit nascendi incerta conditio: & cum sine sensu nascimur, cum voluptate conseruamur. Cicer. ad Cath.

Luce sacra requiescat humus, requiescat arator,
Et grauis suspenso vomere cesset humus. Ti. Ele.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Quod semel factum est, solemnitas reuolutis temporibus iterat, tanquam sæpius fiat: nec tamen cõtraria sunt veritas & solemnitas: quia quod semel factũ est in rebus veritas indicat: hoc sæpius celebrando, in pijs cordibus solemnitas renouat. August. serm. 24.

Cum sanctorum gloriam colimus, nõ eis aliquid beneficij præstamus, sed nobis maximum lucrum conquirimus. De nat. bap.

Tenete omnes vnanimiter Deum patrem, & matrẽ Ecclesiã, natalitia sanctorum cum sobrietate celebrate: vt imitemini eos, qui præcesserunt, & gaudeãt de vobis, qui orãt pro vobis. Super psal. 89.

In domo Dei festiuitas sempiterna est. Nõ enim ibi aliquid celebratur & transit, festum sempiternũ, chorus angelorũ, vultus præsens Dei, lætitia sine defectu, dies festus ita est, vt nec aperiatur initio, nec fine claudatur. Super psalm. 41.

In Sanctorum festiuitatibus & gaudere & confundi debemus: gaudere quia patronos præmisimus, cõfundi quia eos sequi non possumus.

EMENDATIO ET PROFECTVS.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

QVOD si non facile fuerit vniuersa animi vitia eradicare, illa certe tollenda vel minuenda sunt, quæ apparent maxima. Plut. de Polit.

Argumentum est in melius translati animi, quod vitia sua quæ ignorabat videt. Senec. Epist. 6.

Aga-

Agamus bonum patrem familias, faciamus amplio
ra quæ accepimus, maior ista hæreditas a me trã
seat ad posteros: multũ adhuc restat operis, mul
tũq; restabit: nec vlli nato post mille secula præ
cludetur occasio aliquid adijciendi. Idẽ Ep 65.

Magna pars est profectus, velle proficere. Idẽ Ep. 7.

Profectum tuum vitam æstima, & tantum scire, quã
tum non cupis, quantum non times. Epist. 10.

Non deprehendes, quemadmodum tibi vir sapiẽs
profit, profuisse deprehendes. Epist. 47.

Sunt qui prodesse, non nisi pretiosa putãt Pli. lib. 9.

Optimũ & emendatissimũ existimo, qui cæteris ita
ignoscit tanquã ipse quotidie peccet: ita peccatis
abstineat, tanquam nemini parcat. Lib. 8.

Ex vitio alterius sapiens emendat suum. Pub. Mim.

Potest videri satis emendatus, qui in odium eorũ in
quibus errauerat, ipse cõuersus est. Quint. lib. 11.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Cõsiderate fratres quia omnis homo, qui aliquid
apud Deum profecerit, diabolum contrariũ hab
bit, & in maiori se inueniet pugna. Aug. serm. 9.

Sicut vnicuiq; est parata a Deo fidei mẽsura, sic pro
ficit. Idem serm. 44. de temp.

Nos præcedere potest ad vitam, quem nouissimum
reputamus. Ibidem.

Tria sunt genera hominum quæ Deus odit: remã
nentẽ, retrocedẽtem, & aberrantem ab his tribus
generibus malis, domino adiuuante, mundificẽ
tur

tur & defendatur gressus noster. Iam vero cũ am
bulantes sumus, alius tardius ambulat, alius cele
rius, ambo tñ ambulãt. excitandi sunt ergo rema
nentes, retrocedentes reuocãdi, errantes in viam
ducendi. tardi exhortandi, celeres imitandi. Idẽ
de nouo Cant.

Fateor mẽ ex eorum numero esse qui proficiendo
scribunt, & scribendo proficiunt. Idem de Trinit.

Cum cæperit homo Christianus cogitare proficere,
incipit pati linguas aduersantium. Ibidem.

De manu fugit ferientis, qui suam corrigit prauita
tem. Greg. 16. Moral.

Nemo quantum proficit, nisi inter aduersa, cogno
scit. Ibidem.

Molesta non debent esse, quæ prosunt. Chr. sup Ioã.

Nullam ætatem serã arbitror ad id, vt se ipso quisq;
melior euadat. Ibidem.

Qui fratri prouidet, se ipsum curat. Hier. in Epist.

Profectum hominis, donum Dei est. Ibidem.

Malum cum perseuerat augetur: remediabile bonũ
est peccato accelerata correctio. Casiod. 3. Epi.

Cum ab authore relinquimur, nec ipsa destitutionis
nostræ damna sentimus, fitq; anima nostra tanto
securior, quanto pejor, nescitq; quantum lugen
da sit: adiuuãte autem domino proficiens plorat,
quæ prius omnino torpebat. Greg. 9. Moral.

PERFECTIO.

Omnes

OMnes sumus imperfecti: sed ibi perficiemur, vbi perfecta sunt omnia. Aug. li. 50. Hom.

Illa perfectio est, inuenisse se non esse perfectum. Idem in quod. serm.

Non timeant imperfecti, sed nec ament imperfectionem, tantum proficiant, quantum in ipsis est: quotidie addant, quotidie accedant, tamen à corpore domini nõ recedant. Idem super psalm. 138.

Quicunq; perfecti sunt ex Euangelio & gratia Dei, non hîc viuunt, nisi propter alios. Nam vita & dispensatio eorum alijs est necessaria non sibi. Idem super psalm. 30.

Perfectus non est, qui perfectior esse non appetit.

Tanto quisq; perfectior, quanto perfectius sentit dolores alienos. Greg. in Hom.

Valde perfectorum est, ostentatione operis, authoris gloriam quærere, vt illata laude, priuata nesciat exultatione gaudere. Greg. 8. Mor.

Vbi honor non est, ibi & contemptus: vbi contemptus ibi frequens iniuria, vbi iniuria ibi indignatio & nulla quies: ex hac supputatione sententia nascitur, monachum in sua patria non posse esse perfectum. Hier. in Epist.

Et studere perfectioni est esse perfectũ, & nolle proficere deficere est. Bern. in Epist.

Homo perfectus, cautus sibi, placens Deo, vtilis et mundo. Idem super Cant. serm. 59.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

¶Iustus vir, & bonus & fœlix: iniustus & turpis & miser. Plat. de Rhet.

Non sufficit iustè egisse: sed secundum iustitiam agere. Plut.

Iustus vir pluris faciẽdus est, q̃ propinqu⁹. Diog. li. 6.

Nõ est signũ inocẽtię, à paucis accusari. Dem. 1. Olĩ.

Iust⁹ vir natus est in proximi cõmodũ. Scobeus. li. 4.

Iustus est, qui legibus obtemperat. Ibidem.

Verba inuenire innocentiæ facile est. Ibidem.

Si iustus fueris, mores habebis tanquã leges. Ibidem.

Innocentia per gradus certos ab homine discedit, & ne in maximis trepidet audatia, diu vires in minoribus colligit. Quint. Decl. 1.

Nihil innocenti facere conuenit, quod negandum sit. Idem Decl. 3.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Examinet se homo, & quidquid in se boni inuenerit quod pertineat ad iustificationem nostram, agat gratias illi, qui dedit: & agendo de eo q̃d dedit, petat quod non dedit. Non enim dum tu in accipiendo proficis, ille in dãdo deficit: quantumuis capaces fauces & capacẽ ventrem afferas, fons vincit sitientem. Aug. de Verb. Apost.

Quicunque hîc viuit, quantumlibet iustè viuat, væ illi, si cum illo intrauerit dominus in iuditium: Da operam esse iustus, & quantuncunq; fueris iustus confitere te peccatorẽ, & semper spera misericordiam. Idem super psalm. 42

Si tantum dedit huic vitæ, vt verbum carnem factũ

peccator iustificatus accipiat, quid in futuro iustificatus accipiet? Idem super psalm. 110

In iustificatione quidem operamur & nos, sed illo operante cooperamur. Quia misericordia eius præueniet nos: præuenit vt sanemur, quia subsequeur vt etiam sancti vegetemur: præuenit autē vt vocemur, subsequetur vt glorificemur: præuenit vt pie viuamus: subsequetur vt cum illo semper viuamus, quia sine illo nihil facere possumus. Aug. de diui. Quæst.

Iuste fit, quod iure fit. Idem in Epist.

Innocentem condemnare peius est, quàm nocentē absoluere. Ibidem.

Iustus in prosperitate turbatur. Greg. 4. Mor.

Iustorū ꝓpriū est nō solū suā, sed ꝓximorū ædificationē in factis & dictis quærere. Idem. 11. Mor.

Ille bene agit quæ pia sunt, qui scit prius agere quæ iusta sunt. Ibidem.

Iustus iniusta patiens, non tam ad iras quàm ad preces conuertitur. Idem 4. Mor.

Iusti partem a domino non accipiunt, sed ipsum dominum. Idem 15 Mor.

Iustus in principio sermonis se ipsum accusat. Ibidē.

Iusti semper ad cordis secretarium redeunt. Ibidem.

Indignum est iustum ab iniustis iudicari. Ibidem.

Iusti vituperiū suū nō semper patiūtur. Sup. Ezech.

Iusti non humana, sed diuina iuditia respiciunt. Ib.

Iustorum mors, bonis est adiutoriū. Super Ezech.

Iustus aliquando opera sua bona aliis narrat. Ibidē.

Iu

Iustus afflictionem requiem putat. Greg. 8. Mor.

Iustus nec præsentia bona curat, nec futura mala timet. Idem. 9. Moral.

Iustus Dei illustratione, nō cōparatiōe iust⁹ est. Ibi.

Vtilitati iustorum militat, potestas iniquorū. Idem. 20. Moral.

Iustus cū laborem suū sine fructu esse considerat, in aliū locū ad laborē cum fructu migrat. Ibidem.

Odorat tantū peccator dominum: iustus aūt gustat.

Rectitudinem spiritus seruare docet rectitudo corporis. Super Cant.

Ille est innocens, qui cum alijs nō nocet nec sibi nocet: qui, n sibi nocet, nō est innocēs. Amb. in Ep.

Iustus vir, murus est patriæ. Ambr. de Abrah.

Nūquam iustus solus est, quia cum Deo semper est. Idem de Virg. 3.

Difficile est innocentiam pressam malis nō dolere. Hier. in Epist.

Abstinēs se a malo, innocēs est, nō iust⁹. Chr. su. Ioā.

Iustus solum peccantibus apparet grauis. Ibidem.

Gaude tnnocentia & exulta, gaude inquam, quia vbique illæsa es, vbiq; secura: & si tentaris, proficis: si humiliaris, erigeris: si pugnas, vincis: si occideris, coronaris. Idem in ser.

Iste in hac vita iustorum labor est, vt se ipsos inueniant. Idem in Reg.

In principio sermonis iustus accusator est sui, in medio glorificat Deū: in fine si eaten⁹ affluit sapiētia ædificat proximū. Ibidem. ¶ Est iustus qui

in principio sermonis accusator est sui, & est iustus qui ex fide viuit: & est iustus qui absq; terrore est: Primus quidem bonus, quia accedit ad vitam: secundus melior quia currit per viam: tertius optimus quia iam appropinquat ad finem vitæ. Idem in Sent.

SACRAMENTVM.

SAcramenta, signa sunt rerum aliud existentia, aliud significantia. Aug. cont. Maximi.

Alia sunt sacramenta dantia salutem, alia promittentia saluatorem. Sacramenta noui testamenti dant salutem: sacramenta veteris testamenti promittunt saluatorem. Idem super psalm. 73.

Prima sacramenta, quæ ex lege obseruantur, prænunciatiua erant Christi venturi, quæ cum suo aduentu Christus impleuisset, ablata sunt: & ideo ablata quia impleta. Non enim venit soluere legē sed adimplere, & alia sunt instituta virtute maiora, vtilitate meliora, actu fœliciora, numero pauciora, ranq; iustitia fidei reuelata, & in libertatē vocatis filijs Dei, iugo seruitutis ablato, qđ duro populo & carni dedito cōgruebat. Idē cōt. Faust. li. 19.

Pertinuit ad præbendum nobis humilitatis & deuotionis exemplum, vt Christus etiam illa sacramēta veniens suscipere dignaretur, quibus venturus ipse prænuntiabatur, vt hinc ostenderet, quita religione nos oportet accipere sacramenta qui bus iam, venisse nunciatur. Aug. super Ioan.

Sacramentum gratiæ dat Deus per malos, ipsam vero gratiam non nisi per se, & per Sanctos suos. Idem de bap. lib. 5.

Salus sacramentorum propria est bonis, sacramenta vero propria communia sunt bonis & malis. Ibid.

Memento sacramentis Dei nihil obesse mores malorum hominum, quo illa vel omnino non sint, vel minus sancta sint: sed ipsis malis hominibus, vt hæc habeant ad testimonium damnationis non ad adiutorium sanitatis. Idem cont. Pet. lib. 2.

Sacramenta foris percipimus, vt intus spiritus sancti gratia repleamur. Greg. Super. 1. Reg.

Sacramenta tutius in Ecclesia, quam extra eam sumuntur. Ibidem.

Multi secularium hominum, cum plus sacerdotis vitam quam suam discutiūt, in magnam contentionem diuinorum sacramentorum, & crimen incurrunt: magna enim trabe habētes vulneratos oculos, eamque negligentes: festucam tenerem in aliorum conspiciunt oculis, quam dum incautè festinant euellere, in foueam erroris dilabuntur, minus quidem considerantes, quod non eos sacerdotum vita læderet, si ipsi humiliter bonis sacerdotum admonitionibus acquiescerent: sed dum hypocritarū more plus illorum famam quā vitam diiudicant, spernunt sancta monita, & spiritualia dona sacramentorum. Idem in Mor.

BAPTISMVS.

BENEDICTVS dominus qui facit mirabilia solus, qui fecit vniuersa & conuertit vniuersa: ecce libertatis serenitate perfruuntur, qui paulo ante tenebãtur captiui: & ciues Ecclesiæ sunt, qui fuerunt in peregrinationis errore: & in sorte iustitiæ versantur, qui fuerunt in confusione peccati. Non enim tãtum sunt liberi sed & sancti: non tantum sancti, sed & iusti: non solum iusti sed & filij: non solum filij sed & hæredes: non solum hæredes sed & fatres Christi: Non solum fratres Christi sed & cohæredes Christi: non solum cohæredes, sed & membra: Non tantum membra, sed & templa, non tantum templa sed & organa spiritus. Vides quot sint baptismatis largitates? Aug. contr. Iul. lib. 1.

Generat pater moriturus per vxorem filium successurum: generat Deus de Ecclesia filios, non successuros, sed secum mansuros. Idem super Ioann.

A paruulo recens nato, vsque ad decrepitum senem, sicut nullus est prohibendus a baptismo: ita nullus est qui non peccato moriatur in baptismo: sed paruuli tantum originali, maiores autem etiam ijs omnibus moriuntur peccatis, quæcunque male viuendo addiderunt ad illud, quod nascendo contraxerunt. Idem in Eucharist.

In aqua verbum Dei mundat, detrahe verbum, & aqua erit aqua, accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Vnde ista tanta vis aquæ, vt corpus tangat, & cor lauet, nisi faciente verbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus immanens. Idem super Via.

Multa quamuis bona sint, & ad vtile aliquid instituta, non omnibus tamen habentibus sunt vtilia, sed tantummodo bene vtentibus: idem cibus alias valetudines alit, alias lædit: idem medicamentum hos curat, illos debilitat: sic & baptismus aliis valet ad regnum, alijs ad iudicium. Idem contr. Cresc.

Auctoritatem dare baptismo suo hinc dignatus est dominus, vt cognoscerent serui quanta alacritate deberent serui currere ad baptismum domini, quando ipse dignatus est accipere baptismum serui. Idem super Ioan.

Lacrimarum fons, secundus baptismus est. Idem de Salut. Doct.

Baptismum legitimum hæretici habent, sed non legitimè. Vade extra Ecclesiam baptismus esse potest, sed non prodesse si actualia peccata superaddantur. Aug. cont. Don.

Baptismi vices, passio, fides, cordis conuersio supplent. Ibidem libr. 4.

Baptismus etiam spe rerum temporalium acceptus regenerat. Idem Epist. 25.

Iterum baptizare, iterum est Christum crucifigere. Chr. de lau. paru.

Baptismo accepto delitijs non est vacandum. Ibi. Baptismus, crux & sepulchrum nobis est. Ibidem.

In baptismo, & rex, & propheta, & sacerdos efficimur. Ibidem.

Baptizati inuiti, ad pristinam infidelitatem reuertuntur. Gre. in reg.

Quia in hoc mundo victuris, tota ætate inter inuisibiles hostes gradiendum est, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam. Euseb. Hom. de pœnit.

CONFESSIO.

QVando nobis male est, confiteamur peccata nostra: quando bene, in exaltatione iustitiæ confiteamur laudem Deo. sine confessione non simus, Aug. sup ps. 29.

Confessio tua non Deum docet: sed te mundat. id. super psalm. 74.

Confiteri modò, quod tu feceris in Deum, & confiteberis quod fecerit tibi Deus: confitenti peccata dimisit, vt ei postea laudem eius cõfitens, in æternum non compungaris a peccato. Ibidem.

Maximè ad laudem Dei pertinet, quando confiteris peccata tua, quia tanto amplius laudatur medicus, quãto plus desperatur ægrotus, & tãto maior est laus ignoscentis, quanto est maior exaggeratio cõfi-

tio confitentis. Idem. super psal. 93.

Cõfessio peccatorũ humiles nos facit. Au. sup ps. 47

Mala quæ facimus, sponte confiteamur: & hæc alijs arguentibus non negemus. Greg. 21. mor.

Apud aures Dei, valida vox est deuota confessio. Id. 26. mor.

Signum veræ confessionis, in afflictione pœnitentiæ est. Id. super 1. reg.

Bonæ mentis est, ibi agnoscere culpam, vbi culpa nõ est. Ibidem.

Confessio, erroris medicina est, Ambr. de virg.

Apertas confessionis fenestras, inueniat in nobis Dominus. Ber. super cant. ser. 29.

Confessio humilis sit, & pura, & fidelis. Ibidem.

Si patet vitium, fit ex magno pusillum: si latet fit ex minimo magnum: silentio culpa crescit. Isid. in Epist.

Primus fœlicitatis gradus est non delinquere, secũdus delicta cognoscere, illic currit innocentia integra quæ seruet, hic succedit medela quæ sanet. Ibidem.

Non sufficit summis labijs dicere, peccaui, parce, remitte: & Saul dicebat peccaui, sed non obtinuit veniam quam Dauid vna pœnitentię voce promeruit: Quia confessionem illam nuda magis verba, quam veri gemitus exprimebant: quia non compensabat magnitudinem criminis lenta humiliatio supplicantis. Non leui agendum est contritione vt delicta illa redi-

matur, quibus mors æterna debetur: nec transitoria opus est satisfactione pro malis illis propter quæ paratus est ignis æternus. Si volumus intelligere quàm graues faciat apud se iudex noster culpas, respiciamus ad pœnas. Euseb. hom. 5.

POENITENTIA.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

QVI non pœnitet, ex concupiscentiarum prosecutione, insanabilis est. Arist. Eth. 3.

Quædam emendatio, pœnitentia est Quint. dec. 9.

Satis pœnarum est pœnitentia erroris. Hug. de s. l. 7.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Nihil aliud agit, quem veraciter pœnitet, nisi id quod male fecit impunitũ esse non sinere. eo quidem modo sibi non parcenti, parcit ille cuius altum iustumq; iudicium nullus contẽptor euadit. Aug. ad macedo.

Multi assiduè se dicunt peccatores, & tamen adhuc delectat eos peccare, professio est non emendatio. accusatur anima non sanatur: pronunciatur offensa, sed non tollitur. Pœnitentiam certe non facit, nisi odium peccati & amor Dei. Ibidem.

Si vis verã pœnitentiã agere, iam peccata noli cõmittere, sed commissa ieiunijs & orationibus deflere. tamẽ quod absit si peccaueris postquam pœnituisti, & promisisti Deo te amplius non peccaturum non

non desperes: sed age grauiore pœnitẽtiã quã primo egisti: quia quot. és cadit homo, totiẽs debet resurgere & plangere excessum suum cum gemitu & suspirio. Ibidem.

Ille qui sua scelera cogitat, & statim confessus fuerit veniam se adepturum credat. Si enim vis pœnitẽtiam agere, quando peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu peccata. Ibidem.

Nullo hoiũ trãsit ad Xpũ vt incipiat esse qd nõ erat, nisi eũ pœniteat esse & fuisse qd erat. Au. ho. d pœn

Prouidentia Dei, ne desperando augeamus peccata propositus est pœnitentiæ portus: rursus ne nimis cõfidamus datus est dies mortis incertus. Ibi.

Pœnitentia huius temporis, dolor est medicinalis: pœnitẽtia tẽporis iudicij dolor est finalis. Au. i cõf.

Agere pœnitentiam aliquem qui ægrotat, aut quãdo nimis senex est, nec laudo, nec vitupero, quia peccata eum dimiserunt non ille peccata: sed laudo si tunc declinat à malo & facit bonum: quando omnia mala perpetrare potest. Idem de pœn.

Tres syllabæ sunt Peccaui: Sed tantum valent, vt in illis flamma sacrificij cordis ascẽdat in cælum. Ibidem.

Nemo arbitretur se salubre pœnitentiæ consilium debere contemnere: quia multos forte aduertit & nouit ad sacra altaris accedere, quorum talia crimina non ignorat. Multi n. corrigũtur vt Petr⁹: multi tolerantur, vt Iudas: multi nesciũtur donec veniat dominus & illuminet abscondita tenebrarum.

rum,& manifeſtet conſilia cordis. Id.li.hom.50.

Sunt multi quos peccare non pudet, agere pœnitentiam pudet. O incredibilis inſania, de tuo vulnere non erubeſcis, de ligatura vulneris erubeſcis?. Aug.ſuper pſal.50.

Pœnitens de miſericordia Dei quam poſtulat, præſumat. Gre.in paſt.

Quod Dauid peccauit, conditionis eſt: quod ſupplicauit correctionis, lapſus communis eſt: cõfeſſio ſpecialis: in culpam itaq; incidere naturæ eſt, dolere autem virtutis eſt. Amb.de Dauid lib.

Si erramus paruam pœnitentiã imponendo, melius eſt de miſericordia Deo rationẽ reddere quàm de auſteritate. Vbi enim pater familias eſt largus, ibi penſator non debet eſſe auarus, & ſi Deus benignus, vt quid ſacerdos auſterus? Chry.ſuper matth.

Non dolere quia peccaſti, magis indignari facit Deum quàm illud peccatum quod antea perpetrauerat. Ibidem homil.32.

Sicut in præceptis medicinæ medicamentum quidem multas herbas recipit, vnam autem dominantiſſimam: ſic in pœnitentia, eleemoſyna quidem dominantior eſt, & vniuerſum conficit. Ibidem.

Quantum diſplicet Deo impudentia peccatoris, tantum verecundia peccatoris placet. Bernard. in Epiſtol.

CONTRITIO.

Qui

QVI ſe conuertit, iraſcatur ſibi: ſe habeat iratum vt Deum habeat placatum: ſe habeat iudicem, vt deum habeat defenſorem. Aug. de pœn.

Compũctionis præcipuæ partes ſunt timor, & amor. Greg.2.dia.

Alia eſt compunctio ſiue cõtritio, que per amorem naſcitur, alia quæ per timorem: quia aliud eſt ſupplicia fugere, aliud præmia deſiderare. Id.8. mor.

Afflicta mens citius inuenit malum quod fecerat, cuius ſecura non meminit. Ibidem.

Quo vberius culpa fletur, eò altius cognitio veritatis attingitur. Idem 27. mor.

Qui neſcit lugere quod grauat, non valet proferre quod ſubleuat. Vis compũctionis cordis poros aperit, & pennas virtutum fudit, cumq; ſe ſtudio ſemens de pigra vetuſtate redarguit, alacri nouitate iuuenеſcit. Idem 21. mor.

Sola compunctio eſt quæ facit animam horrere purpuram, deſiderare cilicium, amare lachrymas, fugere riſum. Chri. de compunct.

Hæc eſt humiliati cordis vera compunctio, magna agere & humilia loqui, iuſta operari, & ſupra peccantes timere. Ibidem.

Sicut impoſsibile eſt vt ignis inflammetur in aqua: ita impoſsibile eſt compũctionẽ vigere in delitijs: cõtraria enim hæc inuicẽ ſunt & perẽptoria. Ibid.

Dominus neſcit differre, quem cõpuncto corde ſibi ſenſerit ſupplicare. Caſiod. ſuper pſalm.

Com

Pungeris bene, si compungeris. Ber. super Cant.

Cõpunctionem vel cõritionẽ peccatorũ qui nõ habet, mundam non habet orationem. Idem ad sor.

Inditium veræ cõpunctionis, subtractio occasionis est. Ber. ad sor.

EVCHARISTIA.

ACcipe quotidie, quod quotidie tibi prosit, sic viue vt quotidie merearis accipere: qui nõ meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. Audis quod quotiens cumq; offertur sacrificium, mors domini, resurrectio domini & remissio peccatorũ significetur: & panẽ istum vitæ nostræ quotidianum non assumis? Qui vulnus habet medicinam requirit: vulnus est quia sub peccato sumus, cœleste, & venerabile sacramentum medicina est, quotidie si accipis, quotidie est tibi hodie, tibi hodie christus passus est, tibi quotidie resurget. Aug. lib. de Verb. D.

Vocatur caro quod non capit caro: & ideo magis nõ capit caro, quia vocatur caro. Ibidem lib. 4.

Quotidie Eucharistiæ cõmunionem percipere, nec laudo, nec vitupero, omnibus tamen dominicis diebus communicandum suadeo & hortor: sit tamen mens in affectu peccandi non sit. Nam habitem adhuc voluntatem peccandi: grauari magis Eucharistiæ perceptione quàm purificari dico. Et ideo quamuis quis peccato mordeatur, pec-

di de cætero non habeat voluntatem, & communicaturus satisfaciat lachrymis & orationibus: & confidens de domini misericordia accedat intrepidus & securus ad Eucharistiam: sed hoc de illo dico quem capitalia, & mortalia peccata non grauant. Nam cum mortalia post baptismum præmunt, hortor prius publica pœnitentia satisfacere, & ita sacerdotis iudicio reconciliatum cõmunioni satisfacere. Idem de Eccl. Digni.

Aliud est sacramentum, aliud virtus sacramenti, quã multi de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur. Aug. super Ioan.

Qui corpus Christi sumere volunt fiant corpus Christi: si volunt viuere de spiritu Christi, de quo non viuit nisi corpus Christi. Escam vitæ accipit, poculum æternitatis bibit, qui in Christo manet: & eius habitator est Christus. Ibidem.

Inspira mihi, & semper doce gratiam tuam, qua irreprehensibiliter sit credendum istud mysterium quod est ineffabile & præ cæteris intellectu difficile, & præcipue inter cætera simplici conscientia sentire, credere, sumere, & retinere: nec sinas in eo fidem meam vacillare. Ibidem.

Huius sacrificij caro & sanguis antea duẽtum Christi per victimarum similitudinem promittebatur: in passione Christi per ipsam veritatem reddebatur, post ascensum Christi per sacrificiũ memoriæ celebratur. Id. contr. Faust. lib. 2.

Eucharistiam indigne sumentes, saturari non

possu-

possunt. Greg. in Reg.

Quanta cordis contritione & lachrymarum fonte, quanta reuerentia & tremore, quanta corporis castitate, atq; animi puritate istud diuinum ac cœleste mysterium est celebrãdum, domine Deus! vbi caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis tuus in veritate bibitur: vbi summis ima, humanis diuina iunguntur: vbi adest sanctorum angelorum præsentia, vbi tu es sacerdos & sacrificium mirabiliter, & ineffabiliter: quis digne hoc celebrare mysterium potest? nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? Amb. in Ord. an. myst.

Si tantum valuit sermo Eliæ, vt ignem de cœlo deponeret, non valebit sermo Christi, vt species elementorum mutentur? de totius mundi operibus legisti, quia ipse dixit & facta sunt. Sermo igitur Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat: nõ potest ea quæ sunt mutare in illud quod non sunt? Non ne minus est nouas rebus dare formas, quàm creare naturas? Idem de Sacra. li.

Liquet quod præter naturę ordinem virgo generauit, & hoc quod cõficimus corpus, ex virgine est, quid ergo quæris naturę ordinẽ in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse partus? Ibidem.

Sicut corporalis cibus cum vêtrem inuenerit aduersis humoribus occupatum amplius lædit: ita & spiritualis cibus si aliquẽ reperit malignitate pollutum, magis eum perdit, non sua natura, sed accipientis vitio. Chry. super Matth.

Illis

Illis qui nolunt accedere, nisi sint actualiter deuoti ac feruidi, cõtingit similiter agere quasi frigidis nolentibus igni appropinquare nisi prius calidi sint & infirmis nolentibus consulere medicum, nisi prius sint sani: quod quàm stultum sit, nemo est qui ignoret. Idem Hom. 61.

Laudabilius est ex amore sacramenti & confidẽtia misericordiæ Dei sæpe accedere, q̃ ex timore vel scrupulis diu se ab eodem sacramento quodãmodo excõmunicatũ facere. Alex de Al. in fer.

Quia corpus assumptum Dominus ablaturus erat ex oculis nostris, & syderibus illaturus, necessarium erat vt nobis in hac die sacramẽtum corporis & sanguinis sui consacraret, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pretium, & quia quotidiana & indefessa currebat pro hominũ salute redẽptio, perpetua esset etiã redemptionis oblatio: & perẽnis illa victima viueret in memoria, & semper presens esset in gratia: vnde merito cælestis confirmat auctoritas, quia caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus: recedat ergo omnis ambiguitas infidelitatis, quandoquidem qui auctor est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Euseb. Hom. 5.

Sacramentum Dei altissimi suscipiendum est, non discutiendum: venerandum, non diiudicandũ: si de sortitum, non innatum: traditione sancitũ, nõ ratione adinuentum. Bern in Ep.

Nolite mirari hoc, & manducat nos & mãducatur

nobis, quo arctius illi astringamur: etenim si manduco & non manducor, videbitur in me ille esse, sed nondum in illo ego. quod si manducor nec manduco, me in se habere ille, sed non in me etiã esse videbitur: nec erit perfecta vnio in vno quouis horum. Ibidem.

DEVOTIO.

DEuotio est mentis conuersio in Deum pio & humili affectu: humili quantum ad considerationem propriæ infirmitatis, pio quantum addulcedinẽ, diuinæ pietatis. Nunquam Deus ti° ad ãnuẽdũ flectitur, q̃ dũ orationis animus ad Deũ tota intentione, per deuotionẽ conuertitur, sola ergo quãtum ad Deũ sufficere põt supplicatis deuotio, nisi ad hoc formaretur oratio, vt oratis affectus ad maiorem accenderatur deuotionem. Aug. de Orand. Deum.

Melius est deuotum in minoribus, quàm indoctum in maioribus inuentiri. Cas. in co. Cat.

Si nos virtus deuotiõis in intimis afficit, omnis spiritus prauæ suggestionis obmutescit. Cre. in ho.

Temporis præteriti fructus, est compunctio: futuri autem flos est deuotio. Ber. super Cant.

Deuotio in frigidis accenditur afflatu, aspectu, memoria spiritualiũ virorũ. Ber. sup Cãt. ser.

Deuotio vnguẽtũ est, animæ dolorẽ leniẽs. Ib. ser.

Deuoti semper orare debent, Cito nos anticipẽt misericordiæ tuæ Domine. Ibidem ser. 84.

Quædam fidei anima, ipsa deuotio est. Ibidẽ ser.

Co-

EX GRÆCIS ET LATINIS.

SOla bona cõsciẽtia caret in vita metu. Stob. li. 4

Bona cõsciẽtia turbã aduocat: mala etiã in solitudine ãnxia & solicita est. Senec. Ep. 43.

Conscientia, mille testes. Idem Decl. 9.

Arecta cõscientia nõ oportet quẽquã in omni vita, vel trãsuersum vnguem discedere. Cice. ad Att.

Nobis persuasum esse debet, si Deos, si homines cœlare possimus: nihil tamẽ auare, nihil iniuste, nihil libidinosẽ, nihil incontinenter esse faciendũ. Honesta boni nõ occulta quærũt. Idem. 1. off.

Conscientia bonæ voluntatis, maxima cõsolatio est rerum incommodarum. Idem ad Torq.

Maior honestatis fructus in conscientia quã in fama reponitur. nihil ad ostentationẽ, omnia ad cõsciẽtiã referẽda sunt: rectiq; facti merces, nõ ex populi sermõe, sed ex facto petenda est. Plin. li. 4. Epi.

Multi famã, conscientiã pauci verentur. Idẽ lib. 3.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Cõscientiã malã laudãtis nõ sonat præconiũ: nec bonam, conuitium vulnerat. Aug. cont. Petil.

Tranquillitate conscientiæ, nihil beatius excogitari potest. idem lib. 22 de Ciui. Dei.

Iucundius est gaudere de bona cõsciẽtia inter molestias, quã de mala inter delitias. idẽ de Cath. Rud.

Interiora pulchritudinis conscientiæ amat Christus, ibi videt, ibi amat, ibi loquitur, ibi punit, ibi

coronat. Id. de ſerm. d in. mor.

Si premium ab eo expectas qui conſcientiæ teſtis eſt ſufficit ad promerendum præmium ipſa conſcientia. Ibidem.

Eſt quidam modus gloriandi in conſcientia, vt noueris fidem tuam eſſe ſynceram, ſpem tuam eſſe certam, charitatem tuam non eſſe ſimulatam: ſed quoniam multa ſunt, quæ poſſunt offendere oculos domini, lauda eum qui tibi iſta donauit. Idē ſuper pſal. 149.

Conſcientia & fama neceſſaria eſt: nobis ſiquidem conſcientia, alijs autem fama. Idem de com. vit. Cleric.

Si quis malorum hominum videret truces conſcientias: ſi quis eorum animas potuiſſet inſpicere tantis perturbationibus cupiditatum & timorum diuerberari: videret illos miſeros quando fœlices putantur. Id. ſuper pſal. 74.

Electi intra ſinum cordis ſui aduerſum ſe quidquid illos impugnat coaceruant, ibi arte oculos ſuos omne quod deflean t enumerat, ibi quidquid per iram diſtricti iudicis diſcerni poſsit, intuentur: ibi tot patiuntur ſupplicia quot pati timēt, nec deeſt in hoc iudicio mēte concepto omne miniſterium quod punire reos ſuos plenius debeat. Nam conſcientia accuſat, ratio iudicat, timor ligat, dolor cruciat. Greg. in mor.

Ille veraciter ſe ante ſe ponit, qui ſe in ſuis actibus tanquam alium attendit. Id 5. mor.

Tran-

Tranquilla conſcientia eſt, quæ omnibus eſt dulcis nulli grauis, vtens amico ad gratiam, inimico ad pacientiam, cunctis ad beneuolentiam, quibus poteſt ad beneficentiam: cui Deus nec ſua peccata imputat, quia non fecit, nec aliena quia non approbauit, nec negligentiam quia non tacuit, nec ſuperbiam quia in vnitate permanſit. Hug. 2. de anima.

Nulla pœna eſt grauior, pœna conſcientiæ: Vis autē nunquā eſſe triſtis, bene viue. Iſid. 2. eloq.

Faciens contra cōſcientiam, ædificat ad gehennam. Anſel. ad Rom.

Conſciētia, ſufficiens magiſter eſt. Chr. ſuper. gen.

Conſcientia codex eſt, in quo quotidiana peccata cōſcribuntur. Idē ſuper pſal.

Eſt teſtimonium conſcientiæ non, quod perhibeat conſcientia, ſed quod loquitur ſpiritus veritatis in ipſa: cum enim veritas applaudit, iuſtitia atteſtatur Dei ſine dubio commendantis vox eſt, ſpiritꝰ ſcī teſtimoniū perhibētis. Id. ſer. d omn. ſac.

Alia eſt cōſciētia bona & nō tráquilla, alia tráquilla nec bona, alia autē nec bona nec tráquilla, alia autē bona & tráquilla: Prima eorū qui in ſpe peccāt & dicūt in corde ſuo, quod Deꝰ nō requiret, & iſta eſt maximē adoleſcentium. Scunda eorū qui iam cōuerſi ad dominū recogitāt annos ſuos in amaritudine. Tertia eorum eſt qui in multitudine peccatorū deſperāt. Quarta eorū ē, qui carnē ſpiritui ſubdiderūt, qui cū ijs, qui oderūt pacē ſūt pacifici.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Sacrificia ſtultorum, ignis ſolum alimenta ſunt. Seob. lib. 4.

Oportet virum bonum ſacrificandi ſtudioſum eſſe, nō quod ſumptuoſe, ſed quod crebro hūc hō norem numini tribuat: illud enim diuitiarū, hoc pietatis ſignum eſt. Ibidem.

Sacrificantium mens, non res attēditur. Plin. in prol.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Quia nos ſumus templū Dei, ideo ara ē anima nr̄a vbi ſacrificiū imponimus. Aug. ſuper pſal. 49.

Dicimus Deum legis & prophetarū, non humanis ſacrificijs delectatum: ſed nec illa delectatum vbi pecorum holocauſta offerebantur: ſed quod ſignificatiua fuerint, & quædam vmbræ res ipſas nobis quæ ijs ſacrificijs ſignificabantur commendare voluiſſe: fuiſſe autem etiam iſtam vtilem cauſam cur illa mutarentur, nec modo non tolerentur, immo prohiberentur offerri, ne vere ſecundum carnalem affectum talibus Deum delectari putaremus. Idem lib. iudic.

Vbum ſciant inſipientes tardi ad intelligendum, præcipites ad reprehendendum: Quod Dæmonibus ſacrificium non exigeret, niſi Deo vero deberi ſciret. falſus enim Deus ſe vult honorari in eis quos decipit, quomodo verō Deus honoratur a beis quibus conſulit. Id. cont. adu. leg. & prō.

Nemo

Nemo ita deſipiat, vt exiſtimet deo eſſe neceſſaria, quæ in ſacrificijs offeruntur: quia non ſolum pecore, vel qualibet alia re corruptibili atq; terrena, ſed nec ipſa etiam iuſtitia hominis Deum egere credendum eſt. Totum igitur quo rectè colitur Deus, nō deo pdeſt, ſed homini. Id. lib. 10. de ciui.

Sacrificia impiorum eis ipſis obſunt, qui offerunt impie. Idem cont. par. lib. 2.

Quemadmodum ſi vnus idemq; homo, Deo manè aliud offerat, aliud veſperi, per congruentiam diuiſi temporis, non Deum, non religionem mutat: ſicut etiam nec ſalutem, qui alio modo manè alio veſperè ſalutat: Ita in vniuerſo tractu ſeculorum, cum aliud oblatum eſt ab antiquis ſanctis, aliud ab eis qui nunc ſunt offertur: non humana præſumptione, ſed diuina auctoritate temporibus congruis ſacra myſteria celebrantur, non autem Deus aut religio commutantur. Aug. Epiſt. ad deogr.

Edent pauperes ſacrificium quod Chriſtus obtulit, & ſaturabuntur: qui autem diuites ſunt non ſaturabuntur, quia non eſuriunt. Id. ſuper pſal. 21.

Gratior eſt pro fratre deprecatio, vbi ſacrificium dilectionis offertur. Id. Epiſt. ad Ant.

Gratum ſacrificium eſt, omne opus quod agitur ad illum relatum finem, vt ſancta ſocietate inhæreamus Deo. Ibidem.

Sacrificium iuſtitiæ, ſacrificium eſt pœnitentiæ: quid enim iuſtius, vt ſuis quiſq; potius, quam

alienis irascatur peccatis. Id super ps. 4.

Ipse sacerdos & victima sacrificium laudis implenit malorum operum tribuens indulgétiam, & bene operandi largiens gratiam. Ibidem

Qui bene accedit ad altare, bene accedet ad gloriam. Idem. sup. psalm. 42.

Decimas & rerum & dierum debemus Deo offerre. Greg. super Euan.

Gratum Deo sacrificium est, afflictio contra peccatum. Ibidem.

Totiens sacrificamus, quotiens bonum aliquod operamur. Lact. lib. 1.

Sacrificium precum si quid incepturi sumus, domino prius offeramus. Chry. ho. 65.

Oblatio tria habere debet, constantiam virilem, cõtinentiam carnalem, conscientiam humilem. Ber. in serm. de purif.

Officium diuinũ ordinate, reuerenter, & attentè dicendum est. Idem super cant. serm. 8.

MIRACVLVM ET ADMIRATIO.

EX GRÆCIS.

RES quarũ natura est vt casu accidãt, mirabiles existunt. Arist. de Poët. 2.

Quod admirabile est, delectabile est. Rhet.

Propter admirari, cœperunt homines philosophari. Id. Metap. 1.

Qui dubitat & admiratur, ignorat. Ibidem.

Qui

Qui rei cuiuslibet inuestigare probabilem causam tagit, is rerum miracula vbiq; tollit & euertit. Plut. in probl.

EX LATINIS.

Quam magnus admirantium, tam magnus inuidentium populus est. Sene. de vit. beat.

Auferunt nobis vocem, quæ fieri posse non credimus: & silentium est admiratio subita miserorum. Quint. dec. 9.

Admiratio quæ maxima est, non parit verba sed silentium. Gel. lib. 4.

Et hoc prauum maliguumq; est, non admirari hominem admiratione dignum. Pli. lib. 1. Epist.

Sunt maximè mirabilia, quæ maximè inspectata. Idem lib. 9.

Miracula plerumq; affiguntur locis insignibus. Liuius lib. 3. dec. 3.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Sicut non impossibile fuit Deo, quas voluit instituere naturas, sic ei nõ est impossibile in quidquid voluerit quas instituit mutare naturas. Augus. lib. 21 de ciu. Dei.

Miracula rara maiorem hominibus afferunt stuporem. Trac. 9.

Miracula ex assiduitate vilescunt. Aug. sup Euã.

Nihil est in rerum natura, quod irrationabiliter fecerit Deus, sed quorundam mirabilium operum eius, etiam expedit tantillũ occultã esse rationem

ne apud animos fastidio languidos, eiusdem rationis cognitione vilescant. Id. in. ser. de Resur.

Omni miraculo, quod fit per hominem, maius miraculum est ipse homo. Idem.

Omnium mirabilium velut principale quoddam fundamentum Deus instituit, quando omnes quas condidit creaturas ex nihilo fecit. Id. Lib. de mir. sanc. Sacram.

Miracula quanuis plærunq; contra naturam appellentur, non est quia naturæ modum qui nobis est vsitatus excedant Id. cont. Faust.

Visibile miraculum ad illuminationem vocat: inuisibile autem eum qui vocatus venit, illuminat. Ibidem,

Quanuis dominus multa visibilia miracula fecerit, vnde ipsa fides velut quibusdam primordijs lactescentibus germinaret, & in suum robur ex illa teneritudine coalesceret, tanto est fortior quanto iam ista non quærit. Id. de peccat. mer.

Miracula antiqua in nostra tẽpora durare permissa sunt, ne animꝰ semp visibilia quæreret, & eorum cõsuetudine frigesceret genꝰ humanũ, quorũ nouitate flagrauit: Nec iã dubiũ nobis esse oportet, ijs esse credẽdũ. q̃ cũ ea prædicẽt quæ pauci assequũtur, se tñ sequẽdos populis psuadere potuerũt. Ib.

Cum maiora facit Deus per seruos suos, quam præter eos, non est defectio, sed dignatio. Aug. de peccat. mer.

Dicamus aliquid Deum posse, quod nos fateamur inue-

inuestigare non posse in rebus enim mirabilibus tota ratio facientis est ipsa potestas facientis. Ibi.

Signa infidelium causa fiunt. Ambr. Ep. ad col.

Diuina miracula semper debent considerari per studium, & nunquam discuti per intellectum. Greg. in mor.

Primitiua Ecclesia, miraculorum adiutorio indiguit Idem. mor. 27.

Quædã miracula etiã homines scelerati facere possunt, qualia sancti non possunt, nec ideo potioris loci sunt apud Deum. Aug. quæst. 85.

CREATIO ET CREATVRA.

OMnis substãtiæ quæ Deꝰ nõ est creatura est: & quæ creatura nõ ẽ, Deꝰ est. Au. l. 1. đ Tri.

Qui fecit in cœlo angelũ, ipse fecit in terra vermiculum. Idem super psalm. 148.

Magna opera domini, exquisita in omnes voluntates eius, præuidet bonos futuros & creat, præuidet malos futuros & creat. Idem de vera Innoc.

Quod in operibus Dei dicitur prius & posteriꝰ, nõ ad facientem, sed ad facta refertur: Nouit enim quiescens agere, & agens quiescere. Ibidem.

Omnis creatura velit nolit vni domino suo subiecta est, sed hoc admonemur, vt tota volũtate seruiamus domino Deo nostro, quoniam iustus liberaliter seruit, iniustus autẽ cõpeditus. Au. đ agõ. Ch

Circue cælum vsq; ad terras, nihil relinquas omni

omnia tibi reſonãt conditorem. ipſæ enim ſpecies creaturarum voces ſunt quædam Deum laudantium. Idem ſuper pſalm. 6.

Omnis diſciplina ſcientiæ eſt, creatorem & creaturã cognoſcere. Ad ſimpl.

Intelligat qui poteſt, iudicet qui poteſt, maius ne ſit iuſtos creare, quàm impios iuſtificare. Certe enim & ſi æqualis eſt vtraq; potentia, hæc maioris eſt miſericordiæ. Idem ſuper Ioan.

In creaturis, ſi quid erratũ cogitamus, inde eſt quod non congruis ſedibus ea quærimus. Idẽ de lib. Ar.

Creatura non à tempore, ſed tempus à creatura incipit. Idem lib. 5. de gener.

Creaturæ difficilius quã creator, cognoſcuntur. Ib.

Ex creaturarũ miraculis Dei potentia cognoſcẽda eſt. Idem 11. de Ciuit Dei.

Non omnia facta ſunt propter vtilitatem hominis; ſed quædã propter magnificentiã Dei. Chr. ho. 7.

Creaturæ ſingulæ, ſingulis rationibus conditæ ſunt. Ibidem.

Decorum à ſummo artifice in formando homine ſeruatum eſt. Ambr. 1. Offi.

Ex creatis cognoſcimus, quantum à creatoris ſublimitate diſtamus. Greg 26. Mor.

Rectus dominus rectum fecit hominem. Bernard. ſuper Cant. ſerm 22.

Quidquid es, quidquid potes, debes creanti, redimẽti, vocanti. Idem de Verb. Apoſt.

Plus videtur ipſa creatura in domino, quàm in ſe ipſa:

ipſa: plus in arte qua facta eſt, quàm in ſe ipſa quæ facta eſt. Ibidem.

PETITIO ET ORATIO.

EX GRÆCIS.

NON precandum eſt, vt voluntatem noſtrã cuncta ſequãtur, ſed vt prudentiam noſtram volũtas. Plat. de Leg.

Preces parentum aduerſus liberos ſæpè audiuntur. Ibidem.

Aliquando preces, maioribus precibus indigent. Plut. in Apoph.

Iniquum aliquando eſt petendum, vt æquum feras. Demoſt. in Olimp.

EX LATINIS.

¶Tunc ſcito te omnibus cupiditatibus eſſe ſolutum cum eo perueneris, vt nihil Deũ roges, niſi quod rogare poſsis palam. Senec. Epiſt. 100.

Sic loquere cum Deo tanquam homines audiant, ſic cum hominibus tanquã audiat Deus. Ibidem.

Honeſtis precibus occurre, exorare antequam rogeris. Idem de Vit Beat.

Qui maleuolo ſunt animo, deteriores fiunt rogati. Cicer. ad Cur.

Malo emere, quàm rogare. Idem in Ver.

Rogat efficaciſsimè, q reddit cauſas rogãdi. Pli. li. 2.

Quid honeſtius, aut efficatius pijs precibus amantis? Ibidem.

Effica-

Efficacissimũ rogandi genus est gratias agere. Idem.

Animaduerto Deos ipsos non tam accuratis adorationum precibus, quàm innocentia & sanctitate lætari, gratioremq; æstimari qui delubris eorum puram castamq; mentem, quam qui meditatum carmen intulerit. Idem lib. 6.

Flectitur iratus voce rogante Deus. Ouid.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Oremus vt det quod iubet adiuuando & inspirãdo, qui præcipiẽdo & vocando commonuit quid vel le debeamus. Aug. de sanct. vid.

Habemus Deum qui paratus est dare, sed agenda tria sunt: petere, quærere & pulsare: qui petit affert humilitatem, qui quærit diligentiã, qui pulsat instantiam. Idem in Hom.

Nolite pro magno habere ad voluntatem exaudiri, aliquando enim Deus iratus dat quod petis: & Deus propitius negat quod petis. Idem de ver. D.

Ora pro malo, & noli dicere: nunquid talem hominem Deus correcturus est? tam malum, tam peruersum? Noli desperare, quid roges attende, non pro quo roges: magnitudinem morbi vides, potentiam medici non vides. Idem super psalm. 85.

Oratio tua locutio est ad Deum: quando legis, Deus tibi loquitur: quando oras, cum Deo loqueris. August. super psalm 85.

Non deficias in oratione, Deus quod concessurus est, & si differt, non aufert, non leuitate ducitur qui

qui promisit, non facile de sententia mouetur: quod promisit fixum est, fallere nõ potest, habet vnde faciat. Idem super psalm. 65.

Non vere inuocat Deum, qui ea desiderat, quæ illi displicent. Idem super psalm. 13.

Orare, gratia etiam est spiritualis. Idem Ep. 117.

Cogitando & orando, pij plus proficiunt, quam legendo. Ibidem.

Qui recte nouit orare, recte nouit viuere. Ibidem.

Alimentum spirituale, oratio est. Ibidem.

Orandum semper est, etiam cum acceperimus postulata. Hier. ad Pet.

Egredientem te de hospitio armet oratio, & de platea regredientem occurrat antequam sedeas, nec prius corpusculum requiescat, quàm animã pascas. Idem in Epist.

Post honesta operum exercitia, operationi lectio, lectioni succedat oratio: & sic breue vdebitur tempus, quod tantis operum varietatibus occupatur. Idem ad Lætam.

Laquæ scrutari in nobis metipsis plenius nitimur, sæpe verius orando quàm inuestigando penetramus. Greg. in Mor.

Orare, commune opus est hominum & angelorum. Idem de Orand. Deum.

Efficatior est oratio quæ in Ecclesia, quàm quæ domi fit. Idem ad Pop. Ant.

Orationes aliorum prosunt nobis, cum nos cooperamur. Ibidem.

Orare cum ira ociosus labor est. Greg. super Act.

Petentis negligentia reprehenditur, vbi de dantis misericordia non dubitatur. Ibidem.

Orare non est multa loqui, breuis itaq; & crebra oratio sit. Idem ad Eph.

Oratio continua, indignã orationẽ facit dignã Ibid.

Petitiones nostras & præuenit Deus, & sua liberalitate transcendit. ibidem.

Si pro te rogas tantum, solus pro te rogabis: si autẽ pro omnibus rogas, omnes pro te rogabunt. ibi.

Talis requirendus est ad rogandum, qui sit idoneus ad placandum: quia si is qui displicet adinterc. dendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. idem in Mor.

Quisquis oratinimici detrimentum, contra Deum pugnat. idem Hom. 27.

Cum Deus in oratione non quæritur, citius in oratione lassatur. idem. 18. Mor.

Importunæ cogitationes in orationis sacrificio sæpè ingerunt. idem in Reg.

Apud Deum oratione fulciatur operatio, & operatione oratio, idem. 18. Mor.

Oratio mutua, orantes inuicẽ sustentat. ibidem.

Qui orat & peccat, non orat Deum, sed illudit eum. Chr. super Matth.

Tu non audis orationem tuam, & Deum vis audire precem tuam? flecto inquis genua: curuastri quidem genua, sed mens vagabatur: corpus tuum tus in Ecclesia est, sed mens foris est. ibidem.

Sicut

Sicut nec miles sine armis est aliquid, nec arma sine milite: sic nec oratio sine ieiunio, nec ieiunium sine oratione. Idem super Matth.

Bonum est semper cum Deo colloqui per orationem: nam si boni viri occursus meliorem reddit illum quem conuenerit, quanto magis colloquiũ quod die noctuque cũ Deo fit? Greg. sup. Matth.

Prosè orare necessitas cogit, pro alijs autem charitas fraternitatis hortatur, dulcior autem ante Deum est oratio: non quam necessitas transmittit, sed quam charitas fraternitatis commendat. Idem super Matth.

Orans nil nouũ faciat, quod aspiciant homines, nec uoce clamet, nec manus expãdat, nec oculos tollat, vt notabilis fiat. Ibidem.

Mos est dæmonibus orationis tẽpore, prætextu bonę & iustæ causæ, vrgere nos ad secessum, vt à salutari doctrina veluti per probabilem causam abducat. Basil. in Ep.

Multum iuuat orationis puritatem, si in omni loco vel tempore nos ab actibus temperemus illicitis, si semper ab ociosis sermocinationibus auditũ pariter castigemus & linguam. Quæcunq; enim sæpius agere, loqui, vel audire solemus, eadem necesse est sæpius ad animum, quasi ad propriam solitamq; sedem recurrere. Bed. de Templ. Salo.

Illius est oratio perfecta, cuius & causa clamat, & lingua, & actus, & vita, & cogitatio. Cassiod. super Psalm. 16.

Oratio serenat cor, abstrahit à terrenis, mundat à vitiis, subleuat ad cælestia, reddit capatius & dignius ad recipienda spiritualia dona. Ibidem.

Iustum est vt iugiter oretur, qui si nō rogetur, offenditur. Casiod. super psalm.

Meditatio docet quid desit, oratio ne desit obtinet. Bern de S. And.

Periculum est si fuerit oratio timida, maius periculum si fuerit temeraria: tertium tandē periculum est, si sit oratio tepida, & non ex viua affectione procedat. Bern. serm 4. de quad.

Multa forsan quæ dare disposuit Deus, prius pollicitus est, vt ex promissione deuocio excitetur, sicq; quod gratis daturus erat, deuota prometur oratio. Idem Hom 4.

Strenuè sicut reuerenter domino assistite, alacriter, non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parcentes vocibus, non proscindētes verba dimidia, non integra trāsilientes, non fractis & remissis vocibus, sed virili sonitu & affectu voces sancti spiritus depromite: pure vero, vt nihil aliud dum psallitis, quām quod psallitis cogitetis. Idi super Cant. serm. 47.

Exaudiri non postulat, qui tepidè postulat. Ibidem

Orans confideret quid petat, quem petat, se ipsum qui petit. Idem in sent.

Orationes nostras nō parui pendamus, nam aut dabitur quod petimus, aut aliquid vtilius. Ibidem.

Oratio ad eos sanctos præcipuè fiat, quib⁹ orans magis afficitur. Ibidem.

Oratio si fidelis, humilis, & feruens fuerit, cœlum sine dubio penetrabit: vnde certū est quod vacua non redibit. Idem de quadr.

Oratio potus animę est, & secretum amat. Ibidem.

Oratio recta non est si aliud petitur præter Deū, aut propter Deum. Idem super Cant. ser. 89.

Persistentibus in oratione infunditur gratia, quā uis in initio aridi sint. Ibidem.

Orationibus mundamur, lectionibus instruimur, vtrūq; bonum est si liceat: si nō licet vtrumq;, melius est orare quam legere. Ibidem.

ELEEMOSYNA.

QVI vult ordinate dare eleemosynam, à se ipso debet incipere, & eam primum sibi dare. Aug. super Euāng.

Multa sunt genera eleemosynarum, quæ cum facimus adiuuamur vt nobis dimittantur peccata: sed ea nihil est maius, quam cum ex corde dimittimus peccata. Ibidem.

Fœcundus est ager pauperum, cito reddit donantibus fructum. Ibidem.

Via cœli pauper est, per quem venitur ad patrem, incipe erogare, si non vis errare. Ibidem.

Eleemosyna ad necessitatem, non ad pigritiam accipienda est. Idem de oper. mon.

Eleemosyna extra Ecclesiam nihil prodest, sicut

nec scelerate viuentibus. Ibidem.

Eleemosyna tristis meritũ perdit. Id. super ps. 43.

Eleemosyna etiam ingrato concessa nõ perditur. Ib.

Fac quantum potes, fac vnde potes, fac hilariter, & securus mitte orationem. Ibidem.

Potes dicere: non habeo vnde pauperibus erogem, nec ab aliquo læsus sum vt iniuriam dimittã. Accipe tertium & præclarum eleemosynę genus, sit in te bona voluntas dandi, & parcendi proximo, & audies ab angelis, pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Idem in ser. com.

Eleemosynę possunt tibi prodesse ad delenda peccata præterita, si mores mutaueris: si autem in eisdem malis perseueraueris, eleemosynis tuis non corrũpes iudicium Dei. Ibidem.

Egere vult in paupere Christus, vt haberes vbi seminares, qui dedit vt meteres vitã æternã. De ioch.

Eroga terram vt emas cælũ, age illi gratias qui rem tam pretiosam tam vili pretio te fecit emere: dat quod in tempore perijt, accipis quod manet in æternum. Ibidem

Ecce frater tuus habet onus paupertatis, tu habes onus superfluitatis: onus paupertatis est non habere, onus diuitiarum est plus quàm oportet habere. Tu ergo dives oneratus es, ille pauper oneratus est, porta cũ illo nõ habere, portet tecũ plus habere, vt fiat æqles sarcinæ vestræ. Id. de ver. Ap.

Perfecta misericordia est, vt ante occurrat esurienti cibus, quàm roget mendicus: Non est enim perfecta misericordia quæ precib⁹ extorquetur. Ibi.

Si manum porrigis, & in corde non misereris, nihil fecisti: si autẽ corde misereris, etiã si non habeas quid porrigas, acceptam fecisti eleemosynam. Ib.

Consilium meum est, vt quotiens messes aut vindemias colligitis, vestras, & omnium qui apud vos sunt computetis expensas, simulq; quod fisco daturi estis: & quod vobis superesse cognoscitis, sequestrate, quia non vobis propriè est datum, sed per vos ad dispensandum pauperibus transmissum. Aug. in com. ser.

Ætas, debilitas, & verecundia in largiendo pauperibus consideranda est. Ambr. 1. off.

Pars sacrilegij est, rem pauperum dare non pauperibus: laudent te esurientium viscera, non eructãtium opulenta conuiuia. Hier. in Epist.

Sunt qui pauperibus parum tribuunt, vt amplius accipiant, quæ magis venatio appellanda est quã eleemosyna. Melius est enim non habere quod tribuas, quàm impudenter petere quod des. Ibi.

Quanuis omnem censum tuum pauperibus distribuas, nihil erit apud Christum pretiosius, quã quod manibus tuis confeceris. Ibidem.

Quidquid tribuitur pauperi, si subtili consideratione pensetur, non est donum sed mutuum: Quia quod datur, sine dubio multiplicato fœnore recipitur. Greg. in reg.

Qui indigenti proximo exteriorẽ substantiam præbet, sed vitam suam à nequitia non custodit,

rẽ ſuam Deo tribuit,& ſe peccato. Idẽ.19.Mor.

Quæ ſtultitia eſt,illic relinquere quo exiturus es,& illuc nõ præmittere quo iturus es? Chr.ſup Mat.

Quidquid pro anima tua feceris,hoc tuũ eſt: quidquid autem relinqueris,perdidiſti. Ibidem.

Non eſt ingrata Deo,quæ viſa fuerit ab hominibus eleemoſyna: ſed quæ ideo facta eſt vt viſa ſit. Chr.ſuper Math.

Cur tu abundas & ille mendicat? niſi vt tu in bona diſpenſatione meritacõſequaris;ille vero patientiæ brauio decoretur. Chr.ſuper.Math.

Eleemoſyna veſtimentum mortuorum eſt, & ars omnium quæſtuoſiſsima. Idem ſuper Ioan.

Si potes dare da,ſi non potes,affabilem te fac. Ibid.

Quidquid pauperi dederis,tu habebis; quidquid nõ dederis habebit alter. Pet.rau.in ſer.

Eleemoſyna ianitoribus cœli nota eſt. Ho.19.

Eleemoſynam vxor faciat, mariti tamen conſenſu eam faciat. Ibidem.

IEIVNIVM ET ABSTINENTIA.

HOC enim egit ſaluator, vt eisdem veſtigijs quibus admiſſa fuerant, purgarentur delicta: Hoc eſt,quod homo manducando deliquerat,corrigat abſtinendo. Aug.

Ipſe qui ieiunare non valet, ſecretius ſibi ſoli, aut ſi eſt alter infirmus cum eo,ſibi in domo ſua præparẽt quod accipiãt. Ibidem.

Duo

Duo ſunt abſtinentiæ & crucis genera,vnum corporale, aliud ſpirituale: vnum à potu & epulis,& ab his quæ per tactum & guſtum viſumq; accipiuntur, enſum viriliter reuocare. Alterum pretioſius atq; ſublimius abſtinentiæ genus eſt, motus animi regere,& perturbationis moleſtiã tranquillitate placare. Aug. de Ioan. Bapt.

Qui cibis abſtinent,& praue agunt, Dæmones imitantur,quibus eſca carnis nõ eſt,ſed nequitia ſpiritualis ſemper ineſt. Idem de quad. ſer.15.

Quid illis dicturi ſumus qui ſolitos cibos ita relinquũt,vt in alio tempore augeãtur? quid nequius quam quod minus erogat abſtinentia,ſeruet permanens auaritia: vel conſumat dilatata luxuria? Idem de quad. ſer.2.

Abſtineat à multis licitis,qui in libertate arbitrij cõmiſit illicita. Idem de ver.& fal.P.

Ieiunium in paradiſo lege conſtitutum eſt,primum mandatum accepit Adam: a ligno ſcientiæ boni & mali non manducabitis: Non manducabitis, ieiunium eſt,& legis conſtitutionis initiũ. Si ieiunaſſet à ligno Eua,illo non indigeremus ieiunio. Idẽ cont.Iul.lib.1.

Quia non ieiunauimus cecidimus de paradiſo: ieiunemus ergo vt redeamus. Ibidem.

Ieiunium paſtus eſt animæ,quia ſicut iniungit laborem,ita reficit ad ſalutẽ. Aug. cont Iul.lib.1.

Quando prelium tentationis infertur homini, ieiunandum eſt, vt & corpus impleat de caſtiga-

tione militiam,& animus impetret de humilitate victoriam. Id. de quad. ser. 7.

A peccatis principaliter ieiunemus, ne ieiunia nostra sicut ieiunia iudæorum respuantur a Domino: quale est enim vt a cibis quos Deus creauit nescio quis impostor abstineat,& peccatorum sagina pinguescat? Idem de ieiun.

Adam non cibus,sed prohibitus cibus damnauit. Idem ad casul,

Ieiunandum continentius in quadragesima est. Ibidem.

Delicatus magister est,qui pleno ore,de ieiunijs disputat. Hier.ad demet.

Ante annos robustæ ætatis, periculosa est teneris, grauis abstinentia. Id.ad læt.

Mater sanitatis abstinentia, mater ægritudinis voluptas. Ibidem.

Sic commede, vt semper esurias,vt statim post cibũ possis legere & orare: Displicent autẽ mihi in teneris maximè immoderata ieiunia: experimẽto enim didici asellũ in itinere cum lassus fuerit,diuerticula quærere. Ibidem.

Non nulli vitã pudicam appetẽtes in medio itinere corruũt,dũ solã abstinentiã carnis seruant,& ieiuminibus onerant stomachum. Hier. in Epist.

Per abstinentiam nõ caro,sed carnis vitia extinguẽda sunt. Greg in mor.

Abstinentię virtus nulla est,si tantum quisq; corpus non edomat quantum valet:aut valde inordinata est si atterit plus quàm valet.

Admonendi sunt abstinentes,quia tunc placentem abstinẽtiã Deo offerũt,cũ ea quæ de alimẽtis subtrahũt,indigẽtibus largiũtur. Id.in mor.

Spernitur ieiunium quod in vesperum repletione ciborũ reficitur,spernitur ieiunium quod in vesperum delitijs compensatur: Tota enim die epulas in cõgitatione ruminat,qui ad replendam gulam vesperè sibi delitias præparat. Ibidem.

Talia sunt,sine charitate ieiunia,qualia sine oleo lucerna. Cæsarius.

Semper vtile est ieiunium,nam neq; contumelia dęmonum quidquam valet aduersus ieiunantem, & nostræ vitæ custodes angeli alacrius manẽt apud illos,qui per ieiunium purgati sunt.Basil.in Ep.

Sic abstinere & ieiunare debemus,vt non nos necessitati ieiunandi subdamus,ne iam nõ deuoti,sed inuiti rem voluntariam faciamus.Prosp.de contẽ

Illis grauior subtracti cibi pœna est,qui se escis alijs præterquàm consuetis,nesciunt consolari. Cassia. super psalm.130.

Melius est rationabilis cum quotidiana moderatione refectio,quam per interualla arduum longumq; ieiunium. Nouit immoderata inedia non solum mentis labefactare constantiam,sed etiam orationis efficatiam lassitudine corporis eneruare. Cass.in inst.mon.

CONVERSIO.

DEVS qui nullo continetur loco, discedit ab eorum cordibus qui eum relinquunt moribus non pedibus, & venit ad illos qui ad eum conuertuntur non fame sed fide, & accedit ad eum mente non carne. Aug. de verb. Dñi.

Perfecta nostra conuersio, semper paratum inueniet Deum. Idem psalm. 6.

Remedia cõuersionis ad Deum nullis sunt cũctationibꝰ differẽda, ne tẽpus correptionis tarditate pereat. qui. n. pœnitenti indulgentiam promisit, differenti mulanti diẽ certũ non promisit. Aug. de vera inno.

Non cadere facilius est, quàm post casum resurgere. Chr. super Ioan.

Nunquam est sera conuersio: & peccatorum cõuersio esca iustorum est. Hier. ad læt.

Conuersionis initia, bonis malisque moribus sunt permixta. Idem.

Vtinam tam cito conuertatur peccator ad pœnitentiam, quàm citò Dominus paratus est, præfinitã mutare sententiam. Idem in Epist.

Indus, Getus, Persa, &c. stridorem suum in dulce crucis fregerunt melos, & totius mundi vna vox Christus est. Homo reduc̃tus ad veniam sub disciplina melius viuit. Greg. 9. mor.

Plerumq; conuersus quisq; talibus tentationum fluctibus agitatur, qualibus ante conuersionis statum nunquam Ibidem.

Se esse pulsatũ reminiscitur: nõ qa tũc eadẽ tẽtationis radix decrat, sed quia nõ apparebat. Gre. 24. mor.

Ideo

Ideo maius de peccatore cõuerso quã de iusto stante gaudiũ fit in cœlo, quia & dux in prælio plus eũ milite diligit, qui post fugã reuersus hostem fortiter perimit, quam illũ qui nũquã terga præbuit, & nunquã aliquid fortiter fecit. Sic agricola illã amplius terrã amat quæ post spinas vberes fructꝰ profert, quam eã quæ nũquã spinas habuit, & nũquã fertile messẽ produxit. Gre. super Euag.

Primordia conuersionis blandis sunt refouenda modis, nesi ab asperitate incipiãt, exterriti ad priores lapsus recurrant. Isid. de sum. bo.

Valet interdũ cõuersis, pro animæ salute, mutatio loci: plærũq; n. dũ mutatur locꝰ, mutatur etiã mẽtis affectus. cõgruũ n. est, inde etiã corporaliter euelli, vnde quisq; prauè vixit: Aspectui enim mentis opponit, qd̃ semp ibi vel cogitauit vel fecit. Ibid.

Expectat Deus delinquentes: benigne susc̃ipit reuertentes. Ber. super cant. serm. 9.

Nouiter conuersorum, immoderata vehementia est. Ibidem.

MATRIMONIVM.

EX GRÆCIS.

Mulieres cõiugare oportet circa ætates annorũ octodecim: viros vero circa triginta sex. Arist. pol. 6.

Oportet virum ducere vxorem puellã, vt eã doceat bonos mores. Ibidem.

Si mulier cognouerit sibi castum, atq; fidum

virum

virum esse, ipsa etiam casta, & fida erit. Ibidem.

Prima gratia quæ ab ore voceq; sponsæ dimanat, be ne compósita, & apta, & suauis esse oportet. Plut. de præcep. cõn.

Breuis amor nouorum coniugum corporis forma inflammatus: nec durare póteſt, nec firmus esse, ni in bonis moribus collocatus, foueatur. Ibidẽ.

Vxor nullum proprium affectum habeat, sed studia, curas, risum communia habeat cum viro. Ibidem.

Vt temperatum, & si plus insit aquæ, vinum appellamus: ita substãtiam & rem familiarem quamuis vxor plus contulerit, mariti dici oportet. Plut. Ibidem.

Præstare maritum vxori par est, non vt dominꝰ pecori, sed vt anima corpori. Ibidem.

Mulieres, quę sanę mentis sunt, cum irati mariti clamant, silentium agunt: cum verò silent, eos alloquuntur. Ibidem.

Cum muliere, præsentibus extraneis, nec iurgandũ, nec blanditijs agendum. Diog. lib. 1.

Vxorem tibi parem elige: nam si clariorem duxeris, affines dominos habebis. Si turpem duxeris, habebis pœnam: si autem formosam, habebis curam: ne sit communis. Ibidem.

Tempus vxorem ducendi est iuuenibus nondum, senibus autem nunquam. Idem lib. 7.

Thalami concordia dulcius nihil est. Hom. Odyſ.

Nuptię sanè quibus benè contingunt, beata vitam tin git: quibus autem male cedunt, domi forisq;

infœlices sunt. Eurip. in Oreſt.

Probabile est malæ vxoris virũ, etiam si bonus fuerit, fieri malum. Ibidem.

Mulier alias quidem metu plena, in matrimonio autem iniuria affecta, nón est alia mens truculentior. Ibidem.

Amicos existimet vxor, quos maritus existimat. Ib.

Non sic exhilarant nuptiæ, quã tristificant. Ibidem.

Mulier & si malo marito, locata sit, conuenit vt sua sorte contenta sit. Ibidem.

Mulier cũ priuatur viro, priuatur vita. Euri. in and.

Nũquam duplicia cõnubia laudauero, nec duas matres habentes liberos. Ibidem.

Nuptiæ hominibus optabile malum. Ibidem.

Vitæ egesta, est viris mulier. Ibidem.

Sponsa sine dote non habet loquẽdi libertatẽ. Ibid.

Procella domestica, est viro mulier. Ibidem.

Sæpè vxor benevolentia in maritum, filios superauit. Stob. lib. 4

Coniux marito in aduersa fortuna, & ęgritudinib⁹, iucundissima res est. Ibidem.

Quisquis vxorem ducere deliberat, non bene delibe rat: nam vbi deliberat, statim ducit. Ibidem.

Si quis pauper pecuniosam vxorem habet, nõ vxorem sed dominam habet. Ibidem.

Oter infœlix quisquis in paupertate duxit vxorem. Ibidem.

Bini sunt cum vxore iucundissimi dies, alter quo ducitur, alter quo mortua effertur. Stob. ibidẽ.

Simi-

Similes res sunt senectus, & nuptiæ: vtrumq; enim consequi desideramus: cum autem nacti fuerimus, tristamur. Ibidem.

Viri obediant ciuitatis legibus, mulieres virorum ingenijs. Ibidem.

Omnia mulieres per viros facere oportet. Ibidem.

Vir corpori studiosus, vxorem efficit ornatui deditam: voluptarius, amatoriam & luxuriosam: vir autem boni honestiq; amator, honestam & temperantem efficit. Ibidem.

Malum sunt mulieres, verum tamen sine hoc malo, domum habitare non licet. Ibidem.

Quicunq; nuptias fato sibi non destinatas ambiũt, frustra laborant: vxor autem viro fatali manens, etiam absq; omni cura domum ingreditur. Ibidem.

Ducas virginẽ, vt bonis illã instituas moribꝰ. Ibidem.

Canes & equos nobis nobiles, & ex bona progenie quærimus: malam vero vxorem, maliq; patris filiam, ducere non curamus. Stob. ibidem.

Qui bonum generum nactus est, inuenit & filium: qui vero malum, perdit & filiam. Ibidem.

Mulier paternam egressa domum, non parẽtum, sed mariti est. Ibidem.

Fit quodãmodo mulier inimica oibus qui priꝰ familiares erãt, vbi cõiuncta est secũdo marito. Ibidem.

Oportet mulierẽ egrediẽtem domũ, hũc ætatis terminũ attigisse, vt qui eã nõ cognoscũt, interrogẽt cuius sit mater, non cuius sit vxor. Stob. lib. 1.

EX LATINIS.

Omnis

Omnis alius occisor sentitur, antequam faciat: mulier non sentitur nisi dum occidit. Ibidem.

Summa nuptiarum potestas, in patre nuptiarum posita est. Terent.

Vitium vxoris aut tollendũ, aut ferendum est. Qui tollit vitium vxoris, commodiorem præstat, qui fert, sese meliorem facit. Gel. lib. 1.

Vxori sufficit obsequij gloria. Plin. in Pan.

Argentũ accepi dote, imperium vẽdidi. Pub. Mim.

Quæ indotata est, ea in potestate est viri. dummodo morata recte veniant, dotata est satis. Idem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Bene vtitur malo, qui concupiscentiam restringit cõnubio. Aug. de p. bap.

Nupturis, matris consensum necessarium natura fecit. Serm. 258.

Primæ nuptiæ melioris sunt meriti, quàm secundę. de Bon. Vid.

Coniugium humile, melius est virginitate superba. Idem super psalm. 69.

Cõiugũ dissẽsio, totiꝰ domꝰ ꝑturbatio est. Sup. ps. 33.

Matrimonium non est, vbi datur opera ne fœmina pariat. Lib. 3. de mor. mar.

Fœlicior est mulier nupta, quã virgo nuptura. De Sanct. Virg.

Vxoris lingua sibi malum conciliat, non mariti ira. Aug. Conf. 9.

Intẽperans in coniugio, quid aliud nisi adulter vxoris

ris efficitur? Cont. Iul. lib. 2.

Copula nuptialis nō est qua culpa vitanda, sed qui si necessitatis sarcina declinanda. Amb.

Quod fœmina ex latere viri facta est, hinc satis significatū est, quam chara mariti & vxoris debeat esse coniunctio. Aug. de Ciuit. Dei.

Hæc est & esse debet priorum coniugum intentio, ut regenerationi, generatio præparetur. Cont. Iul. libr. 4.

Viget ordo charitatis inter maritum & vxorē, qui quanto meliores sunt, tanto maturius, à commixtione carnis suæ, pari consensu se continere cepe-runt, non vt necessitatis sit postea nō posse quod vellent, sed vt laudis esset, prius nolle voluisse quod possent. De Bon. con.

Nuptiarum bonum semper quidem bonum fuit, sed populo Dei fuit aliquando legis obsequium, nunc est infirmitatis remedium. De sanct. vid.

Nos secundum sanctarum scripturarum fidem & sanam doctrinam, nec peccatum dicimus esse nuptias. Earum vero bonum non solum infra virginalem, verum etiam infra viduale continentiæ constituimus. Ibidem.

Bonæ nuptiæ thorum habeant immaculatum, non solum à fornicationibus & adulterijs quæ sunt turpitudines damnabiles, verum etiam ab illis excessibus concubendi, qui non fiunt causa prolis, dominante voluntate: sed causa voluptatis, vincēte libidine, quę sunt in cōiugibus peccata venialia. De nup. Bonum

Bonum, quod habent nuptiæ, tripartitum est, fides, proles, & sacramentum: in fide attenditur, ne præter vinculum coniugale, cum altera vel altero cōcubatur: in prole vt amāter suscipiatur, benigne nutriatur, religiose educetur: in sacramēto, vt cō iugium nō separetur, vt dimissus aut dimissa nec causa prolis alteri iungatur. hęc est tanquam regula nuptiarum, qua vel naturæ decoratur fœcūditas, vel incontinentiæ regitur prauitas. Aug. lib. 9. super Gen.

Nuptiæ inuitæ, malos solent habere prouentus. Amb. super Epist. ad Cor.

Castitas coniugatorū, donum Dei est. Anſ. ibidem.

Nuptiæ sterile, iurgia habent. Basi. in Epist.

Magis veretur mulier maritum, quem agnouit & præceptorem. Ibidem.

Sine culpa ad matrimonium venit, qui nondum meliora vouit. Hier. ad Ruf.

Vxorem pauperem alere difficile est, diuitem ferre tormentum est. Quid prodest diligens custodia, cùm mulier impudica seruari non possit, pudica nō debeat? infida enim custos castitatis necessitas est: & illa vere pudica dicēda est, cui licet peccare, sed noluit. Idem contr. Iuuen.

Nuptiæ carnales à lætitia incipiunt, & in luctu terminantur. Greg. Dial. 3.

Qui habet vxorem malam, suorum se peccatorū intelligat mercedem accepisse. Chryſ. Hom. 12.

Quędā vxores, viros ad adulteria cōpulerūt. Ibidē.

Vxoris admonitio, voluptatē habet. Idē. sup Ioan.
Vxor qualiscunq, viro casto bona videtur. ibidē.
Vxor semper insidiatrix est. ibidem.
Propemodū nō inferioris virtutis est a cōiugio abstinere, quod aliquādo delectauerit, quā coniugij penitus delectamēta nescire. Amb. de vir.

MAGNANIMITAS.

MAgnanimitas virtus est per quam vtraq; fortuna, honor & ignominia feruntur. Arist de virt. & vit.
Magnanimitas est ornatus omniū virtutū. Ethi. 5.
Magnanimi est magna cōtemnere, & mediocria male quàm nimia. Sen. Ep. 39.
Magno animo de rebus magnis iudicādū est. Ep. 79
Magnanimitas in imperatore est. Apud Iur cons.
Maior animꝰ merito dicēdus est, qui vitā erūnosam magis potest ferre quā fugere: & hominū iuditia, qd plerūq; caligine erroris inuoluitur: præ cōscientiæ luce ac puritate cōtēnere. Au. li. 1. de ci. D.

VENIA ET ABSOLVTIO.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

DEVS sæpe parcit malis, a quibus bonos orituros nouit. Plut.
Fortiter, & recte factis errata condonātur. Ibidem.
Qui de malis pœnas non sumunt, bonos iniurijs affici volunt. Stob.
Si imbecillior est, qui te læsit: parce illi, si potentior tibi. Seneca de ira.
Illis facile ignoscitur, qui non perseuerare: sed ab errato se reuocare moliuntur. Cic. in vat.
Est vtilius, vnius improbi supplicio, multorum improbitatem coercere, quàm propter multos improbos, vni parcere. In verr.
Vtilius est absolui nocentē, quam in innocentē causam dicere. Pro Rosc.
Magna peccandi illecebra est impunitatis spes. Pro Milo.
Qui aliàs delinquit, delinquentibus facile parcit.
Petere veniam solemus, aut cum imprudenter erramus, aut cū cōpulsi peccauimus. Gel. lib. 11.
Nemo parcit morituro, nec cuiq; moritur⁹. Cur. l. 6
Ignoscas alijs multum, tibi nihil. Auso.
Bonis nocet, quisquis pepercerit malis. Pub. mi.
Plus est quàm absoluere: dimittere defensionem. Quint. dec. 2.
Hominem improbum, satius est accusare quā absoluere. Liu. 4. dec. lib. 4.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Plurimum interest quo animo quisq; parcat: sicut enim est misericordia puniens: ita est crudelitas parcens:
Cito parcendum est iniuriāti, ne veniæ viam tibi intercludas. De ciuit. Dei 4.

Cui vere propitius est Deus, non solum donat peccata, ne noceant ad futurum seculum: sed etiam cogitat ne peccare delectet. Idem super psalm. 98.

Amplectenda est homini, qui omnino non potest carere peccato: tam benigna conditio, vt dimittendo debita aliena, deleat & sua. Idem de Ver. Inno.

Si dominus peccauerit in seruum, iniuste cædendo: iniuste litigando: durum mihi videtur, vt dicat illi, ignosce mihi, ne ille incipiat superbire. quid ergo faciet? ante oculos Dei pœniteat eũ: ante oculos Dei puniat cor suum. & quia non oportet dicere seruo suo ignosce mihi, blande illũ alloquatur, blãda enim allocutio venię postulatio est. Idẽ de conc. fra.

Sex sunt remissiones peccatorum: prima est per baptismum: secunda per martyrium: tertia per pœnitentiam: quarta per eleemosynam: quinta per hoc quod peccantibus in nos dimittimus: & errantem conuertimus: sexta per cõmunionem corporis & sanguinis domini. Idem ser. de Grat.

Delicti cessatio radix est veniæ. Tertul.

Gratia non fit nisi offensæ. Ibidem.

Iudex veniam peccatis dare non potest: quia voluntati seruit alienæ: Deus autem potest: quia dispensator est legis suæ, ac iudex. Ibidem.

Culpam indulgentia præuenire non debet, ne securitas audatiam alat: & ad delinquendum fiducia remissionis inuitet. Cassiod. in Epist.

Quoad liceat, parcẽdum eis: qui summa publicaq; authoritate funguntur.

Maior pars misericordiæ, est dimittere quam dare. Greg. 12. mor.

Sunt culpæ, in quibus culpa est relaxare vindictam. Ibidem.

Ideo coniunxit, dimitte sicut & nos dimittimus, vt bonum quod a Deo cõpũcti petimus: hoc primũ cum proximo faciamus. Idem 7. mor.

Quod ieiunio & lamentis, precibus, sacco, & cinere & infinita confitendi ratione, vix alij perficiunt, vt peccata abstergant sua, id nobis licet facile assequi, sine sacco, cinere & ieiunio, dummodo ex animi cogitatione, iram deleamus, & omnino ijs qui nobis iniuriã fecerũt ignoscam⁹. Bas. ser. mo.

Veniam delicti assecutus, si iterum peccat, grauius sibi præparat iudicium. ibidem.

Vlcisci non desiderabit, qui pro eis, qui nobis faciũt iniuriam orare docuit. Cle. Alex.

Multitudo sociorum impunitatem non facit criminis. Hier. in Epist.

De suo iure aliquid relaxare, non solũ liberalitatis, sed etiam commoditatis est. Amb. in hex.

Pro eo fratres, quod ab ipsis quoq; licitis abstinem⁹ quæ prius cõmisimus illicita condonantur. Bern. de quad.

Impunitas, iniuriæ soboles est: insolentiæ mater: radix impudicitiæ: trãsgressionis nutrix est. 3. d cõs.

Sis humilis ad petendam veniam, facilis ad dandam, & sic membra erunt in pace. De ver. Ap.

Inhumanitatis est, id in quo quisq; sibi indulget, egreferre in cæteris. Ibidem.

CONSOLATIO.

EX GRÆCIS.

ANimo male affecto, medicinæ sunt sermones. Plu. de cons.

Facilius est consolare afflictum, quam sustinere. Ibidem.

Nunquam de ylla re dixeris: quod amiseris eam, sed quod reddideris. filius obijt, redditus est: ablatus est ager, & hic redditꝰ est: sed malus est q̃ abstulit. quid est quod cures per quẽ is q̃ dederit recepit? quãdiu vero cõceditur tibi, curã eius habeto, tãquã alienę possessionis, quẽadmodũ prætereuntes diuersorij. Stobeus.

Ineſt etiam verbis quædam voluptas, cum obliuionem inducunt malorum. Ibidem.

Cui corpus male affectum est, is habet opus medico, cui autem anima, amico. Ibidem.

Qui aliorum mala perpenderit, minus ægreferet sua. Stob.

In rebus secundis oportet intueri in eum, qui vtitur minus secundis: in aduersis vero in eum, qui vtitur magis aduersis. Volat.

EX LATINIS.

Si intelligimus, solatium est æquo animo perdere, quod periturum erat. Senec. Epist. 99.

Nihil tã acerbum, in quo æquus animus non inueniat solatium. De tranquil. anim.

Quisquis aliquẽ queritur mortuũ, queritur hominem fuisse. Epist. 100.

Esset aliqd imbecillitatis nostræ solatiũ: si tãto tẽpore repararẽtur cũcta, quanto finiuntur. Ep. 92.

Leuis est cõsolatio ex miserijs aliorũ. Cic. ad Torq.

Hæc sunt officia cõsolantium: tollere ægritudinem funditus, aut sedare, nec pati manare lõgius, aut ad aliam traducere. Ibidem.

Consolationum multæ sunt viæ, sed illa rectissima: impetret ratio qd dies impetratura est. Ad Attic.

Dies, stultis mederi solet. Ibidem.

Sola spes hominem in miserijs consolari solet. In Catil.

Amatores consolatio angit non lenit. Ibidem.

Vt crudum adhuc vulnus medentium animos reformidat: deinde patitur, atq; vltro requirit: sic animi recens dolor, consolationes reijcit, mox desiderat, & clemẽter acquiescit. Pli. lib 5.

Maximum solatium est, vacare culpa. Ibidem.

Vnicum doloris leuamentum, studium est. Ibidem.

Bonꝰ animꝰ in re mala, dimidium est mali. Plaut.

Nec fera tempestas toto tamen errat in anno.
Et tibi, crede mihi, tempora veris erunt. Ouid.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Quidquid nobis nunc exhibet Deus, cum prospere

exigit

exigit, non est gaudium beatorum, sed consolatio miserorum. Aug. super psal. 144.

Potest non dolere cor humanum defuncto charissimo: melius tamen dolet, & sanatur cor humanum quã non dolendo sit inhumanum. Ibidem.

Permittantur pia corda de charorum suorum mortibus contristari dolore sanabili, & consolabiles lachrimas fundant, conditione mortali, quas cito reprimat fidei gaudium, qua creduntur fideles quando moriuntur paululum a nobis abire, & ad meliora transire. Ibidem.

Non parum est, parumq; glorioſa cuiusq; nostrum consolatio: si ab inimicis ecclesiæ cum ipsa ecclesia criminamur. De vnic. Bap.

Festiua consolatio bonorum est: consideratus finis malorum: cum enim ex eorum interitu malum conspiciunt, quod euadũt, leue estimãt quidquid in hac vita aduersum patiuntur. Greg. 21. mor.

Facilis erit consolatio, si inter flagellã quæ patimur delicta quæ fecim⁹ in memoriã reuocem⁹. In reg.

Magna consolatio tribulationum est, autoris nostri dona ad memoriam reuocare. 1. mor.

Ordo consolandi est, vt mœrẽdo prius afflictũ consolemur: minus enim eius consolatio recipitur, cuius vitæ qualitas diuersa est. Ibidem.

Luctus tempore verba increpationis non sunt inferenda, ne increpando dolorem augeat, qui consolando lenire desiderat. 13. mor.

Non est probus consolator quem proprij vincũt gemitus

gemitus. Hier. in Epist.

Sera consolatione, frigidius nihil est. Ibid.

Felix ille tantum est, qui in vita vitam seruauit illesam: in tanta igitur fœlicitate gaudendum est tibi profecto magis quod talem habueris, quàm dolendum quod talem amiseris. Ad Heliod.

Prolixior consolatio diutius afficit quam consolarivis. Amb. in hex.

Requiescimus in memoria illius quem amisimus. Ibidem.

Solatium dolentis est, doluisse. Ibidem.

Consolatur nos Deus vt alios consolemur. Anſ. Ep. ad Corint.

FAVOR ET AVXILIVM.

EX GRÆCIS

IOVE auxiliante nihil metuo. Eurip. in herac.

Non est cadentis alium erigere: nec ignorantis docere: nec imperare eius qui non pareat imperio. Plut. de doct.

Odi auxilium sero latum amicis. Idem.

Manus manum lauat, & digitus digitum. Ibid.

Ij qui sibi ipsis benefacere nolũt: alijs cogendi sunt benefacere. Ibidem.

Solet diuinitas auxilium sui fauoris, non in paruis ostendere, sed vbi spes humana deficit. Ioſ. de antiq. lib. 1.

EX LATINIS.

¶ Alteri viuas oportet, si tibi viuere vis. Sen. Ep. 4.
Homo in adiutoriũ mutuum generatus est. De ira.
Paucis natus est, qui gentes ætatis suæ tantũ cogitat, multa annorum milia, multa populorum præcesserũt & supueniẽt: illa cogita ae illa respice. Ep. 8.
Nihil habet alicuius fortuna melius, quam vt possit: nec natura quam vt velit seruare plurimos. Ibidem
Hoc natura præscribit, vt homo homini ob eã tãtũ causã quod homo sit, cõsultũ velit. Cic. 3. offi.
Hoc natura fert, vt eis faueam⁹ qui eadem pericula quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur. Pro Murena.
Omnis pro laborante fauor est. Ibidem.
Fauor & misericordia, acres quidem primos impetus habent, paulatim ratione & consilio, quasi restincta concidunt. Plin. lib. 2.
Quo se fortuna vertit, eo se fauor hominũ inclinat. Iust. lib. 5.
Sat habet fautorũ: sẽp qui recta facit. Plut. in amph.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Homines omnes diligendi sunt, sed omnib⁹ si prodesse nõ possis, ijs potissimũ subueniẽdũ est, qui pro locorũ & tẽporũ, vel quarũlibet rerũ opportunitatibus, tibi cõstricti sunt. Aug. de doct. Chr.
Hæc est lex diuinæ prouidentiæ, vt nemo à superioribus adiuuetur ad cognoscendam gratiam Dei qui non ad eandem puro affectu inferiores adiuuerit. De ver. reli.

Elegãter dictum est, cum quis in puteum cecidisset & aqua eũ suffocaret: accessit alius eo viso, admirans ait, quomodo huc cecidisti? obsecro inquit cogita quomodo me hinc liberes, non quomodo huc ceciderim quæras. Super epi. ad Heb.
In spiritualibus conflictibus sperandum & petendũ est adiutoriũ Dei, non vt nos nihil faciamus, sed vt adiuti cooperemur. Quæst. 30.
Illis fauemus sæpius, a quibus referendæ gratiæ vicem speramus. Amb. de offic.
Nihil tam secundum naturam est, quàm adiuuare consortem naturę. Ibidem.
Sinõ põt alteri subueniri, nisi alter lædatur, cõmodi⁹ est neutrũ iuuare, quã grauare alterum. Ibid.
Nihil iudicandum vtile, nisi quod in cõmune prosit. quomodo enim vni prodesse potest; quod omnibus nocet? (mihi crede) qui inutilis est omnib⁹ sibi vtilis esse non potest. 3. de offi.
Vult Deus vnumquenq; angustias alterius sentire vt proprias: & quomodo sibi si in tali tribulatione esset, subuenire cuperet, ita ipse alteri propter Deum subuenire non postponat. Hier. in Ep.
Imprudens postulatio est tempore necessitatis & angustiæ ab eo petere auxilium, quem in prosperitate contempseris. Hier. in Epist.
Equorũ cursus fauore pernicioſior fit. Ad lęt.
Adiuuare imbecillem charitatis est, adiuuare velle potentem, elationis est. Greg. 7. mor.

Nemo

Nemo qui alteri ſuam opem negat, alicuius ope ſe indigere exiſtimat. Ibidem.

Age ſic alienum vt tuũ non obliuiſcaris negocium. Amicis ita prodeſſe debemus, vt nobis non noceamus. Caſiod. in Epiſt.

Gratum debet eſſe ſubſidium, vt ſicut in vna mercatione raro ſolet exiſtere, vt vterq; videatur deſiderata commoda percepiſſe. ibidem.

Auxilium diuinum nobis adeſt, cum in iniurijs mi ſueti ſumus. Chr. ſuper Math.

CASTITAS ET CONTINENTIA.

EX GRÆCIS.

AD pudicitiam nonnunquam conuenit, a propriis abſtinere vxoribus, ne quando cõmoueris in alienas. Plut de cur.

Probę mulieris nomen, itidem ac corpus domeſticis parietibus contineri oportet. Ibidem.

Honeſtatis fons eſt legitimá cõſequi diſciplinâ. Ibid.

Pudicę mulieris vt concubitus, ſic oratio publica eſſe non debet, propterea quod affectus & mores in ſermone plane conſpiciuntur. Eurip. in andr.

EX LATINIS,

¶Hæ fere fœminæ incolumi pudicitia ſunt, quæ modeſta forma ſunt. Gel. lib. 1.

Caſtitatis inditium frugalitas eſt. Plin. lib. 4.

Nulla reparabilis arte
Læſa pudicitia eſt, deperit illa emel. Ouid.

Lis

Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. Idem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Caſtitas cõſpectu impudico perditur. Aug. Ep. 109

Pudicitia vi, nec in carne nec in animo violari poteſt. Epiſtol. 122.

Pudicitia virtus animi eſt. & comitem habet fortitudinem. lib. 1. de ciuit. Dei.

Pudicus dicendus non eſt qui propter Deum pudicus non eſt. Ibidem.

Pudicitia res eſt animæ, virginitas corporis, deniq; illa integra in animo permanente, poteſt iſta violenter de corpore auferri: & cum iſta integra manet corpori poteſt illa in animo laſciua voluptate corrũpi. Cont. Iul.

Non caſta eſt quæ metu cogitur, nec honeſta quæ mercede conducitur. Ibidem.

Nihil æque ſe prodit, quàm caſtitatis diſpendium. Amb. 2. offic.

Non locus infamat caſtitatem, ſed caſtitas loci abolet infamiam, 2 de virg.

Qui de ſuperbia carnis ſuperbiunt, in vitium etiam carnis cadere permittũtur. Greg. 11. mor.

Ridiculum eſt genitales corporis partes ſeruare caſtas: linguam vero negligere. Aut obſeruare linguam puram, viſum vero vel auditum & cætera non obſeruare, aut hæc etiam cum caſtimonia obſeruare: cor autem affectu & ſuperbia ſcortari Hier in Epiſt.

Matrem

Matrem tuam ita vide, ne per illam alias videre cogaris, quarum vultus cordi tuo hæreant, ancillulas, quæ illi in obsequio sũt, scias tibi esse in insidijs: & quanto melior est earum conditio, tanto est facilior ruina. Hier. ad rust.

Pudicitiæ christianæ non satis est esse castum, sed & videri. tanta enim debet esse plenitudo eius, vt emanet ab animo in habitum, & eructet à conscientiam superficiem. Tertul.

Quid castitate decorius, quæ mundum de immundo conceptum semine: de hoste domesticum angelum denique de homine facit? differũt autẽ inter se pudicus homo & angelus, fœlicitate tamen non virtute. Super Ep. ad Heb.

Sex sunt quæ incorruptã cõseruãt castitatẽ, scilicet sobrietas: operatio: asperitas: cultus: inhibitio sensuũ: raritas sermonis cũ honestate: euitatio opportunitatis & loci & psonæ, & tẽporis. Cas. sup. Mat.

Minus laboris est incognitam carnis voluptatem cauere, quam abijcere iam cognitam.

Continentia suaderi potest, imperari nõ potest. Ibi.

Omnes puellas & & virgines aut æqualiter ignora, aut æqualiter ama. solus cũ sola absq; arbitro non sedeas, etiam si secretum aliquod interfit, cerebra munuscula, & sudariola, literulas, sanctus amor non habet. Hier. ad nep.

Vnicum remedium est, dum continentia quatitur, & quodammodo nutat, obijcere patientiam, & quantumcunq; ferueat sensus peccati, negare cõ

sensum

sensum. Ber. de consider.

Non nos terreat sarcina cõtinentiæ, leuis erit si christi erit, christi erit si fides aderit, quæ impetret a iubente quod petieris. Aug. 2. de adult.

Continentia in senectute non continentia, sed libidinis est impotentia. dũ adhuc validus es peccatum refrena, hoc enim virtus est, nã si impotẽtia peccatum inhibeat, gratia imbecillitati habenda est. laudamus autem illos, qui ex animi proposito boni sunt, non qui aliqua necessitate tales fiũt. Chris. super Math.

VIRGINITAS.

NON ipsa quia virginitas est, sed quia Deo dicata honoratur. Aug. de fœl.

Non grãde onus impositũ est virginib⁹, quia maior amor imposuit maius on⁹: quod licebat noluerũt, vt pl⁹ placerẽt ei cui se deuouerũt. De verb. Ap.

Fœlicior est mulier nupta, quam virgo nuptura. De san. virg.

Potestis facere vt virginitatis bonum a vobis pereat non potestis facere vt perditum redeat. Ibidẽ.

Vt sacrarum lectionum docemur affatu, ad sacrarũ virginum obitum, ipse humani generis redẽptor per se solet aduentare. 10. de ciu. Dei.

Non maiores se virgines arbitrentur, primis sanctis patribus, qui nuptijs (vt ita dicam) nõ nuptialiter vsi sunt. De bon. conf.

Virginitas superba deterior est, quàm humile coniugium

iugium. idem Ep.79.

Virgo ieiunet, humilis sit & lateat. Hier. de virg.

Virginitas fermentum est. nuptiæ hordeum, fornicatio stercus nuncupatur. Aduer. Iou.

Non pudica virginitas est quæ lege tenetur, nec casta quæ metu cogitur, nec honesta quæ mercede cõducitur. Amb. de virg.

Supergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines angelis similantur: maior tamen est victoria virginum quam angelorũ, angeli enim sine carne viuunt, vigines vero in carne triumphant. Amb. de vid.

Virgo habitu tãtum, bis adultera est. Ad virg. lap.

Secessio virginitatis custos est. Chrisost. de cont. Iof.

Virginitas vera non est, quæ foris & intus non est. Super pr. reg.

Virginitas consulitur, humilitas vero præcipitur.

Virgo etiam eunuchos vitet. ibidem.

Virginitas regenerationis semen est. Ibid.

Conditio puellæ quam insinuare dignatus est, non mihi displicet si nuptura est, vtrum autem nuptura sit, & si illud quod in ore habet magis optamus, nunc tamen ignoramus, quia in ijs annis est vt quod se dicit velle esse sanctimonialem jocus sit potius garrientis, quam sponsio profitentis. in Epist.

GRATITVDO, ET GRATIARVM ACTIO.

EX

EX GRÆCIS

Quid q̃d boni egeris in Deos refer. Diog. li. 1.

Quod citiꝰ cõsenescit, gratitudo est. Ibidẽ.

Gratia sequitur eum qui dat, nõ autem eũ qui non capit. Arist. eth. 4.

Nec a mortuo sermonem, nec ab auaro gratiam expectes. Volat.

Gratię non transgrediantur iustitiam. Stob. lib. 4.

EX LATINIS.

Acceptorum beneficiorũ delectus habendus est, & in primis quo quisq; studio vel benevolentia fecerit ponderandum est; multi enim multa faciunt temeritate quadam sine iudicio, vel modo in omnes, vel repentino quodam impetu animi, quasi vento incitati, quæ beneficia æque magna habẽda non sunt, ac ea quæ iudicio considerato constãtiq; delata sunt. Cice. 2. de Offi.

In referenda gratia debemus imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt quàm acceperũt, etenim si in eos quos speramus nobis profuturos, nõ dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt? Ibidem.

Sera gratulatio reprehendi non solet, præsertim vbi nulla negligentia intermissa est. idem ad Cur.

Gratiam & qui refert habet, & qui habet in eo ipso quod habet refert. idem pro Plan.

Nõ solũ gratus esse debet qui accepit beneficiũ, sed etiam is cui potestas accipiendi fuit. ibidem.

Cui gratia referri non potest quanta debetur, habẽ-

da tamen est quantam animi nostri capere possint. Idem phil. 3.

Est aliqua gratitudinis portio, sua quēq; bona nosse.

Vt ijs q imprudenter læserūt, ignosci debet: sic ijs q necessario ꝓfuerūt, habēda gr̄a nō est. Idē ꝺ inuē.

Tanto turpior gratiam nō referre, quāto honestior causa referendæ. Plin. lib. 8.

Ficte refertur gratia inuitè danti.

Bis est gratū quod opus est, si vltro offeras. Pub. mi.

Gratia quæ tarda est, ingrata est: gratia namq;

Cum fieri properat gratia grata magis. Ausoni.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Gratiæ agendæ Deo sunt, etiam preces nostras nō exaudienti. Aug. Ep 121.

Non est superbia elati, sed confessio non ingrati, & habere te cognoscere, & nihil ex te habere, vt nec superbus nec ingratus sis. Idem super psalm.

Gratias dicamus misericordię dei, gratias gratię ei⁹, nos enim gratias agim⁹, nō damus. Idē sup. p̄s. 88.

Quid meli⁹ aliud ex animo geramus, ex ore promamus, & calamo exprimamus, q̄ Deo gratias? hoc nec dici breuius nec audiri læti⁹, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest. Idem ad Aurel.

Si libēter & ingenue debeas, ex parte satisfacere creditori est. Hier. in Ep.

Non esse superiorem in referēdo q̄ in conferēdo beneficio, hoc est esse inferiorem. Ambr. de Offi.

Nō dare cuiq̄ vix licet, nō reddere vero nō licet. Ibi.

Gra-

Gratia gratiam parit. Ibidem.

Grato animo nihil acerbius cōtingere potest, quā si quibus immēsam gratiā habeas, ne mediocrē quidem referendi suppetat facultas.

Gratia indignos nequaquam tangit. Nazāz. 3.

Qui accepta dona sibi arrogat, suis contra Deū donis pugnat. Greg. 9. Mor.

Dicit mūdus: vide homo, quomodo amauit te q̄ propter te fecit me: quia factus sum propter te, vt seruias illi qui fecit te, & me ꝓpter te, & te ꝓpter se, si sentis beneficium redde debitū, si accipis benignitatem redde charitatem. Hug. in did.

Iugiter sibi subueniri facit, cui collatum beneficiū semper adsistit. Cassiod. super psalm.

Deo reputare debemus, si quid virtutis habemus, alioquin fures sumus.

Danti rependi gratius nihil potest ab accipiente, quàm si gratum habuerit quod accepit: nam spiritui gratiæ contumeliam facit, qui beneficium dātis grata mente non accipit. Ibidem.

Gratiarum actio pudica sit, & mera simplicitate procedat. Ibidem.

SOBRIETAS, FRVGALITAS, & Temperantia.

EX GRÆCIS.

OMnis humana turba expers temperantiæ viuit. Plat. de leg.

Temperatis hominibus sobrietas lex est, in

temperatis autem voluptas. Idem.

Sumo iure vtere moderate, nauis enim tensa vi sum ma rudentibus mergitur, erigitur iterum si rela. xaueris rudentes. Eurip. in Ore.

Temperantia in voluptatum moderatione constat. Stob. lib. 1.

Frugalitas auget animi magnitudinem. Ibidem.

Penu virtutis temperantia est. Ibidem.

Difficile est aut diuitem esse temperantem, aut eum qui temperans est diuitijs affluere. Ibidem.

Quicunq; modum imperare ventri nescit, hic malũ malis coaceruat. Ibidem.

Firmissimus honorum custus modestia est. Ibidẽ.

Sicut hyemi per serenitatem frumentum parare cõ uenit: ita & bonos mores, vt optimum ad senectu tem viaticum, in iuuentute in modestia repo. nendi. Ibidem.

EX LATINIS.

¶ Nihil æque tibi proderit ad temperantiam, quàm frequens breuitatis vitæ cogitatio, quidquid fa. cias respice ad mortem. Senec. Ep. 115.

Magna pars libertatis est, bene moratus venter. Idem Epist. 114.

Frugalitas producere senectutem potest. Idẽ Ep. 59.

Suus cuiq; modus est, tamẽ magis offendit nimium quàm parum. Cicer. de Orat.

Eas tres virtutes, fortitudinem, iustitiam, & pruden tiam, frugalitas est complexa. Idem Tus. 5.

Frugalitas castitatis indicium est. Plin. lib. 4.

Nun.

Núquam periclitati sunt fame, qui frugalitatem in. ter copiam seruare cæperunt. Veg. lib. 4.

Fœlicitas & moderatio diuiduum contuberniũ ha. bent. Max. lib. 9.

Est modus in rebus sunt certi deniq; fines,
Quos vltra, citraque nequit consistere virtus.
Horat. 1. serm.

Tu quoq; formida nimium sublimia semper.
Proposititq; precor contrahe vela tui. Ouid. 3. Ep.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Frugalitas & virtutum omnium mater, & malitię contraria est. Aug. de Vit. beat.

Sobrietas ad ipsam cognitionem videtur pertine. re, iustitia vero est virtus ad actionem, atq; opera tionem. Idem de Mor.

Temperantia, cordis habeat munditiam, iustitia mi sericordiam, prudentia pacem, fortitudo mansue tudinem. Ambr. 3. de Offi.

Temperantia, fœminarum virtus est. Ibidem.

Quia gaudia animos semper inquietant, modus ra. ro lætis rebus interuenit. Cassiod. in Ep.

Modestiæ radix paupertas est. Chry. Ep. ad Rom.

Pulchrius est aliquando modestia, quàm causa supe. riorem esse. Ibidem.

In te consiste, non supra attolli velis, non infra de. ijci, non euadere in longius, non extẽdi in latius, tene medium si non vis perdere modũ, locus me dius tutus est. Ber. 3. de Cons.

EX GRÆCIS.

AD disputationes forēses ineptus philosophus est. Plat. de Scient.

Philosophia est qua quis se & alios, bonine an mali sint, dignoscit. Idem de Philos.

Propter veritatem philosophi debent sibi etiam cō. tradicere. Arist. Top. 1.

Philosophia docet homines cognoscere creatorem suum. Idem.

Qui inuenit philosophiam, inuenit vitam in vtroq; seculo. Ibidem.

Propter admirari, cęperūt homines philosophari. Ib.

Ad philosophiam recurrat, qui sine tristitia delecta. ri vult. Idem Pol. 2.

Dei munus est quod viuimus, philosophiæ autem quod bene viuimus. Plut. de sera num. Vindict.

Hoc ex philosophia lucramur, quod nobiscū loquī possumus. Demost in Ora. Amat.

EX LATINIS.

Quid aliud philosophia q̄ vitæ lex est? Sen. Ep. 95.

Quātū potes, philosophiā secede: illa te sinu pteget in isto sacrario aut tut⁹ eris, aut tutior. Id. ep. 104.

Non præstant philosophi quæ loquuntur, multi præ. stant, quōd loquuntur. Idem de vit. beat.

Philosophia Deorum inuentio est. Cice. 2. Tuscul.

Qui philosophiam profitetur, grauissimam personā sustinere mihi videtur. Idem in Pis.

Non ex singulis verbis philosophus spectādus est, sed ex perpetuitate & constantia, resq; spectari oportet, non verba. Ibidem.

A philosopho si afferatur eloquētia non aspernor, si non afferatur non admodū desidero. Cic. 2 Tusc.

Degustandum in philosophia, non in ea ingurgitandum. Gel. libr. 5.

Facere philophia docet, non dicere: & hoc exigit, vt ad legē suam quisq; viuat, ne orationi vita dissentiat, vt ipsa inter se vita, sine omnium actionū dissensione vnius coloris sit. Sen. Epist. 20.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Si qua vera philosophi dixerūt, ab eis sunt tāq̄ ab iniustis possessoribus vēdicāda. Aug. de doct. Chr.

Vere philosophari amare Deum est. Idem. 2. de Ord.

Philosophorum omnium cōmune studiū fuit, quæ rere vitam beatam. Idem.

Sublimis philosophia est passiones Christi meditari. Bernard. super Cantic.

Philosophiæ præcepta noscenda sunt, viuendum autem ciuiliter. Lact. lib. 3.

Philosophiæ mater afflictio est. Chr. super act. apos.

PVDOR.

EX GRÆCIS.

INter homines pudēres versat. De⁹. Plat de sciēt.

Verecundia, quæ de rebus improbis nascitur, ad viros probos non pertinet. Arist.

Verecundiam in adolescente laudamus, in sene autem vituperamus. Ibidem.

Rubor virtutis color est. Diog. lib. 7.

Pudor mendico inutilis est. Hom. 11. odis.

Ingenuitas tendit ad pudorem. Eurip. in alceſt.
Omnes res humanæ conſeneſcũt, præter ſolam impudentiam. Stob.
Pudorem mulier cum veſte exuit. Ibidem.
Pudor in muliere, pulchritudinis arx eſt. Ibidẽ.
Nec de altero quidem ſatis fiduciæ habeo, excepto eo qui peccare erubeſcit. Senec. Ep. 25.
Verecundia vitium eſt, ſed amabile. Quint. libr. 12.
Non habitant ſimul pudor & fames. Idem. Decl. 12.
Moderatrix cupiditatũ verecũdia eſt. Cic. 2. de fin.
Sæpè videmus pudore frangi, quos nulla ratio vincipotuit. Idem Tuſcul. 2.
Verecundia ad liberum pertinet, ad ſeruum autem metus. Idem.
Illũ ego perijſſe dico, cui perijt pudor. Pla. in bach.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Impedit loquentem pudor, & ſi non deficiat ratio cogitantem. Aug. 14. de Ciuit. Dei.
Mitigat iudicem pudor reorum, excitat autem pertinacia denegantium. Ibidem.
Pudor vitiorum frænum eſt. Chry. ſuper Matth.
Eſt pudicitiæ verecundia comes, cuius ſocietate caſtitas ipſa tutior eſt. Amb. 1. de Offi.
Verecundia laudabilis in malo eſt, reprehenſibilis autem in bono. Greg. Hom. 10.
Quos tormenta non vincunt, interdum vincit pudor: & ingenia liberaliter educata, facilius verecũdia quam metus ſuperat. Hier. ad Pam.

Ipſa

Ipſa natura magiſtra verecundiæ eſt. Ibidem.
Quidquid pudet dicere, pudeat & cogitare. Ibidẽ.
Suſtineat in audiendo verecundiam, qui noluit in faciẽdo habere diſciplinã. Hugo de diſc. Monach.
Confuſio naſcitur ex reprehenſione. Anſel.
Erubeſcimus vulnerum ligaturis, qui de vulneribus interdum gloriamur. Ber. de Circ. Dom.
Vſq; adeo genuinum animi bonum verecundia eſt, vt & qui male agere non verẽtur, videri tamẽ verecũdantur, opera nimirum tenebrarum tenebris occultantes. Ibidem.

MENS ET ANIMA.

EX GRÆCIS.

ANima libro & tabulæ raſæ ſimilis eſt. Plat. de Summo Bon.
Delectationes animæ ſunt cognoſcere creatorem, conſiderare cœlorum opera, & ſcientiam ſuam. Ibidem de Mort.
Bona animæ proprijſsime & maximè dicuntur bona. Idem Eth. 1.
Mens cernit, mens audit: cætera ſurda cæcaq; ſunt. Plut. de fort. Alex.
Corpus alimento conſeruatur, animus remiſsione & labore conſeruatur. Idem de Educ. libe.
Mens optima vates eſt, & bonum cõſilium. Ibidem.

EX LATINIS,

¶Cogita in te nihil eſſe mirabile præter animũ, cui

magno nihil est in magnum. Senec. Ep. 8.

Bona mens non emitur nec commodatur, & puto si venalis esset, non haberet emptorem. Ibidem.

Quid aliud voces animum, nisi Deum in humano corpore hospitem? Ibidem Ep. 32.

Non est huius animus in recto, cuius acta discordant. Idem Epist. 34.

Cogenda est mens vt incipiat, deinde non opus est acerba medicina. Idem Ep. 51.

Corpus multis eget rebus vt valeat, animus ex se crescit, se ipsum alit, se exercet. Ibidem.

Rege incolumi mens omnibus vna est, amisso rumpitur fides, Rex noster animus est, hoc incolumi, cætera manent in officio. Idem Ep. 113.

Quodcunq; sibi imperauit animus, obtinuit. Idem de ira lib. 2.

Maximum est argumentum animi ab altiore sede venientis, si hęc in quibus versatur humilia iudicat & angusta: si exire nō metuit: scit enim quo exiturus sit, qui vnde venerit meminit. Idē Ep. 121.

Humanus animus facilius sequitur quàm ducitur. Idem de Clem.

Opus est te animo bene valere, vt corpore possis. Cicer. 2. de leg.

Omnium animi immortales sunt, sed bonorum fortiumq; diuini. Ibidem.

Sic habeto te non esse mortalem, sed corpus hoc. Idem de somn. Scip.

Errat qui vllum corporis aut fortunæ vitiū, animi vitijs

vitijs grauius existimat. Ibidem. 3. Tuscul.

Vt multo maiora sunt opera animi quam corporis, sic eæ res, quas persequimur ingenio ac ratione gratiosiores sunt, quàm hæ, quas viribus. Idem 2. Offic.

Animus æger nec pati nec perpeti potest. Ibidem.

Illud modo videto vt Deum noris, & si ignoras locū & faciem: sic animum tibi tuum notū esse oportet, etiam si ignores locum & formam. Idē. 1. Tus.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Habet anima affectiones quibus exercetur ad virtutes, dolor de peccatis, timor de supplicijs, desideriū de promissis, gaudiū de præmijs, quæ sunt exercitia virtutum. Aug. de spir. & anim.

Animam non de se ipso genuit Deus, sed de nulla re condidit, sicut cōdidit corpus è terra. Id. li. retrac.

Inde animus pascitur vnde lætatur. Idem. 3. Conf.

Vitium & infirmitas est animæ ita suis operibus lætari, vt potius in ipsis quam in se requiescat ab eis, cum proculdubio melius aliquid in ea sit quo ea facta sunt, quàm ea quæ facta sunt. Ibidem.

Anima hominis aut à Deo, aut a Diabolo regitur. Aug. serm. de Temp.

Anima etiam pessima melior est corpore optimo. Idem. 9. de Ciuit. Dei.

Animæ opus est regere inferiorem, & regi à superiore. Idem. 6 de Mus.

Vis

Vis vt seruiat caro tua animæ tuæ, Deo seruiat anima tua: debes regi vt possis regere. Ibidem.

Animus autor culpæ est, caro vero ministra. Ambr. 1. Offic.

Maior animorum, quàm corporum præsentia est. Idem. 1. de pœn.

Vnicam vocat dominus animam, siue quia táquam vnica diligenda est, siue quia ipsa sola ante cœleste tribunal rationem de omnibus redditura est, Idem Hom. 10.

Animi motus si non euelli, at præcaueri cõuenit. Ib.

Homo animã suam non cognoscens, patienter Deũ non cognoscit. Cypr. in Prol.

Anima malignitate capta, stultior cunctis efficitur, Chrys. super Matth.

Anima segnis cõtinua admonitiõe indiget. Id. ho. 4.

Animæ nobilitas ppetuo cogitãda est. Idẽ sup Gen.

Omnia duplicia naturæ nostræ dedit Deus, binos oculos, binas manus, binos pedes, vt si alterutra pars læsa fuerit, necessitati per alteram inseruiatur: anima vero cum quotidie vulneretur, cum per singula lanietur & vratur, & præcipitetur, nec parua quidem pro eo cura solicitat. Idẽ de Cõp.

Mens reproba coram iudice turbatur. Greg 5. Mor.

Accusat mens ipsa quod perpetrat. Idem 9. Mor.

Vera mentis lætitia creator est. Idem. 12. Mor.

Mens nostra amore præsentis seculi prostrata dormitat. Idem. 27. Mor.

Bonarum mẽtium est agnoscere culpam, vbi culpa non est. Ibidem.

Anima dum viuificat corpus anima est, dum vult animus est, dum scit mens est, dum recolit memoria est, dum rectum indicat ratio est, dum spirat spiritus est, dum aliquid sentit sensus est. Isidor. libr 1. de Sum. Bon.

Dilatari oportet animam, vt fiat habitatio Dei. Ber. super Cant, serm. 59.

Similitudo animæ ad Deum per peccatum non deleta, sed obscurata est. Ibidem serm. 88.

Anima a Deo derelicta redire plerumq; vult & non potest, tanta est in reditu difficultas. Ibid. ser. 83.

Anima Dei studiosa tria semper inquirit, iustitiã, & studium, & locum habitationis, Ibidem.

Anima Deo chara, iuxta varias sui dispositiões, Deũ videt transformatum. Ibidem.

Anima in carne inter spinas versatur. Ibidem.

Anima non est imago Dei, sed ad imaginem, & imaginis capax. Idem serm. 80.

EXPERIENTIA.

EXperientia artem facit, imperitia vero casum. Aristot. Met 1.

Experientia singularium, vniuersalium cognitio est. Ibidem.

Experientia aliena vti optimum est. Plin. lib. 18.

Non trepidat de euentu inuentionis suæ, qui probatis eam experientijs comprobauit. Ibidem.

Assi-

Assiduitas experiendi, subtrahit paulatim admirationem. Aug. super Ioan.

Rerum progressus ostendunt multa, quæ in initio præcaueri non poterant. Ibidem.

Multa fieri re ipsa comperio, quę in experto nullatenus persuaderi queunt. Ber. in Ep.

SILENTIVM.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

SIlẽtiũ mulieri prẽstat ornamentũ. Arist. Pol. ii

Magnę est sapiẽtię tẽpestiuum silẽtiũ, & omni est sermone præstantius. Plut de Educ. lib.

Pauca loquentibus, paucis legibus opus est. Ibidẽ.

Nemo stultus tacere potest. Diog. lib. 1.

Multis hominibus farmacum malorum est taciturnitas. Stob. lib. 2.

Quid prodest totius regionis silentium, si affectus fremunt. Senec. in Ep.

Interdum non minus oratorium est tacere quã dicere. Plin. lib. 6.

Mire silentio & tenebris animus alitur. Idem. lib. 9.

Cum iudicamus inuisi, & cum tacemus suspecti sumus. Idem lib. 6.

Tacere consensus species est. Idem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Veniet Deus noster & non silebit, modo enim silere dicitur, quia adhuc vindictam suspendere videtur, veniet manifestus & non silebit, quia non silebit iudicaturus, qui siluit iudicatus. August. Hom. 2.

Da mihi in mãsuetudine moderati sermonis adipisci silentium, vt loquar quod decet, taceam quod loqui non oportet. Idem de Sal. doc.

Si vindicare vis sile, & funestam ei dedisti plagam. Chrysost. super Euang.

Malum hominem tacendo potius quam loquendo superabis. Ibidem.

Tacens verum, ita incurrit crimen falsitatis, sicut si falsum diceret. Apud Iurisconsul.

Tacite multa fieri possunt, quæ non possunt fieri expresse. ibidem.

Recte scit dicere, qui scit ordinate tacere. Gre. 3. Mo.

Silentium est quoddam verbi nutrimentum. idem super Ezech.

Nonnunquam contra officium est salutare, tacere vero officiosum.

Expectare debemus dominum cum silentio. Bern. super Cant. serm. 63.

SECRETVM.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

FAcilius in lingua ignitus carbo contineri potest, quam sermo secretus. Stob. lib. 2.

Nihil interest, an aliquid mulieri, an præconi in foro dixeris. Ibidem.

Honesta boni, non occulta quærunt. Cicer. 3. Off.
Vel ne facias tegenda, vel solus facias. Pub. Mi.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Secretum quod tribus est manifestum, omnibus est diuulgatum. Aug. in Epist.

Occultum non est, quod conscientia teste committitur. Ibidem.

Per hoc quod foris agitur, quidquid intus latet aperitur. Greg. in Mor.

Nihil occulti in intestina discordia esse potest.

Occultũ penè est, quod per paucos probari potest, & quod pauci sciunt. Apud Iurisconsul.

Latere criminosę est conscientię. Amb. de virg.

Ama nesciri, & laudet te os alienum, Ber. de nat. D.

Occulta non debet esse doctrina, sicut nec euangelium secretum est. Idem super Cant. ser. 44.

Occulta quod agis in quantum vales, quod si nõ vales, sit in animo occultandi voluntas, & non erit de ostentatione temeritas: nec crimẽ erit aliquando manifestare quod semper vis celatum habere. August. de Confl. virt. & vic.

TENTATIO.

ADhęrens Deo, & semper voluntatem eius faciens, nũquam à suo habitatore deseritur, & si quędam dura patitur, non relinquitur, sed probatur. Aug. de Ver. Innoc.

Deus

Deus tentat vt doceat, Diabolus vt decipiat. Idem serm. de Abraham.

Non omnis culpanda est tentatio, quia & congratulanda est, qua fit probatio, & plerumq; animus humanus aliter sibi innotescere nõ potest, nisi vires suas, sibi non verbo, sed experimento, tentatione quodãmodo interrogante respondeat, vbi si Dei munus agnouerit, tunc pius est, tunc solidatur firmitate gratiæ, non inflatur inanitate iactantiæ. Idem. 16. de Ciuit. Dei.

Permisit Deus tentari, vt probetur & exerceatur virtus, & est palma gloriosior, non consensisse tẽtatum, quã nõ potuisse tentari. Idẽ. 11. super Gen.

Quotidianis tẽtationibus nos affligit inimicus, immittens vel quod male amemus, vel quod male timeamus. Aug. super Psal. 4.

Tentationes propriè oportet inuenire Christianos, quos nemo sentit, nisi qui vere voluerit esse Christianus. Idem lib. de past.

Ideo tentatus est Christus, ne vincatur a tentatione Christianus, ille quippe Christianorum magister, in omnibus tentari voluit, quia tentamur: sic & mori voluit, quia morimur: sic resurgere, quia resurrecturi sumus. illa enim ostendit in se propter hominem qui factus est propter nos homo cum Deus esset, per quẽ facti sumus & nos. Idẽ. sup ps.

Tentator defuit, & vt deesset tu domine fecisti: affuit tentator, sed vt non consentirẽ tu fecisti, & tenuisti: venit tentator tenebrosus vt est, & vt eũ

desp icerem, tu me confortasti, venit tentator fortis & armatus, vt me non vinceret tu eum frænasti, & me roborasti. venit tentator transfiguratus in angelum lucis, & vt me non decipe ret tu eum increpasti, & vt eum agnoscerem, tu me illuminasti. Idem libr. Solil.

Qui dat tentatori potestatem, ipse tentato dat misericordiam. Idem super psal. 60.

Ibi maximè oportet obseruari peccatũ, vbi nasci solet, statimq; ad primá tẽtationis faciem, antequá malum crescat restringere, dum adhuc est in cogitatione. Hier. ad Demet.

Adá cadit in paradiso, Iob vincit in stercore, vterq; a muliere tentatus. Ibidem.

Quis sanctorũ sine certamine coronat⁹ fuit? sol⁹ Salomõ in delitijs fuit, & ideo forsá corruit. Id. ep.

Cessat sæpè diabolus à tẽtatione, vt secura cor da inopinate erumpat. Greg 3 Mor.

Sancti viri plus prospera pertimescunt, flagellaricõ cupiscunt, appetunt tentari, ne securitate pereãt. Idem. 7. Moral.

Sæpè hostis callidus cum imparatam mentem ad tolerantiam videt, quid ab ea maximè diligatur exquirit, & ibi scandali laqueos inserit, vt quo magis res quæq; diligitur, eo facilius per eam patiẽtia turbetur. Ibidem.

Quicunq; tentatur, iuste tentatur. Idem. 17. Mor.

Antiquus hostis, dũ se succũbere in certamine cõsiderat, alia tentationum bella restaurat. Ibidem.

Qua-

Quatuor sunt occasiones tẽtationum, prima est loci amænitas, secũda diuitiæ, vbi enim diuitiæ ibi periculum: tertia preciosus ornatus, quarta mulierũ species, quarum vox blanditur auribus & oculis. Hug. 2. de clauſ. ani.

Quádiu ad mundũ pertinebamus, illis actibus & negocijs militãtes in quibus nũc erubescimus, tũc nobis aduersarius non obstabat, delectabãt enim illũ nostra opera, sufficiebant illi per se nostra crimina. quis enim suscipiet bellum cum milite suo? quis velit impugnare subiectum suum? supra omnem infœlicitatem erat vita illius, cui nocere non dignabatur inimicus. Euseb. ad Monach.

Grauis quidem nobis est inimici tentatio, sed grauior est illi nostra oratio. Bern. in serm.

Credentes & baptizati, ad tẽtationem statim præparandi sunt. Basil. in sum. Mor.

Tentatio, signum est, quod Deus nostri curam habet. Chryſ. Hom. 44.

In tentatione sæpè iusti cadunt, & improbi euadũt. Idem Hom. 33.

Tentationum armatura deprecatio est. Idem super act. Hom. 3.

BENEFICIVM ET LIBERALITAS, EX GRÆCIS.

DIfficile est largum fieri diuitem. Aristot. Ethic. 1.

Benefactores plus amant beneficio affectos, quàm contra. Idem Eth. 4.

Da aliquid, & aliquid accipito. Scob. lib. 2.

Qui beneficium inuenit, compedes inuenit. Ibidē.

Non ex pudoris arbitrio, sed ex iudicij delectu, donatio facienda est. Ibidem.

Vicissitudo beneficiorum in amicitia necessaria est. Ibidem.

Improbi viri, dona perfecta nō habent. Eur. in Med.

Qui homini nequam dat, non homini dat, sed humanitati. Ibidem.

Non est tutum oblata, temere accipere. Plat. de vet.

Non minus regium atq; humanum est, parua libenter accipere, quā magna tribuere. Phi. in Apo.

EX LATINIS.

¶Liberalitate qui vtuntur beneuolentiam sibi conciliant, & quod aptissimum est, ad quiete viuendum, charitatem. Cicer. 2. de fin.

Quidquid sine detrimento potest accommodari, vel ignoto tribuendum est. Idem. 1. Offi.

Propensior liberalitas debet esse in calamitosos, nisi forte erunt digni calamitate, benefacta enim male collocata, malefacta sunt. Idem. 2. Offi.

Melius apud bonos, quàm apud fortunatos beneficium collocari puto. Ibidem.

Liberalitate vitia teguntur. Ibidem.

Multo plura sunt quæ negant, quam quæ præstant inuiti. Quint. Decl. 5.

Omnium beneficiorum ista natura est, vt non sit necessitas, sed potestas. Idem Decl. 7.

Antiquiora beneficia subuertis, nisi prioribus cumules. Plin. lib. 3.

Omnia beneficia quæ merentibus tribuuntur, non ad ipsos magis quam ad similes redundant. Ibidē.

Quædam beneficia odimus. Ibidem.

Non obligandus, sed remunerandus, qui prior cœpit. Ibidem.

Quod vi datum est, non putes beneficium, sed prædam. Ibidem.

Officio fungitur suo, qui tantum dat, quantum per fortunam licet. Ibidem.

Semel dedit qui rogatus: qui non, bis. Idem.

Multi beneficia quæ in amicos contulerunt, leuitate destruunt. Colum. lib. 3.

Beneficiū dādo accipit, qui digno dedit. Pub. Mim.

Beneficium sæpè dare, docere est reddere. Ibidem.

Qui dicit beneficium se dedisse, petit. Ibidem.

Beneficium qui nescit dare, iniuste petit. Ibidem.

Crede mihi, quamuis ingentia Posthume dones,
Auctoris pereunt garrulitate sui. Marc.

Munera, crede mihi, placant homines q; deos q;.
Placatur donis Iupiter ipse datis. Ibidem.

Sæpè Iouem vidi cum sua mittere vellet
Fulmina: thure dato, abstinuisse manu. Ouid.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS,

¶Non possumus Deo seruire, aut illi placere, nisi de suo munere. Aug. ser. de Ord.

Deus cum aliquid male poſcitur, dando iraſcitur, nõ dando miſeretur. idem de ver. Innoc.

Cum aliquando Deus tardius dat quod petitur, commendat dona non negat: Diu enim deſiderata, dulcius obtinentur, cito data vileſcunt. idem ſerm. 2. de let.

Omnis res quæ dando non deficit, dum habetur & non datur, nondum habetur quomodo habẽda eſt. Aug. de Doctr. Chriſt.

Nunquam illi quod largiatur deficit, cui bene velle non deficit. idem. 4. Med.

Id iuſtè, pie, humaniter fit, quod ſine ſpe recipiendi fit. ibidem.

Dona Dei bona non ſunt, niſi Dei eſſe confiteamur. idem in exp. dub.

Dona ſua, non merita noſtra coronat in nobis dominus. idem de Gr. & lib. Arb.

Dona Dei quæ alijs collata ſunt, noſtra erunt, ſi non inuidemus. idem Hom. 17.

Nemo inuitus bene facit, etiam ſi bonum eſt quod facit. idem. 1. Conf.

Honeſtius eſt rẽ negare, quã longos terminos dare, quia minus decipitur cui celeriter negatur. gratius eſt donũ quod venit ante preces. Caſio. in ep.

Denis creſcentibus, rationes creſcunt donorum: Greg. in Euang. Hom. 9.

In ipſa liberalitate modus retinendus eſt, & rerum & perſonarum: rerum vt non omnia vni ſed ſingulis quędã præſtentur, vt plurimis prodeſſe poſſimus,

ſimus: perſonarum, vt primum iuſtis, deinde peccatoribus. idem in Reg.

Quod merenti datur, ius eſt non beneficium.

Officium non probo quod grauat præſtãtem, abſq; fructu eius cui præſtatur. ibidem.

Auctor magnificus, preciũ addit ſuo munĕri. ibidẽ.

Non tantum aures præbere debemus precantium vocibus, ſed etiam oculis conſiderandis neceſſitatibus. Ambr. de Offi.

Non ſolum quæritur quãtum, ſed de quanto, & quo animo detur. idem Epiſt. ad Corinth.

Non eſt illa perfecta liberalitas, ſi iactantiæ cauſa facias magis quam miſericordiæ: affectus tuus nomen imponit operi tuo. ibidem.

Libertatem arguendi amittit & peccat, qui ab eo accipit, qui ideo dat ne corrigatur ibidem.

Largitas, liberalitas, & beneficentiæ, regia ſunt laudes. Lact.

Beneficentia nulla eſt, vbi neceſsitas non eſt. idem Libr. 6.

Iis maximè laudis eſt benefacere, quos nemo ſperauit eſſe facturos. ibidem.

Dare Deo, accipere eſt. Nazáz.

Nemo melius erogat, quàm qui ſibi nihil reſeruat. Hier. in Epiſt.

Beneficiorum Dei memoria, magiſtra eſt ad vitam. Hier ſuper Gen.

Benefacere homini, eſt beneficium apud Deum reponere. idem Hom. 17.

BENEFICIVM ET LIBERALITAS.

Libenter accipiendum est beneficium, quod prosit danti. Ibidem.

Verus beneficus, nihil amplius, præter affectum requirit. ibidem.

PARSIMONIA.

PArcus, infœlix diuitiarũ custos est. Stob. lib. 2.

Sera parsimonia in fundo est: non enim tantũ minimum in imo, sed pessimum remanet. Senec. Epist. 1.

Non intelligunt homines quam magnum vectigal sit parsimonia. Cic. in Parad.

Diuitiæ sunt grandes homini, vjuere parce. Luc.

Sera parsimonia est, tunc seruare incipere cum desicit. Veg. libr. 2.

Parcitas salutis est mater. Chryſ. de Aduen. Dñi.

PROMISSIO ET VOTVM.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

SPonde, propinqua est noxa. Plut. in Con. Sap.

Iniustũ quod promittitur, dicitur, sed non promittitur. ibidem.

Fac magna, non magna promittas. Stob. lib. 2.

Facta semper & promissa seruanda sunt, quę nec vi, nec dolo malo facta sunt: illa vero seruanda non sunt, quæ non sunt ipsis vtilia, quibus illa promiseris. Cicer. 3. Offi.

EX

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Quoniam iam vouisti, iã te astrinxisti, aliud tibi facere non licet, non talis eris, si non feceris quod vouisti, qualis mansisses si nihil tale vouisses: minor enim tunc esses nõ peior, nunc autem (quod absit) miserior, si ideo fidem fregeris, quanto beatior si persolueris. Aug. de arm. & Paul.

Promissio, beneficium est. idem Ep. 120.

Promissa sua vt Deus compleat, non est in Dei, sed in hominis potestate. idem de prædest. sanc.

Tolerabilius est promissum non facere, quàm facere quod turpe est. Ambr. de Offi.

Cuius animum nescis, de eius voluntate periculose promittas. Hier. in Epist.

In malis promissis rescinde fidē: in turpi voto muta decretum, nõ facias quod incaute vouisti, impia est promissio, quę scelere adimpletur. Isi. 2. sol.

Quanto citius malum votum impleri promittitur, tanto celerius punitur. Greg. 16. Mor.

Bona vota quotiēs effectum percipiunt, multiplicãtur. Idem. 34. Mor.

Solum censuerim fregisse votum, violasse præceptum, preuaricasse pactum, qui & præceptum contempserit, & remedium: nam illum sane dico securum, qui & si interdum obedientiæ limitē prę terierit, consilium non respuit pœnitentiæ. Bernard. de præcep. & discor.

Dico ego abbati per omnia obtemperandum, sed

salua professione: si abbas meus, aut angelus de cœlo contraria iusserit, libere recusabo huiusmodi obedientiam, quæ me transgressorem propriæ voti, & peierare facit nomẽ Dei mei. Idem in ep. Vide plura titulo de obedientia.

SEPVLTVRA.

HOmini solum post mortem, sepulturæ cura. Plin. lib. 1.

Sepulturæ pompa magis est viuorum solatium, quã mortuorum refugium. Si enim aliquid prodesset impio sepultura pretiosa, obesset pio vilis aut nulla. Aug. de cur. pro mort.

Sepelitio fidem resurrectiõis astruit. idẽ. 1. de Ci. D.

Vbi maneat spiritus male agẽtis, non vbi corpus ponatur cogitandum est. idem super psal. 48.

Sepulturę curam etiam philosophi cõtempserũt, & sæpè vniuersi exercitus, dum pro terrena patria morerẽtur, vbi postea iacerent vel quibus bestijs esca fierent, non curarunt. idem. 1. de Ciu. Dei.

CONSILIVM ET OPINIO.

EX GRÆCIS.

INter sapientiam & ignorantiam, media res est opinio. Plat. de Morib.

Consilium nõ est de fine, sed de ijs quæ sunt ad finem. Arist. Rhet. 2.

Cõ-

Consulta oportet operare velociter, consulere autẽ tarde. idem Elench. 2.

Inter pocula, nõ est admonẽdũ. Plu. de amic. & adul.

Quidam fœlicitatem rem esse putant, ad quam consilium non possit accedere. ibidem.

In admonendo ne contentiosi & contumaces simus. ibidem.

Illud haud quaquam fieri oportet, vt qui admonetur vicissim admoneat. ibidem.

Duo maximè sunt contraria consilio, ira & festinatio. ibidem.

Sana consultatio ex eruditione rerumq; experiẽtia constat. ibidem.

Victoria tota posita ẽ in bona cõsultatiõe. Euri. i Ph.

Noctu à sapientibus consilium initur. ibidem.

Sapiens, sapientis est consilium. ibidem.

Fortunę etiam deliberationibus est quædam habenda ratio. Demost. 1. Olint.

In magnis deliberationibus, magno emendum est fidele consilium. ibidem.

Facilius est inuenta consilia comprobare, quàm inuenire. ibidem.

Sunt qui alijs melius consulant quàm sibi, salutemq; alienam curent, suam negligant. ibidem.

Perturbãt homines nõ res ipsę, sed rerũ opiniões. ib.

EX LATINIS.

¶Gladiator in arena consilium capit. Senec. Ep. 22.

Nulla sunt meliora consilia, quàm quæ ignorauerit inimicus, antequam facias. Veg. lib. 3.

Non

Non eſt conſilium in vulgo. Ibidem.

Male conſilia pares euentus ſequuntur. Ibidem.

Priuatæ res ſemper officiunt publicis conſilijs.

Conſilia mala plerumq; vincunt. Ibidem.

Multa quæ natura impedita ſunt, conſilio expediũtur. Ibidem.

Nemo melius conſilium dat, quàm quod ipſe facturus eſt. Ibidem.

Conſilium non habent ſcelera. Idem lib. 7.

Semper apud ſolicitos in deterius prona perſuaſio eſt. Quint. Decl. 12.

Summi gubernatores in magnis tempeſtatibus ſolent a vectoribus nõnunquã admoneri. Cic. ph. 7.

Succeſſus bene conſultorum in manu eſt. ibidem.

Humana conſilia caſtigantur, quãdo cœleſtibus præferuntur. Max. libr. 1.

Timet, atq; ei omnia deficere videntur, qui in ipſo negotio conſilium capere cogitur. Ibidem.

Quorundam cõſiliorum auctoritas pro ratione eſt. Plin. libr. 1.

Non exitus rerum tantum, ſed & hominum conſilia legibus puniuntur: minus quidem dolendum eſt, re non perfecta, ſed puniendum certe nihilominus. Cicer. pro mil.

Quod volumus & credimus libenter ſentimus ipſi, & reliquos quoq; ſentire ſperamus. ibidem.

Quod primum deſerit infœlices, bona opinio eſt. Ibidem.

Nihil opinionis cauſa, omnia conſcientiæ facito. Senec. de vit. beat.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Conſilium omne a Deo eſt, a quocunq; proficiſcatur. Aug. 1. de doctr. Chriſt.

Solet recta opinio prauam corrigere conſuetudinem, & praua opinio rectam deprauare naturam. ibidem.

Omnia fieri debẽt, quæ conſilio recte fieri poſſunt, ad euitanda quæ aduerſa ſunt, etiam cum apertiſsime Deus adiutor eſt, idem lib. quæſt.

Sicut laudabile eſt a vera ſententia non moueri, ita culpabile eſt perſiſtere in falſa, quam nunquam tenere prima laus eſt, ſecunda mutare, vt aut ex initio vera permaneat, aut mutata falſa, vera ſuccedat. idem. 3. cont. Creſc.

Plerũq; cõtingit vt qui de ſe male opinari permittant, per ſe nunquam mala faciant, per eos tamen qui ſe imitati ſunt, multiplicius delinquunt. Greg. in Moral.

Vbi abfuit conſilium, abeſt culpa, ibidem.

Dare ſtulto conſilium charitatis eſt, dare ſapienti oſtentationis, dare vero tempore peruerſitatis, ſapientiæ eſt. ibidem.

Conſilia noſtra, viribus noſtris non tribuamus. idẽ 1. Moral.

Conſilium religionis ab irreligioſis petere, nõ eſt cõſilium accipere. idem 1. Reg.

Plures ſanat tempeſtiua admonitio, quam ſanat obiurgatio.

iurgatio. ibidem.

Ea est hominum corruptela, vt sæpè numero bonũ atq; sanum consilium, damno sit cõsultori. ibidẽ.

Consilium bonis datur, correctio errantes coërcet. Ambr. 1. Offi.

Quid tibi prodest habere sapientiam si consilium negas? clausisti fontem vt nec alijs influat, nec tibi prosit. ibidem.

Consiliarius bonus est qui sibi consulit. ibidem.

Earum rerum non est scientia, sed opinio, quæ pro ingenijs varia est. Lact. lib. 1.

Plurimum laudis iuuenes moribus suis applicant, cùm de negociorum meritis ambigentes, ad peritorum consilia decurrunt. Cassiod. Ep. 1.

Consilium imitari quærit improuidus, sapientiá verò ille quærit in altero, penes quem est scientiæ magnitudo. idem. 3. de sum. bon.

Quidam omnia imprudenter agunt, & ipsis pro voto succedunt: quidam ad omnia consilio se disponunt, & semper eis in contrarium cadunt. ibidẽ.

Vbi publica iactura & dispendium commune, sicut dolor ad omnes pertinet, ita communi consilio & auxilio est vtendum. Petr. Rau. in Epist.

Cõsilium peritorum ex apertis obscura æstimat, ex paruulis magna, ex proximis remota, ex partibus tota: scit enim qua via egredi debeat, & cito singula destinat & videt. ibidem.

Ad consilium soli eligantur, qui & prudentes & beneuoli esse videantur; etenim absq; prudentia & bene-

beneuolentia scio non esse perfecta consilia. Bernard. ad Hen.

Dabit vocì tuę vocẽ virtutis, si quod consulis prius tibi consuluisse videaris. idem super Cant.

Sint multi necessarij, vnus tamen cõsiliarius. ibidẽ.

Consulentem dominum qui non audiunt, audient finaliter condemnantem. ibidem.

Nouũ factum, nouum consiliũ expetit. Apud Iurisc.

Consilia callida & audacia prima fronte lęta sunt, tractatu dura, euentu tristia. Ibidem.

SECVN-

SECVNDA SENtentiarum pars, quæ de vitijs agit.

DIABOLVS.

DIABOLVS ſpiritus immundus eſt: erit vtiq; bonũ, quòd ſpiritus eſt: malum, quòd immundus eſt: quoniã ſpiritus natura, immundus vitio eſt. Quorum duorum illud à Deo eſt, hoc ab ipſo: nec ibi bonum Deus inſequitur, qđ creauit, ſed malum, quod ille cõmiſit: nec enim totum aufert, quòd naturæ dedit, ſed aliquid adimit, aliquid relinquit: vt ſit quod doleat, qđ ademit: & ipſe dolor eſt teſtimonium boni adempti, & boni relicti: niſi enim bonum relictum eſſet, bonum amiſſum dolere non poſſet. Aug. 9. de Ci. D.

Quid prauius, quid malignius, quid aduerſario noſtro nequius? qui poſuit in cœlo bellum, in paradiſo fraudẽ, odium inter primos fratres, & in omni noſtro opere zizaniã ſeminauit. Id. in Com. ſer.

Angelus malus ſui ſceleris inuentor fuit: homo autẽ diaboli ſeductus fraude, quia fragilis erat, neceſſitate peccauit: & ideo quanto fragilior homo natura, tanto facilior ad veniam: angelus vero quãto ſublimior in gloria, tanto maior in ruina. Auguſt. de Caſu.

Non tibi videatur diabolum ſæuitiam ſuam perdidiſſe cum blanditur: tunc enim magis cauendus eſt. Auguſt. ſuper Ioan.

Pie viuentes in Chriſto Ieſu non deſinit inimicus diabolus impugnare, dum quibuſdam in ſomnis ſæpius vera pronunciat: vt eos quandoq; ad falſitatem pertrahat, cum dormientes, ante horam vel tempus excitat: vt eos vigiliarum tempore ſomno grauiſsimo deprimat, cum pſallentes atq; orantes ſibi ſtridoribus atq; latratibus, diuerſis & incognitis vocibus, iactatis etiã lapidibus vel ſtercoribus, & terroribus perturbat: vt eos quoquo pacto ab ſpirituali opere retrahens, inanes efficiat. Auguſt. de Conf. ver. vit.

Alligatus eſt diabolus, ne faciat quantum poteſt, ne faciat quantum vult, tantum tamen tentare ſinitur, quantũ expedit proficientibus: nec enim nobis expedit ſine tentationibus eſſe: nec rogamus Deum, vt non tentemur: ſed vt non inducamur in tentationem. Idem ſuper pſal. 63.

Si cũ Deo ſumus, Diabolum vincimus: nam ſi tu ſolus cum diabolo pugnaueris, vincẽris. Idẽ Ho. 4.

Dæmones vafri ſunt, non ſapientes. Aug de Ci. D.

Aliquando ipſi nefarij ſpiritus, quę ipſi facturi ſunt,

velut diuinãdo prędicãt: qua propter bono Christiano, siue mathematici, siue quilibet impiè diuinantes maximè dicentes vera, cauendi sunt: ne cõsortio dæmoniorum animam deceptam pacto quodam sõcietatis irretiant. Idẽ lib. 2. super Gen.

Diabolus cum quæ accuset mala, non inuenit: ipsa bona ad malum flectere quærit: si opera non inuenit, quærit verba: si nec verba, quærit intentionem. Greg. 2. Mor.

Dæmonia in cordibus reproborum tot requiescũt: quot desyderia praua. Idem in. 1. Reg.

Non solum per se ipsum nos tẽtat diabolus, sed etiã per eos, qui nobiscum sunt. Idem. 4. Mor.

Diabolus cum reprobis vna persona est. Ibidem.

Contra consentientes fortis est diabolus: contra resistentes debilis est: vnde alijs leo, alijs formica est. Ibidem.

Insidię diaboli bonorum vtilitati seruiũt: quos purgant dum tentãt. Idem. 6. Mor.

Quamuis voluntas diaboli iniusta est: omnis tamen eius potestas iusta est. Greg. 6. Mor.

Diabolus eos tentare negligit, quos quieto iure se possidere sentit. Ibidem.

Diabolus victus de tentatione libidinis, elationem inserit de seruata castitate. Idem. 27 Mor.

Diabolus in peccatoribus ardentius ante mortem satagit, omne exageratis peccatum. Idẽ. 32 Moral.

Quanto magis mundus senescit, tanto magis diabolus sęuit. Idem. 33. Mor.

D ij

Diabolus prius tentandum virtutibus spoliat, quã qui tentatur, intelligat. Ibidem.

Diabolus mansuetos, castos, humiles, eleemosynarios etiam habet. Chryſ. super Matth.

Diaboli ars est, per similitudines decipere. Ibidem.

Dæmones etiam vestes sanctorum formidant. Idem Con. Gen.

Diabolus apud diuites non multo labore opus habet. Idem Hom. 52.

Diabolus ex nobis ipsis sortitur occasionem. Chry. super Epist. ad Corin.

Diaboli abiectio nobis debet esse humiliationis occasio. Bern. super Cant. serm. 55.

Inuidet diabolus humano generi, volens illud habere subiectum, quia pręuidit hominem Deum futurum. Ibidem serm. 18.

INFERNVS.

Alij hominum eleuantur in cœlum: alij trahuntur ad infernum: similes quippe similibus iunguntur, ideſt, boni bonis: mali malis: iusti homines, iustis angelis: & transgressores homines, transgressoribus angelis: serui Dei, Deo: serui diaboli, diabolo. Auguſt. de trip. hab.

Melius est dubitare de occultis, quàm litigare de incertis, illum quippe diuitẽ in ardore pœnarũ: & illum pauperẽ in refrigerio gaudiorũ esse intelligẽdos nõ dubito: sed quomodo intelligẽda sit illa

Y ij flam-

flamma inferni: ille sinus Abrahæ, illa diuitis lingua, ille digitus pauperis, illa sitis tormenti: rixa fortasse à mansuete quærentibus, contentiose autē certātibus nūquam inuenitur. Idē super Gen.

Mala inferni nemo dicere, nemo cogitare potest: peiora valde sunt, quàm cogitātur. Ibidem.

In inferno etsi erit stimulus pœnitudinis: nulla erit correctio voluntatis: à quibus ita culpabitur iniquitas sua: vt nullatenus ab eis possit diligi, vel desyderari iustitia. Aug. de Fide.

Vnus gehennæ ignis credēdus est, sed non vno modo omnes cruciat peccatores: vnusquisq; enim quantum exigit culpa, tantam illic sentiet pœnā. Greg. in Dial.

Gehennæ ignis nec studio humano succēditur, nec lignis nutritur: sed creatus semel, durat inextinguibilis, & succēsione non indiget: & ardore nō caret. Idem. 20. Moral.

Intolerabile supplicium gehennę est, tamen si mille aliquis ponat gehennas: nihil est tale dicturus: quale est à beatæ illius gloriæ honore propelli: exosum esse Christo, & audire ab illo, non noui vos. Chrys. Hom. 28.

Gehennam esse credamus: ne per experientiam discamus. Idem. 5. Epist. ad Rom.

Gehēna prouidentiā Dei cōmēdat. Idē. 5. ad Timot.

Infernus lacus est sine mēsura, profundus sine fundo, plenus ardore incōparabili, plenus fetore intolerabili, plenus dolore innumerabili. Ibi miseriæ, ibi tenebræ, ibi ordo nullus, ibi horror æternus, ibi nulla spes boni, ibi nulla desperatio mali. Hug. 4. de Anim.

Prius benedicti vocabuntur in regnum, quā maledicti in caminum ignis deijciantur, quo videlicet acrius doleant, videntes quid amiserint: & iusti videbunt, & lætabuntur, quòd euaserint. Bernar. in quodam serm.

Qui pœnas inferni pauet, cauet: qui autem negligit, incidit. In sentent. 5.

Tria sunt in hoc mundo deteriora omni malo, anima peccatoris in peccato pseuerans, quæ nigrior coruo est: & mali angeli, qui eam rapiunt, & infernus, in quem ducitur. De Salut. Doc.

Pœna æterna ideò dura & iniusta videtur sensibus humanis: quia in hac infirmitate sensuū moribū dorū deest ille sensus altissimæ profundissimæq; sapiētię, quo sentiri possit, quantum nefas in illa præuaricatione commissum sit. Idē de Grat. Iust.

DAMNATVS.

TOtum bonum, quod habemus, ab artifice nostro habemus. Sed si hoc in nobis est, qđ ipsi fecimus, inde damnabimur: si autē hoc, quod Deus fecit: inde coronabimur. Aug. de Ver. Innoc.

Simul erūt in pœna simili, qui fuerunt in peccato cō simili. Homicidā cum homicida, adulter cum adultero: rapaces cum rapacibus: vt qui fuerunt in

culpa ſimiles: ibi in ſimilia alligentur tormenta. Aug. de Aduen. ad Iud.

Ordo quidem erit in quãtitate pœnarũ: quia in qua mẽſura mẽſi fuerint, remetietur eis: vt qui grauiꝰ peccauerũt, grauiꝰ puniãtur. Sed ordo nõ erit in qualitate rerũ: quia de aquis nimiũ frigidis, deſcẽdent ad calorẽ nimiũ: vt ſubita cõtrariorũ mutatio, grauiorem inferat cruciatum. Aug. lib. Medi.

Beatis nulla erit facultas peccandi. Damnatis nulla conditio moriendi, illis in æterna vita vere fœliciterq; viuentibus: iſtis infœliciter in æterna morte ſine moriendi poteſtate durantibus: quoniam vtriq; ſine fine. Sed in beatitudine illi alius alio præſtabilius: in miſeria vero iſti alius alio intolerabilius permanebunt. Idem in Enchi.

Non inclinabuntur reprobi iam deſperati de venia: ſed malignitas odij tãtum in illis excreſcet, vt velint omnino non eſſe Deum: per quem ſciunt ſe tam infœliciter eſſe: maledicent altiſſimo: & blaſphemabunt excelſum, conquerentes eum eſſe malignum, quia creauit eos ad pœnam, & nũquã inclinatur ad veniam. Auguſt. ibidem.

Maxima damnatorum pœna eſt, diuina fruitione carere. Idem in Ench.

Damnati per ignem cruciabuntur in corpore: & per dolorem ardebunt in mente. Greg. 16. Moral.

Damnatis ad pœnam ſeruatur memoria, & cognitio. Idẽ Hom 39.

PECCATVM

Peccator à peccando, non autem homo à peccando dicitur: & ideo peccator homo, genuit hominem ſine dubio peccatorem: quia de natura peccato vitiata, non niſi natura naſcitur vitioſa: id eſt peccatrix. Aug. li. Hypogn.

Ante peccatum hominis non eſt ſcriptum, quòd terra protulerit niſi herbã pabuli, & ligna fructifera: poſt peccatũ vero vidimus multa horrida & infructuoſa de terra naſci: credo propter eã cauſam, vt peccati humani crimen ſemp hominibus ante oculos terra poneret: quo admoneretur aliqñ auerti à peccatis, & ad Dei p̃cepta cõuerti. Idẽ li. 1. ſup Gẽ.

Hæc eſt ſuperni iuſtitia iudicij: vt plerũq; reprobi & agnoſcant ſe: & fateantur erraſſe, nec tamẽ ab errãdo quieſcant, quantũcunq; ea cõfeſſione ac pœnitudine contra ſe ipſi teſtimonium dent: quia non inſcij delinquũt, dũ a peccato, qd culpãt, cohiberi detrectãt: coq; iuſtiꝰ peccãt: quo foueã p̃ditiõis, q̃ p̃uideràt: declinare neglexerũt. Id. li. 83. quæſt.

Hic eſt caſus miſerrimus: dum animus humanus in ſuis iniquitatibus proſperatur: & parci ſibi putat cum exercetur, & ſeruatur ad vltimam vindictã. Idem ſuper pſalm. 9.

Qui peccant, tenebræ ſunt: & dum non confitentur peccata ſua, ſed defendunt: tenebrant tenebras ſuas. Idem ſuper Pſal. 118.

Suaſio delectationis ad peccatum vehementior eſt, cum adeſt prohibitio. Auguſt. quæſt. 66.

Sicut omnia iuſta opa bono amore & bono timore

fiunt: sic malo amore & malo timore peccata omnia committuntur. Idem super psalm. 79.

Cum primi homines peccauissent, & in errorem & in ærũnam, & in mortẽ præcipitati sunt: rerũ moderatori summo placuit iustissime: vt in ortu hominis originaliter appareret iustitia punientis, & in quectis misericordia liberãtis. Aug. de li. Arb.

Non nisi in voluntate est peccatum: & iustitia peccãtes tenet sola mala volũtate, quãuis quod voluerint, implere nequiuerint. Idem de duabus Anim.

Si hic peccati pudorem, & illic cernerẽ inferni horrorem: & necessario vni eorum haberem immergi: prius me in inferno demergerem, quàm peccatum in me committerem. Idem in Com. serm.

Vnusquisq; peccando, animam suam vendit, accepta tanquam precio dulcedine temporalis voluptatis. Idem super Epist. ad Rom.

Infœlicitas hominũ propter qd̃ peccãt ipsa est, morientes hic dimittũt propter quod peccãt: & ipsa peccata secum portant. Peccas propter pecuniã? hic dimittenda est. Propter villam? propter mulierem? hic dimittenda est: & quidquid aliud est, propter quod peccas, cum oculos in morte clauseris, hic dimittis: & ipsum peccãtum tecum portas. Idem lib. 50. Homil.

Nullus magis de peccatoribus plãgi dignus est, quã qui putat se nõ habere qd̃ plãgat. Aug. ser. de Let.

Nolite contemnere parua peccata, quia minora: sed timete, quia plura sunt: præsertim quòd nullum peccatum tam paruum est: quod non crescat neglectũ. Idem de. 10. Cord.

Desinit esse peccatum, quod propter grauius euitãdum suscipitur. Idem in quæst.

Ex quo incipit homo præcepti esse capax, ex eo incipit posse peccare. Idem 3. de lib. Arb.

Quis peccat in eo, qd̃ nullo modo caueri põt? Idẽ. 6.

Peccantium multitudo impunitatem non facit criminis. Amb. ad Virg. lap.

Emendandi sunt peccatores, non abijciendi. Ibidẽ.

Primum peccatum est cogitasse quæ mala sunt. Secundum cogitationibus adquieuisse peruersis. Tertium, quod est deterius, opere cõplesse. Quartum, post peccatum non facere pœnitentiã, & in suo sibi placere delicto. Hier. super Amos.

Quantum ad peccati rationem attinet, nocuit, qui nocere disposuit. Hier. in Epist.

Quæ quis timore pœnæ adhuc bona agit, nondum penitus à malo recessit: quia eo ipso peccat, quòd peccare vellet: si inulte posset. Greg. in Moral.

Peccatum ex peccato nascitur, quod iam nõ solum peccatum est, sed peccatum, & pœna peccati. Idem 24. Moral.

Nonnunquam deterius in paruo, quàm in magno peccatur: maior enim culpa quo citius cognoscitur, eo celerius emendatur: minor vero dũ quasi nulla creditur, eo peius, quo & securius in vsu venit. Greg. Hom. 52.

Culpa fauoribꝰ nutrita, incessanter crescit. Id. 5. Mo.

Cum culpa animam tentat: mens breuitatem vitæ respiciat. Ibidem.

Culpa præcedens est causa sequentis: & sequens est causa præcedentis. Idem 28. Mor.

Homo peccãdo, Dei similitudinẽ perdit. Id. 19. Mor.

Vnum Christianus tantùm odio iudicat malũ, solúq; formidat Domini cœlestis offensam. Chr. in Ep.

Peccare leuius est, quã post peccatum non pudere. Idem Adu. Iud.

Peccator hic punitus, beatior impunito est. Idem super Luc.

Peccatũ omne ex stultitia ortum habet. Idẽ supra.

Peccatorum rogus lachrymis extinguendus est. Idem de Pœnit.

Peccati cessatio radix est veniæ. Tert.

Delictum idem apud diuersos, non semper eandem pœnam meretur. Basil. in Hexá.

Vitiosa est in peccatis iræ cohibitio. Lact. de ira Dei.

Delinquens in vno, factus est omnium reus. Ibidem.

Delinquendi materia debet præcidi. Ibidem.

Quare peccas? quia cogeris vt facias? absit: quia nescis quid facias? absit: sed quia placet, vt sic facias. Bernard. in quodam serm.

Dupliciter reus est, qui aperte delinquit: quia agit & docet. Ibidem.

Sicut æger ad medicum, sic peccator se habere debet ad Deum. Idem in sent. suis.

Peccator humilis melior est, q̃ iust⁹ superbus. Ibidẽ.

Posse peccare datum est homini, non vt inde peccaret: sed vt glorioſior appareret, si nõ peccaret: cũ peccare posset. Idẽ de Lib. Arbitr.

Quid refert, qua occasione viam deserant veritatis, seducantur ignari, sequantur spontanei, compellantur inuiti? quid refert, dummodo eant in perditionem. Ibidem.

IMPIETAS.

Impietas proprie est, aut vnum Deum non colere, aut nunquam coluisse, aut quem colebat, dimisisse. Aug. super psalm. 50.

Malorum impietatem perire necesse est, aut proprio iudicio, aut sententia Dei. Nulla enim iniquitas permanet: cui non finem aut correptio, aut damnatio facit. Idem de Ver. Innoc.

Impij tanto magis in culpa proficiunt, quanto minus ex culpa feriuntur. Greg. 15. Mor.

Impiorũ oculos culpa claudit: sed pœna aperit. Ibid.

Impietas, plus quàm peccatum sonat: & ad infidelitatem tendit. Greg. 10. Mor.

Iniquus moriens quosdam reuocat terrore tormenti: quos ad peccatum traxerat. Idem. 18. Mor.

Iniqui peccata præterita vident: sed præsentia non vident. Idem. 33. Mor.

Impietas timida est. Chrys. Hom. 5.

Pietatis gen⁹ est, impiũ esse pro Christo. Hier. in ep.

INFIDELITAS.

Incre-

INFIDELITAS.

Incredulitas peccatum peccatorum omnium. Auguſt. de Ver. D.

Infidꝰ homo ſuo malo cordatꝰ eſt. Idē. q̄ beat. vit.

Omnis infidelium vita peccatum eſt. Idem in ſent.

Infideles quantumuis probi, boni tamen dicendi nō ſunt: ſed mediocriter mali. Idem ſuper pſal. 25.

Infideliū numerus ſemper eſt maior. Id. ſup ps. 118.

Ignorantiā infidelitas parit. Chr. ſuper Ep. ad Tim.

Librorum diuinorum nullam cōſuetudinem habētē, non mirū incredulum eſſe. Idē de vita Mon.

Incredulitas q̄tē animi parit. Idē ſup Ep. ad Corin.

DESPERATIO.

EX GRÆCIS, LATINIS ET SACRIS.

INſperatum rerū finē inuenit Deus. Eurip. in Alc.

Deſpatiōis cauſa ē, ineuitabilis timor pœnæ. Sto.

Turpiter deſperatur q̄dquid fieri pōt. Quint. li. 1.

Nihil grauius q̄ deſtitutæ ſpes torquēt. Idē Decl. 11.

Iniquiſsimum eſt deſperationem vocari, quoties re- medium medicina non inuenit. Idem Decl. 8.

Nemo magis deſpat, q̄ qui ſe nēgat noſſe lāgorē. Ib.

Deſperatio vtilia honeſtis anteponit.

Dij immortales tum omnibus caſibus præſunt, tum præcipue eis: quibus nihil ratione poteſt adminiſtrari. Cæſar de Bello Alexand.

Nemo deſpet fieri poſſe quæ facta ſunt. Veget. lib. 3.

Clauſis, ex deſperatione creſcit audacia: & cum ſpei nihil eſt: ſumit arma formido. Ibidem.

Libenter cupit commori, qui ſcit ſine dubio eſſe moriendum. Ibidem.

Prima ſalus eſt declinare culpam: ſecunda non deſperare veniam. Hugo de Ver. Sap.

Nullus deſperet veniam, etiam ſi circa finem vitæ ad pœnitentiam conuertatur: vnumquemq; enim Deus de ſuo fine: non de vita præterita iudicat. Iſid. de Sum. Bono.

Deſperatio certa mors eſt, & animæ homicida. Auguſt. Pſalm. 50.

Deſperatio ex ignorātia Dei naſcitur. Ber. ſup Cāt.

Deſperationis radix ignauia eſt. Chry. ſuper Matth.

INIMICITIA ET ODIVM.

EX GRÆCIS.

VElle eas inimicitias tollere, quibus etiā amicus ſit peritur⁹, immanis eſt nimirum & admodum fer. Plut. de Pol.

Hoc peculiare habet amicitia, vt magis vereatur inimicos, quàm amicos. Idem de vtil. cap. ab inim.

Optima inimici vindicta eſt, te honeſtum ac virum bonum præſtare. Ibidem.

Quoniam hiſce temporibus ad libere loquendum penè vocem amiſit amicitia, loquax autem eſt aſſentatio: ſupereſt, vt ab inimicis verum audiam⁹. Plut. ibidem.

Cela inimicos calamitatem, ne gaudeant. Stob.

Maximus cumulus peruerſitatis eſt, optimis viris eſſe

esse inimicum. Ibidem.
Solicite obseruádi sunt inimici, primi enim peccata sentiunt. Diog.
Ea ratione conuersandum, vt ex inimicis amicos, nō autem ex amicis inimicos faciamus. Ibidem.
Res grauis inimicitia, & ignominiosas habens reconciliationes. Euripid. in Ph.
Firmæ permanent simultates, quas metus & odium continent. Demost. 1. Olint.
Priuatæ inimicitiæ multa in publicis negocijs corrigunt. Ibidem.

EX LATINIS.

¶Omnes habere amicos operosum est: satis est inimicos non habere. Senec. Ep. 13.
Non est prudentis errantes odisse, alioquin ipse sibi odio erit. Idem de ira. lib. 1.
Simultates in ijs desinant, in quibus nascuntur. Quint. Decl. 9.
Semper odiorum honestus occasus est, & dū simultates nihil aliud habent quā nocendi cupiditatē, specioſa in melius animi mutatio est. Ibidem.
Perpetua res est odisse sine causa. Idem Declam. 14.
Multorū odijs nullæ opes sufficere possūt. Cic. 2. of.
Hoc natura insitum est, vt quem timueris, quicunq; de vita fortunisq; contenderis, cuius insidias causeris, hunc semper oderis. Idem pro Syl.
Tacitæ inimicitiæ magis timendæ sunt, quām indictæ & apertę. Cicer. in Verr.
Frustra eos appellamus, quorum auris atq; animus

à nobis abhorret. Idem ad Quint. frā.
Cum inimico nemo citò in gratiam redit. Mim.
Nulla pestis efficatior q̄ familiaris inimicus. Ibidē.
Sermonem ininici nūquām putes amicum. Ibidē.
Inimicis diffidēs nunquā patieris incōmodū. Ibidē.

EX SACRIS.

¶Inimicitiæ vitandę cautissimè, ferendę equissimè, finiendæ citissimè. Aug. 2. de Ord.
Sicut adulantes amici peruertunt, ita litigantes inimici plerūq; corrigunt. Idem lib. 9. Confes.
Nemo potest perfectè diligere, quò vocamur: nisi oderit vnde reuocamur. Aug. de vera Relig.
Humana mens, quem odit, & inimicum & impiū iudicat. Greg in Mor.
Lætificat nos quādoq; inimicorū ruina. Id 22. Mor.
Frustra exteriores inimicos vincimus, si interioribus parcimus. Idem. 10. Mor.
Nemo potest aliquid obliuisci quod diligit: aut retinere quod odit. Idem in Hom.
Odium proximi impedit orationis fructus. Gregor 10. Moral.
Odia sunt aliquādo p veritate sustinēda. Idē in Reg.
Gratias ago Deo meo, quòd dignus sum habitꝰ, quē mundus oderit. Hier. in Epist.
Propemodum naturale est, vt socrus nurum, & nurus oderit socrum. Idem. super Mich.
Inimicitiæ subeundæ aliquādo sunt pro amici innocentia. Ambr. in Hexa.
Inimici diligendi sunt, sed cauendi. Chry. in serm.

Inimicitiæ alia vitia generāt ex se. Idē super Matth.

Sicut rex in imagine sua honoratur: Sic Deus in homine diligitur & oditur.

Non potest hominem odire, qui Deum amat, nec potest Deū amare, qui hominem odit. Chr. sup Mat.

Odium tenebrarū spiritus est: & omne malum suggerit. Ibidem.

Si inimicitiæ semel occupauerint homines, omnia quæ fiunt, quę dicuntur, quæ audiuntur, ita intelliguntur, vt ad maiores proficiant inimicitias. Si quid enim boni dicitur de inimico non creditur: si quid autem mali, hoc creditur, hoc confirmatur. Chrys. de Comp.

Hæc est pugna periculosa, hæc est gloriosa victoria, qui poterit odire quod amat, & amare quod odit. Chrysost. super Matth.

In vsum bonum dantur bonis inimici. August. quæst. super Vid.

Tria sunt genera hominum quæ odit Deus, remanentem, retrocedentem, aberrantem. Excitandi sunt remanentes, reuocandi retrocedentes, errantes in viam reducendi. Aug. de No. Cantic.

Hoc est perfecto odio odisse, vt vitia non homines oderis, nec vitia ꝓpter homines diligas. Id. su. ps.

Ira festuca in oculo est, odium trabs in oculo est. August. super Matth.

Qui præsefert odium, protinus fidem abrogat, etiā in causa iustissima facile redit in gratiam, qui odit inuitus. Ibidem.

Qui

Qui occidit, & qui odit fratrem suum, & qui ei detrahit, pari pœna digni sunt. Hier. in Epist.

DISCORDIA.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

POpulares homines discordāt propter inęqualitatē possessionis: generosi autem propter inæqualitatem honoris. Arist. Pol. 2.

Minores vt fiant æquales, seditiones mouent: ęquales vero, vt fiant maiores. Idem Pol. 5.

Nobilitas generis & diuitiæ principia sunt & fontes seditionum. Ibidem.

Omnis diuersitas videtur facere diuisionē. Ibidem.

Nihil occultum in intestina discordia esse potest. Liui. libr. 10. Dec. 1.

Discordia ex vna ciuitate duas facit. Idē li. 6. Dec. 1.

Merces seditionis proposita, seditionem protinus excitat. Ibidem.

Inter hostes discordiæ serere causas, sapientis est ducis. Veg. lib. 3.

Nulla quāuis sit minima natio cito potest ab aduersarijs vinci, nisi proprijs simultatibus se ipsam cōfecerit. Ibidem.

Ciuile odium ad inimicorum perniciē præceps est, ad vtilitatem suæ defensionis incautum. Ibidem.

Principium discordiæ est, aliquid commune tuum facere. Senec. in Prouer.

Concordia res paruę crescunt: discordia maximę di

labuntur. Salu. in Catil.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Dissentiones nunquam debent amari, sed aliquando aut charitatem probant, aut à charitate nascũtur. August. Ep. 87.

Sicut nihil est pretiosius Deo virtute dilectiõis: ita nihil est desiderabilius diabolo extinctione charitatis. quisquis ergo seminando iurgia dilectionem proximorum perimit, hosti Dei familiarius seruit. Hier. super Prouerb.

Quisquis corpus affligit & cõcordiam deserit: Deũ quidem laudat in tympano, sed non laudat in choro. idem super Psalm.

Nulla spatia satis esse possunt discordibus: pacificis etiam angusta abundant: dissonis moribus etiam spaciosa arctantur. ibidem.

Qui modeste alloquitur proximum, gratum accipit responsum, & quasi de vberibus in quibus lac quærebat, butyrum exprimit: sed qui incæpto verbo rixam & discordiã ex fraterno corde prouocat, quasi necessaria vltra modum emungens, sanguinem allicit. Hier. super Prouer.

Discordia est aliquorum diuersio, quos primũ amoris vinculum colligauit. Isid. in Etym.

Summopere iurgia fuge, nam contra parem contendere anceps est, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum, maxime autem cõtra saturum contentionem inire. Casiod. super Psal.

In

In seditionibus plus valet, quod violẽtia cogit, quã quod præcipit verecundia.

Mihi adeo inuisa discordia est, vt veritas etiã displiceat seditiosa. ibidem.

Dissentiat sibi, qui cupit Deo consentire. Bernard. super Cantic. serm. 19.

Infœlix populus Dei non põt in bono tantã habere pacem, quantam mali habent in malo. ibidem.

Sicut noxiũ esse solet, si vnitas desit bonis: ita perniciosum est, si vnitas sit in malis: puersos qppe vnitas roborat, dũ cõcordat: & tãto magis incorrigibiles, quanto vnanimes facit. Greg. 33. Mor.

Sicut in pace factus est locus dñi: sic in discordia locum diabolo fieri manifestum est. Ibidem.

IRA ET FVROR.

EX GRÆCIS.

IRA factiua est inimicitiæ & odij. Arist. Rhet. 1.

Tempus & satisfactio quietant iram. Ibidem.

Ira impetuosissima res est ad aggrediendã periculã. Idem Ethic. 2.

Irasci in quibus non oportet: & nõ irasci in quibus oportet, hominis est insipientis. Arist. Ethic. 9.

Cæca est ira, & sæpè non sinit cernere, quę aptissima sunt, & iã percepta sæpè obscurat. Plu. de coh. ira.

Vt incendium, qui non addit materiam, extinguit: sic & iram, qui sis non aluit nascentẽ. Ibidem.

Quẽadmodũ sperma mixtura est, ac tẽperamentũ

ex omnibus animæ viribus reuulsa: ita & ira semen quoddam est ex omnibus animæ perturbationibus commixtum. Siquidem & a dolore, & a voluptate & a ferocia decerpta est. Ibidem.

Quando res ardua videtur, vereq; ardua est, irā cohibere: multo haud dubie maior erit custodia ipsa & prouidentia, quæ prohibet ne in iram incidas. Plut. de Poët.

Vir aut mulier statim excandescens facilius cauetur, quàm taciturnus sapiens. Eurip. in Med.

Laudo iras placabiles. Idem in Troad.

Maximum est iræ medicamentum oratio. Ibidem.

Fugere semper oportet dominos iratos. Id. in Med.

Ab omnibus quæ per iram committuntur ratio recedit, fugiens iracundiam tanquam acerbissimū tyrannum. Stob. lib. 1.

Affectus irę nisi curentur & castigentur, in naturale morbum abeunt. Apol. ibidem.

EX LATINIS.

Sapientis nunquam potentioris iram prouocabit, imo declinabit, non aliter quam in nauigādo procellam. Senec. Epist. 14.

Iracundi hominis iracunda oratio est. Idem Epi. 115.

Nihil minus quàm irasci punientem decet. Ibidem.

Si tantum irascendum est sapienti, quātum scelerū indignatio exigit, non irascendū illi, sed insaniendum est. Idem de ira, lib. 2.

Tollit iram sapientis, turba peccantium. Ibidem.

Nemo irascitur, vbi vitium natura defendit. Ibidē.

Non

Non vis esse iracundus, non sis curiosus. Ibidem.

Retinemus iram & augemus, quasi argumentum sit iuste irascendi, graviter irasci. Ibidem.

In facinus otiosus ardor erumpit. Quint. declam. 4.

Ira principium insaniæ est. Cicer. 4. Tuscul.

Semper ira procul absit, cum qua nihil recte, nihil considerate fieri potest, quę enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt, nec ab ijs, qui adsunt, probari. Cicer. 1. Offi.

Malo impunitum dimittere, quàm propter iram grauius iusto punire. Max. libr. 3.

Ira cum dolorem inferre vult, patitur. Idem lib. 9.

Ira atq; cupido, cōsultores pessimi sunt. Salu. in Iug.

Homo extra corpus suū est, cū irascitur. Pub. Mimi.

Iracūdię vitiū generosos animos semp inuitat. Ibid.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Sicut acetum corrumpit vas, si diutius ibi fuerit: sic ira corrumpit cor, si in alium diem durauerit. August. in Epist.

Iracundus homo in amicitiam non recipiendus est. Idem de Ami.

Iracundi & contentiosi plurimum valent memoria. Idem de Ciuit. Dei. lib. 7.

Melior, qui quamuis ira sæpè tentetur, tamen impetrare festinat, vt sibi dimittat, cui se feciſſe agnoscit iniuriam: quā qui tardius irascitur, & ad veniā petendam tardius inclinatur. Ibidem.

Nulli irascenti ira sua videtur iniusta: ita enim inue-

terascẽs ira fit odium, dum quasi iusti doloris ad-mixta dulcedo diutius eam in vase detinet, donec totũ arescat, vasq; corrũpatur. Aug. ad Dioscor.

Plerumq; per silentium clausa ira, intra mẽtem ve-hementius æstuat, & clamosas tacita voces for-mat. Greg. 5. Mor.

Restringenda sub ratione potestas est, nec quicquã est agendũ, priusquam concitata ad tranquillita-tem mens redeat, nam commotionis tempore iu-stum putat ira, quod fecerit. Idem in Reg.

Quoties ira animum inuadit, mentem edoma, vince te ipsum, differ tempus furoris: cum tranquilla mens fuerit, fac quod placet. ibidem.

Ira interdum ex virtute, interdum ex vitio oritur. Greg. 5. Mor.

Ira plus in vindicta exigit, quàm iniuria accepit. Greg. 28. Mor.

Ira in vindicta malorum, debet sequi rationem, non præire. idem Epist. 9.

Resiste iræ, si potes, cede si nõ potes. Amb. 2. de off.

Non mediocre est mitigare iracũdiam, non inferius quam animo non commoueri, sed hoc nostrũ est, illud naturæ. ibidem.

Non potest fieri vt rerũ in dignitate non cõmouea-mur, alioquin non virtus, sed lenitudo est. ibidẽ.

Ira inimici tui in manu tua est. Chrys. super Matth.

Ira iusto mater est disciplinæ. Ibidem.

Iræ etiã inditium fugiat concionator. idẽ super Ioã.

Irascens peccatis misericors est. idem Hom. 1.

Non

Nõ est morbus irasci, sed iracundũ esse. Lact. lib. 5.

Vitiosa est in peccatis iræ cohibitio. ibidem.

Facile placatur, qui nolens irascitur. ibidem.

Irasci hominis est, iracundiæ autem finem impone-re Christiani. Hier. ad Demet.

Ira animi ebrietas est. Basil. in Hex.

Peccabis non minus nimis irascendo, quã omnino non irascendo: si quidem non irasci, vbi irascen-dum est, nolle emendare peccatum est. Ber. in ep.

Tanto quisq; conuincitur minus sapiens, quanto est minus patiens. Bern. ad Sor.

IRA DEI.

IRA Dei non perturbatio est animi, sed iudiciũ, quo irrogatur pœna peccato: cogitatio vero ipsi? & recogitatio mutandarum rerum est incommu tabilis ratio. Aug. de Ciuit. Dei.

Væ væ ira omnipotẽtis Dei, ne irruas super me: ira Dei vbi poteris capi in me? non est quo te possim tolerare in me, Idem lib. Medit.

Ex ira Dei ad bonũ tarditas est, & ex ira Dei ad ma-lum pronitas est. idem in Ench.

Deus iratus aliquando petentibus cõcedit, quod pe titur. idem de pecc. & mer.

Nõ dolere qa peccaueris, magis indignari facit deũ, quam id ipsum qd ante peccaueras. Greg. 15. Mo.

Ad iram Deus prouocatur, quando mala in Deum non puniuntur. idem in Reg.

Quis Christi iram toleret, cuius mansuetudo non potuit tolerari? Greg. super Euang.

Ex ira Dei non intelliguntur delicta, ne pœnitentia subsequatur. Cypr. Epist. 3.

Mos iste certissimus Dei est, vt cum mala ad cumulum suũ venerint, cumq; viderit & grauiter suos affligi, & aduersarios tyrannide impietatis contra se extolli, vel potius mentis ebrietate bacchari, diuinitatis suæ potentiam per signa ostẽdere. Chrys. super Matth.

Dei indignatio non vltionis executio, sed absolutionis operatio magis est. Ambr. 1. de Pœn.

Ira Dei tunc metuenda est, cum peccata non punitur. Bernard. super Cant. serm. 42.

Volo mihi irascaris pater misericordiarum, sed illa ira, qua corrigis deuium, non qua extrudis deuia. Ibidem.

SVPERBIA ET IACTANTIA.

EX GRÆCIS.

GLoriamur & superbimus in ijs, quę sapimus. Plato de Amic.

Ciuibus placere omnibus stude, habet enim id multum gratiæ: contra vero superbia & fastus semper nocuit. Diog. lib. 4.

Fœlicitas superbiam excitat. Ibidem.

Elatio profectus est impedimentum. Idem. lib. 4.

In arrogante sicut in armis deauratis, non similia sunt

sunt interiora exterioribus. Ibidem.

Arrogans nemini amicus est. Ibidem.

Iactator vitu perabilior est mendace. Arist. Ethi. 4.

EX LATINIS.

¶ Nihil facias eorũ more, qui non proficere, sed cõspici cupiunt. Senec. Epist. 5.

Vnusquisq; aliter viuit populo, aliter sibi. Id. Ep. 95.

Nemo oculis suis tantum lautus est, irritamentum est itaq; omnium, quę insanimus, admirator & cõscius, ne concupiscamus efficies, si vt non ostendamus effeceris. Idem Ep. 93.

Ex copia atq; rerum omnium affluentia primũ arrogantia nata est. Cicer. de Lege Agraria.

Qui benefacta sua verbis adornant, non ideo prædicare quia fecerunt, sed vt prædicarẽt feciſſe creduntur. Plin. lib. 1. Epist.

EX SACRIS.

¶ Arrogantia deponatur, cùm veritas inquiritur. August. de Ciuit. Dei.

O homo ideo non viciſti, quia de tuo pręsumpſiſti, qui præsumit de viribus antequam pugnet, prosternitur. Ibidem.

Iactantia non est vitium laudis humanę, sed vitium animæ peuersę amantis laudẽ humanam, spreto testimonio cõscientiæ suæ. Idem. 12. de Ciu. Dei.

Iactantia non tantum in pompa & nitore, sed etiam in sordibus est. Idem ser. Domini.

Diuitẽ non esse superbum difficile est. Aug. Hom. 3.

Inuidia est mater superbiæ, sed ista mater superbiæ

nescit esse sterilis, suffoca matrem, & nõ erit filia. idem de Verb. Dom.

Si vix toleratur dives superbus, pauperem superbũ quis ferat? idem serm. 29.

Superbia peruerse Deũ imitatur. idem de Ciu. D. 19.

Superbia virtutum maximè fugienda est. idem Quæsti. 83.

Superbis in peccata cadere vtile est. idem. 14. de Ciuit. Dei.

Quoties hominibus præesse desidero, toties Deo meo antetire contendo. idem super psal.

Propter superbiam nostram domadam creata sunt, quæ molesta sunt nobis: vnde & rebus vilissimis superbia domatur. idem super Ioan.

Multos præsumptio infirmitatis à firmitate impedit: nemo enim erit adeo firmus, nisi qui a se ipso se sentit infirmum. Idem Libr. 1. de Verbis Domi.

Superbia natione cœlestis sublimium appetit mentes, & quos inuenit participes naturæ, facit cõsortes ruinæ. Hiero. in Epist.

Plerumq; virtus habita deterius quã si deesset, interficit, quia dum mẽtem erigit, elationis gladio transfigit. Greg. 7. Mor.

Immẽsa præsumptio est à seniore reuerẽtiã exigere, silentium imperare meliori. idem in Mor.

Superbiæ vitium est, vt quod fateri de se quisq; sua sponte dignatur, hoc sibi dici ab altero dedignetur. ibidem.

Potentiã Deus tribuit, elationem malitia nostra adinuenit. ibidem.

Superbia regina vitiorum, & principiũ hæresis est. lumen enim intelligentiæ abscondit. Ibidem.

Magna superbia est iudicijs diuinis rationem quærere. Greg 9. Moral.

Superbi tãto aliquem Deo despectum iudicant, quãto afflictum vident. Greg. 14. Mor.

Si qui lætantur, quia similes iniustis non sunt, ij superbi sunt. Idem 16. Mor.

Difficile quis in se inueteratam superbiam deprehẽdit. Idem 24. Mor.

Superbi cum se despici suspicantur, ad contumelias prosiliunt. Idem. 13. Mor.

Superbi ea, quæ recte sentiunt, recte proferre nõ possunt. Idem. 23. Mor.

Corripiendo superbos interdum laudum fomenta miscenda sunt. idem in Past.

Superbi precibus contumaciores sunt. Basil. in Ep.

Superbus neminẽ putat humilẽ. Chr. super Matth.

Superbia in animo idem est, quod tumor in corpore. Idem Hom. 17.

Nolite putare aliquid feciſſe, cum aliquid feceris, & plenissime omnia feciſti. Idem super Matth.

Arrogans omnium est accusator. Idem Hom. 27.

Omnis vitiosus diligit sui similem, solus superbus odit elatũ, vnde inter superbos semper sunt iurgia. Isid. de Cond. Hum.

Superbia sicut origo omnium criminũ, ita est ruina

eũctarum virtutũ, ipsa enim est in peccato prima, & in conflictu postrema. Idem de Sum. Bon.

Cum nõ sit nostrum quod sumus, quomodo nostrũ est, quod habemus? stultitiæ genus est, cum aliis debeas vitæ beneficium, tibi ascribas ornamenta virtutum. Valer. in ser.

Superbia & cupiditas in tantum vnum sunt, vt nec cupiditas sine superbia, nec superbia sine cupiditate inueniri possit. Bernard. ad sor.

Magis cogitare debetis, quid vobis desit, quã quid vobis adsit: quod habes caue ne perdas, quod nõ habes, supplica vt habeas: in quantum sis minor, est considerandum: non in quantum sis maior. Si enim cogitas quantum præcessisti alterum, tumore: si vero cogitas quantum tibi deest, ingemiscis, curuaris, & humilis eris. Idẽ super Matth.

In superbiam tanto facilius quis incidit, quanto ex humiliori gradu ad dignitates euehitur. Ibidem.

Melior est in malis factis humilis confessio, quàm in bonis superba gloriatio. Apud Iurisconſ.

In proprias laudes ociosa iactatio est. Cypr.

Insipiẽs quid tibi prodest vanæ gloriæ memoria? si vbi es torqueris, & vbi nõ es laudaris. Hug. ẽ an.

Qui bene didicit & expertus est vitiorum superandorum gradus, intelligit hoc vitium inanis gloriæ vel solum maximè cauendum perfectis. Idem.

Cum bona fratres agitis, semper ad memoriam male acta reuocate, vt dum cautè culpa conspicitur, nunquam de bono opere incautè bonus animus lætetur. Ibidem.

Cætera vitia solas illas virtutes impetunt, quibus ipsa destruuntur, vt luxuria pudicitiam, ira patientiam: sola superbia contra omnes animæ virtutes se erigit, & quasi generalis & pestifer morbus omnes corrumpit. Signa autem superbiæ sunt clamor in locutione, amaritudo in silentio, rancor in reprehensione. Idem.

DETRACTIO ET MALEDICTIO.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

POEnas dat quisquis bonis maledicit. Plut. in Apopht.

Non amicum est, sed sophisticũ ex alienis erratis sibi gloriam quærere. idem de Amic.

Amans obtrectationem res est mulierum genus: paruas enim sermonum occasiones nactæ si fuerint, plures insuper inferunt. Eurip. in Alc.

Quod omnia nos mala sequuntur à pueritia, causa est, quod inter execrationes parentum creuimus. Senec. Epist. 6.

Quid interest vtrum Deos neges, an infames? idem Epistol. 124.

Nihil est tam volucre, quam maledictum: nihil tam facile emittitur, nihil tam latius dissipatur. Cicer. pro Planc.

Suum cuiq; incõmodum ferendum est, potius, q̃ de alterius incommodo detrahendum. Cice. 3. Offi.

EX

DETRACTIO ET EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Nemo laceret seruos Dei, quia nõ expedit laceratibus, etenim seruis Dei falsis detractionibus merces crescit, & crescit etiam pœna detrahentibus. Auguſt. de Com. Vit. Cle.

Detractione patiẽtia nr̃a probatur. Idẽ cõtr. lit. Pet.

Dolus duplicat cor, adulatio duplicat linguam, detractio vulnerat famam. Idem lib. 50. Ho.

Omne maledictum patientia repercussum, in suum redit autorem. Ibidem.

Ij, quorum vita in exẽplo imitationis est posita, debent, si possunt detrahentium sibi linguas cõpescere, ne eorum prædicationem non audiant qui audire poterãt, & in prauis moribus remanentes bene viuere contemnãt. Greg. super Ezech.

Linguas detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare, ne ipsi pereãt: ita p̃ sui malitiã excitatas debemus æquanimiter tolerare, vt nobis crescat in meritum. Ibidem.

Qui contra suprapositam sibi potestatem murmurat, liquet quod illum redarguit, qui eam homini potestatem dedit. Greg. in Mor.

Permittitur detractio, vt caueatur elatio. Id. 22. Mor.

Detrahentes in terrã insufflant, & puluerem in suos oculos mittunt. Idem in Reg.

Habet hoc obtrectatio, vt etiam si fidẽ faciat, tamen auditor prius de eo sentiat, qui narrauit. Idem.

Caue ne ipse detrahas alijs, aut alios audias detrahentes: non minus auribus quàm lingua fugias detractionẽ, nã detractor dum te videt nõ libẽter audire, non facile potest detrahere. Hier. ad Nep.

Vilium satis hominum est, & suam laudem quærẽtiũ, alios viles facere, quia alterius vituperatione se laudari putant, & qui suo merito placere nõ possunt, placere volunt in comparatione malorum. Ibidem.

Cum de aliquibus, qui sanctum nomen profitentur aliquid criminis vel falsi fonuerit, vel veri patuerit: mali satagunt & ambiunt, vt de omnibus alijs hoc credatur. Idem in Epist.

Ad condemnandum cæteros omne vitæ tẽpus absumimus, à quo vitio nec seculi homines, nec monachum aliquem inuenies liberum. Chr. in serm.

Facile calcare poterimus obtrectationis vitium, si conscientiæ nostræ recogitantes opprobrium, maluerimus proprium curare delictum, & hoc modo dum culpas nostras opponimus pessimæ consuetudini, gaudebimus de peccato damnasse peccatum, & quodãmodo vulnus curasse de vulnere. Euseb. Emis. Hom. 9.

Detractio est locutio ex inuidia, bonum aliorũ denigrans. Hug. in Didas.

Discat non murmurare, qui mala patitur, etiam si ignoret cur mala patitur, per hoc se quisque iustè pati arbitretur, quia ab illo iudicatur, cuius nunquam iniusta iudicia sunt. Isidor. 3. de Summo Bon.

Omnes

Omnem, qui palam veretur dicere, quod in aurē loquitur, ſuſpectum habeas: quod ſi coram te indicare noluerit, delatorem puta, non accuſatorem. Bernard. de Conſid.

ADVLATIO.

EX GRÆCIS.

NON poſſumus aliquo vti & amico & adulatore. Plutar. de Præcep. Coni.

Sicut extremū iniuſtitię genus eſt, eum iuſtū haberi, qui iuſtus non eſt: ita & adulatio eſt periculoſior, quæ latet, non ea, quam aliquis præfert. Plutar. de Amic. & Adulatore.

Adulatori ſemper curæ eſt ſecundas agere partes, ſicq; imitatur æqualitatem, vt ſuperetur: ſicq; inferior omnibus in rebus, præterq; in malis. ibidē.

Inter animalia immitia maximè noxium eſt tyrannus, inter mitia maximē adulator. Ibidem.

Aſſentatio gratior eſt admonitione. Demoſt. in Exo.

Ligna dū augent ignem ab illo conſumuntur, opem dum alunt adulatores, ab ipſis pereūt. Scob. libr.

Vt meretrices bona omnia præter mentem & prudentiam, ſuis amatoribus imprecantur: ſic adulatores ijs, quibus cum agunt. ibidem.

EX LATINIS.

¶Semper auget aſſentatio, id quod is à quo dicitur, vult eſſe magnum. Cice. in Læl.

Cauendum eſt, ne aſſentatoribus patefaciamus aures, in quo falli facile eſt, tales enim nos eſſe putamus, vt iure laudemur. Ibidem.

In obſequio comitas adſit, aſſentatio autem omniū vitiorum nutrix, procul amoueatur. Ibidem.

Blanditio cum vitioſa ſit, ac turpis in cætera vita, tamen in petitione magiſtratus eſt neceſſaria. Cicer. de Petitione Conſul.

Mihi hæreditates honeſtæ non videntur blanditijs officiorum, non veritate, ſed ſimulatione acquiſitæ. Idem. 3. Offi.

Regum opes ſæpius aſſentatio quàm hoſtis euertit. Curt. libr. 8.

Adulatiōis ſpecies eſt, cū laus poſtulationē præcedit.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Duo ſunt genera perſecutorū: vituperantium ſcilicet, & adulantium: ſed plus perſequitur lingua adulatoris, q̄ manus perſecutoris. Aug. ſuper ps.

Melius eſt argui à iuſto, quàm à peccatore laudari. Auguſt. Quæſt. 83.

Non facis mala: ſed ſi laudas malefacientem, hoc nō parum malum eſt. Idem pſalm. 4.

Beata mens, quæ nec adulatur aliquando, nec adulāti credit: quæ nec decipit alterum, nec ipſa decipitur: denique nec malum facit aliquando, nec patitur. Hier. ad Dem.

Iſto maximè tempore regnat vitium adulationis, quodq; eſt grauiſsimum, vt humilitatis ac beneuolētię loco ducatur. & ita fit, vt q̄ adulari neſcit,

aut inuidus aut ſuperbus reputetur. Ibidem.

Natali ducimur malo,& adulatoribus noſtris libenter fauemus:& quanquam reſpondeamus nos indignos,& calidus rubor ora perfundat, tamẽ ad laudẽ ſuã,anima intrinſecus lætatur. Idẽ ad Sab.

Adulari egregiè norũt auari. Chr.ſuper.ep.ad Heb.

Sicut finis oratoris eſt dictione perſuaſiſſe,& medici, medicina curaſſe: ſic adulatoris ſuauiloquio decepiſſe. ibidem.

Adulatio blanda omnibus applaudit,omnibus ſalue dicit,prodigos vocat liberales,auaros parcos & ſapiẽtes,laſciuos curiales,garrulos affabiles,& obſtinatos cõſtantes,pigros maturos & graues.hæc ſagitta leuiter volat,& cito infigit. Caſsiod.in Ep.

FRAVS ET SIMVLATIO.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Oportet eum, quicunq; decepturus ſit alium, ipſum minime decipi poſſe, & ſimilitudines & diſſimilitudines rerum cognoſcere. Plat. de Pulch.

Qui ab alio facile decipitur,& hoc nõ ſentit,ipſe etiã à ſe hoc patitur ſæpè. Ariſtot Elench.2.

Nemo mirari debet ab impio hoie eſſe deceptũ:magis mirari deberet ſi nõ eſſet decept9. Dem.2.Oli.

Diſſimulata actio melius ſubrepit. Quint.lib.4.

Simulatio amicitiæ repugnat maximè, delet enim veritatem,ſine qua nomen amicitiæ valere nõ poteſt.

teſt. Cicer.in Læl.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Dolus duplicat,cor ſimulatio duplicat,linguã,detractio vulnerat famam. Aug.lib.50.Hom.

Miſerius eſt mentiendo fallere, quàm mentientibus credendo falli. Idem ſuper Euang.

Simulata æquitas, nõ æquitas eſt,ſed duplex iniquitas:quia iniquitas eſt,& ſimulatio. Idẽ ſup ps.63.

Falſitatis mater ſimilitudo eſt. Idem lib.2.Sol.

Qui fraudulenti ſunt,fraudẽ & ipſi patiũtur:fraudẽ volunt facere generi humano in omnibus nequitijs ſuis,fraudem & ipſi patiũtur,vt terrena bona eligant & relinquant æterna.Idem ſuper pſal.42.

Simulatiõem falſitatis nemo niſi ſubtilioris ingenij facit. Idem.

Si caſtum me ſimulo,& aliud ſum in conſcientia, habeo gloriam mercenariã, ſed ſupplicia peccatoris: & in comparatione duorum malorum leuius eſt in alium peccare apertè, quã ſimulare & fingere ſanctitatem. Hiero.ſuper Eſai.

Non meretur audire veritatem,qui fraudulẽter interrogat. Hier.in Epiſt.

Nullares ſic exterminat bonum,quã ſimulatio, nã malum ſub ſpecie boni celatum,dum non cognoſcitur,non cauetur. Chryſ.ſuper Matth.

Calumniatores conuincere oportet, interrogantes autem docere. Ibidem.

Suſpitiõe qd caret,fraudi eſt opportunius. Nazãz.

Vtinam tam facile esset præstare, quàm facile est simulare bonitatem. Lac. libr. 6.

Falsum exprimere detestabiluis est, quàm verum tacere. Apud Iurisconsul.

HYPOCRISIS.

HYpocrita, si bonum est bonum esse, vt quid vis apparere, quod non vis esse? si autem malum est malũ esse, vt quid vis esse, quod non vis apparere? ergo appare quod es, aut esto quod appares. Chrys. super Matth.

Hypocreseos macula pauci carent. Hier. in Epist.

Quod maximè dissimulas, frequentius exit in lucem. Ibidem.

Hypocrita alienum tollit, quia iustorum laudem arripit. Greg. 4. Mor.

Hypocritæ dum lucere alijs student, sibi fiunt obscuri, quia lucem sanctorum imitantur, non ardorem. Ibidem.

Hypocritæ si timorem Domini ad mentem reducerent, hoc ipsum, quod hominibus placet, plus timerent. Idem. 11. Mor.

Hypocritæ sua opera perdidisse putant, si à nemine conspiciantur. Ibidem.

Hypocritarũ opera ante finẽ deficiũt. Greg. 8. Mo.

Deus hypocritis largitur dona operis, sed dona non largitur hæreditatis. Ibidem.

Hypocritæ pro peccatis alienis cruciabuntur. Ibid.

Hypo-

Hypocritæ gaudium ad similitudinem puncti est. Idem. 15. Mor.

Hypocritæ malũ sub lingua, nõ in lingua habẽt. Ib.

Hypocritæ sæpè in hæresim labuntur. Ibidem.

Hypocritæ viuunt alijs, & sibi moriuntur: eorũ facies rationalis est, corpus aũt bestiale. Idẽ in Past.

INIVRIA ET CONTEMPTVS.

EX GRÆCIS.

SI tam indignarentur illi, quibus non est facta iniuria, q̃ illi quibus facta est: nullũ in ciuitate admitteretur scelus. Arist. de diui. virt. & vit.

Vir vituperatur vltimo vituperio, quando nihil facit nisi propter seipsum. Idem Ethic. 11.

Peius est iniuriam facere, quàm pati. Plat. de Rhet.

Dedecora & pœnæ patris, nulli ex filijs consequi debent, nisi quis ordine habuerit simul patrem, auumq́;, & proauum morte dãnatos. Idẽ de Legi.

Omnibus respondere seruile est, omnes despicere stulti. Plut. de Poëtic.

Nihil est turpius cõuitio quod in auctorẽ recidit. ib.

Plus timeas vituperium, quã periculum. Stob. li. 1.

Ne iustæ querimoniæ pateas. Ibidem.

Non aspernandi sunt pauperes, satis ipsis in ipsa paupertate est mali. Ibidem.

EX LATINIS.

¶N on est cõtemnenda fortuna hominis, in quã dũ contemnimus, transire possumus. Senec. Ep. 47.

Nulla tanta potentia est in quam non irruat iniuria. Idem de ira, libr. 3.

Sæpè maiori fortunæ locum fecit iniuria: multa ceciderunt, vt altius surgerent. Idem Ep. 92.

Ab improbis irrideri, laudari est. Ibidem.

Solatium est iram potius, quàm contemptum pati. Quintil. Declam. 13.

Omnes læsi dolent, elati efferuntur. Cic. pro Cælio.

Quis honorem, quis gloriam, quis illud decus tam vnquam expetit, quá vt ignominiam, infamiam, & dedecus fugiat? Ibidem.

Iniuriam molientes, defensionem simul cogitant. Salu. in iugur. 8.

Veterē ferendo iniuriam, inuitas nouā. Pub. Mim.

Iniuriarum remedium, obliuio est. Idem.

Hominum immortalis est infamia, etiam tūc viuit, cum mortuam credis. Plaut.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Iniuria, virum fortem probat. Aug. psal. 92.

Nemo offendere, nemo prouocare audet eum, quē intelligit superiorem esse si pugnet. Ibidem.

Quid tibi prodest si exigis iniurias, quas pertulisti, vltio te reficit, ergò de malo alieno gaudes, passus es malum ignosce, ne duo sitis qui malum patiantur. Idem super psalm. 54.

Nullus se credat cōtempto proximo ad Deum quē diligit esse venturum. Idem de Mor. Cœl.

Contempserunt iudei in ligno pendentem, contemnis

nis tu in cœlo sedentem. Ibidem.

Nos in Dei iniurijs benigni sumus, & in nostris cōtumelijs exercemus odia. Hiero. super Matth.

Conuitium in fratrem homicidium est. Idē in Ep.

Stultum est frustra infamiam sustinere. Ibidem.

Assiduitas familiaritatem, familiaritas cōtemptum parit. Ibidem.

Non sunt contēnenda quasi parua, sine quibus magna constare non possunt. Ibidem.

Gloriosius est iniuriam tacendo fugere, quàm respondendo superare. si seruus conuitium diceat, iustus taceat, si infirmus iniuriam faciat, iustus sufferat, & si pauper criminetur, iustus non respondeat. Greg. 30. Mor.

Patienter illatam iniuriam tolerat, qui pie meminit fortasse adhuc ex se habere in quo ipse debeat tolerari. Ibidem.

Iniuriam faciēs à quo honoratur, iuste ab honore pellitur. Ibidem.

Non in eo debet despici quidquid fuit, qui iam cœperit esse quod non fuit. Greg. 16. Mor.

Sicut boni per contumelias meliores existunt, ita semper reprobi de beneficijs peiores fiunt. Ibidē.

Contumelia secundum inferentis mentē iudicatur. Idem super Ioan.

Vltra fœlicitatem constat esse victoriæ, inimicum saluum fecisse, nec iniuriam vindicasse. Idem in serm.

Qui non repellit à socio iniuriam si potest, tam

est in vitio, quàm ille qui infert. Ambr. de Offi.

Nihil sæuius, nihil virulentius, quam amari, sæuis sermones, quorum vulnera tanto difficilius curatur, quanto facilius proferuntur. Ibidem.

Sicut nihil est deformius quam respondere furioso: ita nihil vtilius quam tacere prouocatis; nullus est finis inimicitijs, si ad tempus non obtemperemus. Ibidem.

Parua verba multotiens perpetrarũt homicidium, & ciuitates integras euerterunt. nunquam parum æstimes fratrem stultum vocare, auferens ei prudẽtiam & intellectum, quo homines sumus & ab irrationalibus distamus. Chryſ. ſuper Matth.

Quidquid à quolibet hominum passi fuerimus, aut remissionem accipimus omniũ peccatorum, aut si tanta in nobis delicta non fuerunt, clarioribus honorabimur coronis. Ibidem.

Si vindicare vis male, & funestã ei dedisti plagã. Ibid.

Contemne diuitias & eris diues, contemne gloriam & eris glorioſus, contemne supplicia inimicorum & eos superabis, contemne remissionem & quietem & tunc eam recipies. Ibidem.

Omnia obtinuit qui, non solum quantum potuit, sedetiam quantum voluit habere contempsit. Auguſt. de Catis. Ind.

Quod fumus hodie nouimus, quod autem post paululum esse possumus, nescimus; si vero quos fortasse despicimus, & si tarde possunt in opere, possunt vitam nostram feruentioribus studijs ante ire: timendũ itaq; est, ne nobis cadẽtibus, surgat qui nobis stantibus irridetur. Greg. 15. Mor.

Si quis renunciat omnibus quæ possidet, & suis nõ renunciat moribus, non est Christi discipulus: qui enim renũciat rebus suis, sua abnegat: qui vero renunciat suis moribus, seipsum abnegat. Ibidem. 3. de Sum. Bo.

VITIVM.

EX LATINIS.

QVi armis vincit, vitijs vincitur. Sene. ep. 51.

Nullum intra se vitiũ manet, aliud ex alio oritur. Ibidem.

Vitia nostra quæ amamus, defendimus: & malumus excusare illa, quã excutere. Idẽ ep. 112.

Omne vitium cõtra naturam pugnat. Idem Ep. 113.

Nulli vitium est, nisi cui virtus esse potest. Ibidem.

Serpunt vitia, & contactu nocent, & in proximum quemq; transiliunt. Idem de Tranq. Ani.

Animi totidem vitia sunt, quot virtutes. Quint.

In quibusdam virtutes non habent gratiam, in quibusdam vitia ipsa delectant. Idem lib. 11.

Vitijs nostris per oculum in animum via est. Idem Declam. 1.

Finem aliquem sibi vitia ipsa excipiunt. Saluſt.

Nobis persuasi esse debemus, si omnes Deos cœlare possimus, nihil tamen auare, nihil libidinose, nihil intemperanter esse faciendum. Cice. 3. Offi.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Vitia sunt aliquando virtutum incitamenta. August. de Ver. Rel.

Vitia odienda sunt, non vitiosi. idem de quant. an.

In vitia, multis vicijs itur. idem. 9. de Ciuit. Dei.

Omnia vitia stultitiæ nomine includuntur. idem de Vit. Beat.

Vitiorum noticia non displiceat, sed ipsa vitia. idem. 9. de Trinit.

Homo vitium cui seruit dominum sibi facit. ibidē.

Vnum etiam vitium, à beatitudine excludit. idem libr. 4. de Bap.

Cum vitijs pugnandum est, quamdiu viuitur. idem contr. Iul.

Nihil vitiosum nascitur: sed vitium fit, si male vitamur affectibus: virtus, si bene. Hiero. ad Dem.

Quidam superbiam libertatis loco ducunt: adulationem pro humilitate suscipiunt, malitiam prudentiæ nomine amplectuntur, & stultitiæ simplicitatis nomen imponunt, hac fallaciatq; pessima similitudine decepti, de vitijs pro virtutibus gloriantur. ibidem.

Non tantum expellenda sunt vitia, sed refellenda. ibidem.

Si forte nos studio contra vitiorum incentiua constringimus: ipsa etiam vitia ad vsum virtutis immutamus: non nullos namq; ira possidet, sed hæc ad defensionem iustitiæ in vocem liberę auctori-

tatis immutant, nō nullos fortitudo carnis illecebrat, sed dū exercendis pijs operibus corpus subdunt, vnde iniquitatis stimulum passi sunt, inde pietatis lucrum merentur. Greg. in Mor.

Pluit vitium, vbi pluit aurum. idem in Reg.

Vitia, captum hominem diabolum faciunt. Chrys. ad Pop. Antio.

Sublimabūt nos affectus nostri, si fuerint infra nos, de nostris etiam vitijs, scalam facimus, si vitia ipsa calcamus. Euseb. de Asc. Domi.

Omnia penè vitia ex incredulitatis vitio oriūtur. Vitia ante conuersionem quasi pacem cum hominibus habent, quando autem expelluntur, acriora virtute consurgunt. Isid. de Sum. Bon.

MALITIA.

EX GRÆCIS.

Impossibile est mala penitus extirpari. Plat. & Sc.

Virtus sanitas est, prauitas morbus. ibidem.

Virtutis vna species est, prauitatis innumeræ. idem de Rep.

Malum est facile, & bonum difficile. Arist. Ethic. 2.

Malus mittit manum ad impossibilia. idem Pol. 5.

Qui malus est, & sapiens habetur: eo plura peragit mala quo acutius cernit. idem.

Sicut corpus ex valetudinario corpore ortum obseruari debet, sic malitiæ innatā similitudinem in adolescentium pullulantibus moribus. Plut.

Im-

Improbitas ex seipsa supplicium sibi instituit. Idem de ser. num. vind.

Malitia non potest in potestate latere. Idem.

Magnus artifex infœlicitatis est, ipsa peruersitas. Idem de Curios.

Fortuna nō est infœlicitatis effectrix: nisi improbitatis præsidio. Ibidem.

Peruersitas morum, omnem fortunam inamœnam facit. Idem de Virt. & Vit.

Acrior est in nocendo malignitas, quàm in iuuando amicorum dilectio. Ibidem.

Vir malus est, & is qui malum laudat: & is qui à bono vituperatur. Plut. ibidem.

Nullus vnquam bonam fortunam habuit, iniustus existens. Eurip. in Hel.

Mali semper timent. Ibidem.

EX LATINIS.

¶Nullum sine autoramēto malum est, auaritiæ pecuniam promittit, luxuria varias voluptates. Senec. Epist. 68.

Tantum quotidie nequitia proficit, vt satis cōsequatur, qui inter pessimos non est. Idem Epist. 81.

Adeo prævaluit nequitia, vt innocentia nō rara, sed nulla sit. Idem de ira. lib. 2.

Ad multorum amicitiam faciliorem aditum habet nequitia & audacia, quàm cuiusuis virtus, & integritas. Cicer. contr. Ver.

In his quæ à malis bene fiunt, hic tenendus est modus, vt appareat auctorem displicuisse, non factum. Plin. in Paneg.

Bonis nocet, quisquis pepercerit malis. Pub. Mim.

Noui ego hoc seculum moribus quibus sit malus: bonum malum esse vult, vt sit sui similis. Plaut.

Iniustos creuisse queror: tollūtur in altum, vt lapsu grauiori ruant. Claud.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Iniquitas florere perpetuo non potest. Aug. ps. 63.

Non mali, sed malum ex nobis est auferendum. Idem contr. Parm.

Non statim malum est, quod minus bonum est. Idē contr. Manich.

Mala etiá potentiam Dei prædicant. Idē. 22. de Ci. D.

Mali ppter vniuersi decorē creati. Id. 4. de Doct. Chr.

Nemo malus est natura, sed vitio. Idem. 14. de Ci. D.

Malus, vbiq; est malus. Idem. 2. contr. Don.

Malus primò sibi quisq; nocet. Idem psal. 34.

Melius iudicabit Deus de malis bona facere, quàm mala nulla esse permittere. Idem in Ench.

De malo nō desperandū est, quādiu viuit. Idē ps. 36.

Malis, malorum copia solatio est. Idem psalm. 96.

Mali, mali simulatione nō sunt lucrādi. Id. cōt. Mēd.

Pro malis orandum potius est, quam qui sint quærendum. Idem psalm. 139.

Semel malus, semper præsumitur malus, saltem in eodem genere mali. Apud Iurisconsul.

Malum vnum est causa multorum. Ibidem.

Oculo prauo vitiatoq; mala sunt, etiam quę optima.

Mali

Mali tolerandi, pacis causa. ibidem.
Mala populo, pter paucos immittũtur. Basi. & Fam.
Malitiæ magnus est labor. Chrys. Hom. 25.
Malitia semper armata est; nunquam veritatis ratione corrigitur. idem de Nat. Domini.
Malitia semper suum venenum seruat, vt hostiliter aduersetur animæ. idem Epist. ad Colo.
Impius ipse sibi pœna est. Ambr. de Offi.
Impietas fœlix periculosissima est. Chrys.
Malus nunquam nemo necessariò fuit. ibidem.
Ideo Deus potẽtiores esse iniustos permisit, vt essent qui ad malum cogere possent, & ideo virtus esset preciosa, quod rara. Lact. de ira Dei.
Improbitas facilis est captu. Nazanz.
Fit plerũq; vt dum iniqui correcta in se vitia defendere nequeunt, ex verecundia peiores fiunt, & sic in sua defensione superbiunt, vt quædam vitia cõtra vitam corrigentis exquirant. Greg. in Mor.
Sicut ignis amoris semper erigit: ita ignis malitiæ semper inuolui t quia & spiritꝰ sanctus cor quod replet eleuat, & ardor malitiæ ad inferiora semper incurvat. Greg. super Ioelẽ.
Prauę mẽtes tumultus intra se versare nõ cessãt, etiã cũ vacant: seruãt enim in cogitatione depicta, quæ amãt: vt quãuis nihil faciãt exteriꝰ, apud se tamẽ sub pondere inquietudinis laborant. idẽ. 5. Mor.
Vir duplex animo, incõstãs est in vijs suis. Ber. ser.
Qui sibi nequam, cui bonus? idem,
Malicognitio, malũ non est, sed actus. idẽ sup ps. 15.

Coër-

Coërceri omnino nõ potest, animus praua semel vitiatus, quia scelus sapere nescit, & ira consilium non habet. ibidem.
Prauitatis causa, est ignoratio sui. ibidem.

INIVSTITIA ET MALEFICIVM.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

VNius hominis aut tẽporis scelus, tori nationi ppetuã labẽ, & dedecus imponit. Dem. in Oli.
Nullum nephas est sine exemplo. Sen. ep. 76.
Mors per omnes it: qui occidit cõsequitur occisum. idem Epist. 94.
Tuta esse scelera possunt, secura esse non possunt. idem Epist. 96.
Nullum scelus impunitum est, quia sceleris in scelere supplicium est. ibidem.
Dignũ est odio scelus, qđ nõ habet causã. Quin. li. 7.
Difficillima est cuiusque grauissimi sceleris fides. ibidem. libr. 4.
Scelera non habent consilium. Ibidem.
Præter animum, nihil virium habet parricida. idem Declam. 1.
Omnia facinora causas, aut de cupiditate, aut de simultatibus trahunt. idem Declam. 15.
Summorum facinorum ipsa immanitas innocentia est. Quint Declam. 10.
Lucrifacit mortis atrocitatem, quisquis laudatus occiditur. ibidem.

Ni-

Nihil est crudelius morte hominum, quos populus occidit. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Qui sine publica administratione maleficum occiderit, velut homicida iudicabitur. August. de Ver. Innoc.

Parricidis legem nullam Solon constituere voluit. Idem. 3. de Ciuit. Dei.

Iniustitiam satius est ferre, quàm facere. Idem.

Qui fit nimiũ iust9, ipso nimio fit iniust9. Id. de ver.

Nihil interest vtrũ verbo, an ferro occidas. Lact. li. 6

Maleficio præda coniuncta est. Idem.

Maleficium nullum sine formidine est, quia nec sine conscientia est. Tertul.

Non est immunis à scelere, qui vt faceret impetrauit. Cypr. libr. 2. Epist.

Scelus vindicta sequitur. Ibidem.

Ita scelera festinant, quasi contra innocentiã festinatione præualeant. Idem 1. Epist.

Homicidij radix iracundia est. Chry. super Matth.

Nocens est, qui aut innocenti nocet, aut nocenti parcit. Ibidem.

EX GRÆCIS.

IGnorantia, causa est respondendi varia, & nõ eadem. Plut. de Sum. Bo.

Argumentum ignorantiæ est, à sapientibus dissentire. Idem de Mund.

Turpe est ignorare, quod omnibus scire conuenit. Arist. Rhet. 2.

Imperiti, velut distãtes à longè speculãtur. Id. Elen.

Ignorare turpia, melius est q̃ scire ea. Idẽ Metaph. 11.

Insipienti sapientia loquens decipere videtur. Euripid. in Bach.

Imperitia maiore ex parte omnibus dominatur. Ib.

Vnicum est bonum scientia, & vnicũ est malum insipientia. Diog. lib. 2.

In via nec propera, nec manum moueas, stulti enim inditium est. Ibidem.

Nemo stultus tacere potest. Ibidem.

Molesta res est, stulte sere cum stultis. Ibidem.

Sultitia mihi magna videtur intelligere quæ oportet, & ea non cauere. Demost. Olin.

Non est quicquam audatius, quam imperitia. Ibidẽ.

Stulti desyderant absentia, præsentia vero & si meliora præteritis, negligunt. Stob. lib. 2.

Stultus diues, mancipium est aureum. Ibidem.

Quod statua durius est, stultus est. Ibidem.

Timidus arma contra se habet, stultus autem pecunias. Ibidem.

Tonitrua pueros, & minę stultos territant. Ibidem.

Stultitiæ finis est infortunium. Stob. ibidem.

Imprudentibus satius est regi, quã regere. Ibidem.

Stultitia hæreditarium malum est. Ibidem.

EX LATINIS.

¶Imprudẽtes non ſibi relinquẽdi ſunt. Senec. Ep. 12
Omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui, niſi ſapienti ſua non placent. Idem Epiſt. 9.
Inter cætera mala hoc quoq; habet ſtultitia malum, quod ſemper viuere incipit. Idem Epiſt. 13.
Stulti vita moleſta eſt, trepida eſt, tota in futurum fertur. Idem, Epiſt. 15.
Omnium malorũ cauſa ſtultitia eſt. Cic. de. pet. cõs.
Omnes ſtulti in ſaniunt; & omnia ſtultorum plena ſunt. Idem 4: Tuſc.
Stultitiæ hoium nobis deuorãdæ ſũt. Id. ad clar. Ora.
Contra omnes ſapere, deſipere eſt. Ibidem.
Ideo difficulter ad ſanitatem peruenimus, quia nos ęgrotare ignoramus. Idem ad Bru.
Homines imperiti facilius quod ſtulte dixeris reprehendere, quam quod ſapienter tacueris probare poſſunt. Idem. 2. de Orat.
Hoc eſt maximum ignorantiæ malum, quod credit eum ſcire, qui moneat. Quint. lib. 12.

EX SACRIS, ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Poſt reuelationem veritatis factam, qui in eò quod errauerat perſeuerat, prudens & ſciens ſine venia ignorantiæ peccat. Aug. 4. de Bapt.
Ideo diuina præcepta data ſunt, vt homo de ignorãtia excuſationem non haberet. Id. de lib. arb.
Ille ignorans poterit excuſari à pœna, qui quod diſceret nõ inuenit, illis autẽ hoc ignoſci nõ poteſt, qui habẽtes a quo diſcerẽt, opã nõ dederũt. Id. l. qũeſt.

Igno

Ignorantia admirationis mater eſt.
Rerum ignorantia miſerum, rerum intelligentia facit beatum. Idem, 2. ſolil.
Stultus eſt in quo mens ſummam non habet poteſtatem. Idem. 1. de lib. arb.
Stultus eſt qui non credit demonſtrationibus prophetarum in paucis quæ reſtant, cum videat tam multa completa, quæ tunc non erant quãdo prædicabantur implenda. Aug. de ver. Innoc.
Stultitia miſera eſt, etiã ſtultorũ iuditio. Id. cõt. acad.
Qui ſe diligit ſtultum, nõ proficit ad ſapiẽtiam, nec fiet quiſq; qualis eſſe cupit, niſi oderit qualis ẽ. Ib.
Stultitiæ nomine õnia vitia cõtinẽtur. Id. ẽ vita Bea.
Non erubeſcẽdũ eſt homini cõfiteri ſe neſcire quod neſcit, ne dum ſe ſcire mentitur, nunquam ſcire mereatur. Idem ad Opt.
Eſt ſapienti ſeruire libertas: ex quo colligitur, quod ſtulto imperare ſeruitus eſt, & quod peius eſt, cũ paucioribus præſit, plurimis dominis & grauibus ſeruit: ſeruit. n. proprijs paſſionibꝰ, ſeruit ſuis cupiditatibꝰ, quarũ dominatio nec die fugari poteſt, nec nocte, quia intra ſe dominos habet, intra ſe ſeruitium patitur intolerabile. Hiero. ad Simp.
De duobꝰ imperfectis meliꝰ eſt ruſticitatẽ ſanctã habere, quã eloquẽtiã peccatricẽ. Idem ad nep.
Tanto quis ſtultior, quanto quis conatur ſapiens videri. Gr. in Mor. 18. (Id. 15. Mor.
Stultus ſi tacuerit an ſapiens ſit, aut ſtultꝰ, abſcõdet.
Sicut nec auris eſcas, nec guttur ſyba cognoſcit, ita

ſtultus ſapientiá ſapiẽtis intelligit. Idem. 14. Mor.
Deus per ignorantiã noſtrã nobis abſcõditur. Ibid.
Ignorans, in nocte eſt: Ibidem.
Inſipientiũ propriũ eſt, eſſe ad vouendũ leues. Naz.
Ignorantia fui initium omnis peccati, ignorãtia Dei cõſummatio eſt omnis peccati. Ber. ſup Cãt. ſer. 27
Ignorantiæ filiæ ſunt, falſitas & dubietas. idẽ ſer. 28
Ignoratur periculoſe quãdo veniat aut vadat ſpũs, non autem vnde veniat aut quo vadat. ibidem.
Imperitiam comitatur temeritas. Nazanz.

TIMOR ET TVRBATIO.

EX GRÆCIS.

VBI metus, ibi & pudor, ijq; ſunt cuſtodes ſufficientes. Plat. de Rep.
Homo perturbatus minus conſeruat orationes. Ariſt. 13. Elench.
Alteratio ſubita non habet principium. idem Ph. 2.
Sapiens non omnino perturbationibus caret, perturbatur autem modice. idem, apud Diog.
Res timoris plenæ cogunt eũ cui accidunt ad actiones turpes. idem Etic. 2.
Boni viri color non mutatur, nec timet nimiũ. Plu.
Quod timẽt facile oderunt omnes. idem.
Mali ſemper timẽt. ibidem.
Omnia periculoſa ſuadentur, cum per hoſtilẽ terrã graditur. Eurip. in Ph.
Nemo beatus, nemo fœlix eſt, qui in metu eſt, qui ſuſpectam habent vitam. ibidem.

Qui habent vnde viuant, grauatim militatũ abeunt & pericula formidant. Demoſt. in arg.
Ad incutiendum terrorem, quædam vltra fidem verecunde amplificantur. ibidem.
Metus adulationem parit. ibidem.

EX LATINIS.

¶Omnium animos mala aliena atq; repentina ſolicitant, nec ad ictum tantum, ſed ad crepitum exagitamur. Senec. Epiſt. 74.
Quidquid expectatũ eſt diu, leui⁹ accidit. idẽ ep. 79.
Multos fortuna liberat pœna, metu neminem. ibid.
Neceſſe es multos timeat, quẽ multi timẽt. id. de ira.
Paruulis noctiũ turbamur offenſis: excitãt nos exigui plerumq; metus, vox incerta lõginqua, & aliquando ipſum ſilentium. Quint. Declam. 2.
Non eſt innocentiæ metus cum timentur aliena tormenta. idem Declam. 7.
Vt aliquid crudele ſæuũq; ſit, metus facit. id. Dec. 11.
Timor non diuturni officij magiſter eſt. Cicer.
Plus in metuendo eſt mali, quàm in eo quod metuitur. Idem ad Torq.
Omnes quorum in alterius manu vita poſita eſt, ſæpius illud cogitant, quod poſſit cuius in poteſtate ſunt, quã quod debeat facere. idẽ pro Le. man.
In ſummo periculo timor, miſericordiam non recipit. Cæſar de Bel. Gal.
Verecundia liberorum eſt, metus autem ſeruorum.
Primus metus adimit conſilium, recogitatio vero

confidentiam reddit. Ibidem.

In pauore, ſimile prudentiæ eſt, alienum conſilium, ſuo præferri. Ibidem.

Timor eſt emendator acerrimus. Ibidem.

Dolendi modus eſt, timendi non eſt. Pli. lib. 8.

Ingenioſior eſt ad excogitandum metus, amore. Id. in paneg.

Trepidatio conſcientiæ inditium eſt, non memoriæ vitium. Idem lib. 7.

Canis timidus vehementius latrat. Ibidem.

Strenuus metus eſt, velocior tamen ſpes. Ibidem.

Stultum eſt timeri, quod vitari non poteſt. Pub. mi.

Non timentur quæ ex vſu ſunt. Veg. lib. 3.

Metꝰ & periculũ exhortationẽ audire nõ ſinũt. Ibi.

Pars victoriæ eſt inimicum turbare antequam dimices. Ibidem.

Iuſtiorem cauſam fortes metuunt. Ibidem.

Externus timor, maximum in vrbe concordiæ vinculum, Liu. 1. dec. lib. 2.

Metus ſemper malus interpres eſt. Ibidem.

Metus verecundiam vincit. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS, ILLVSTRIBVS.

¶ Expedit multo bene timere, quã male fidere. & vilius eſt, vt infirmum ſe homo cognoſcat, vt fortis exiſtat: quàm fortis videri velle, vt infirmꝰ emergat. Aug. ſuper. Pſal.

Timor præſens ſecuritatem gignit ſempiternã. Ibi.

In metu cum aliqua ſpes ſubeſt, vehemẽtiores vires appa-

rent. Ibidem.

Quando timore pœnæ non amore iuſtitiæ fit bonũ, nondum bene fit bonum: nec fit in corde, quod fieri videtur in opere, quando mallet homo non facere ſi impune poſſet. Aug. cont. pela.

Timendũ nõ eſt quod vitari nõ poteſt. Id. de ver. D.

Timor animę tortor eſt. Idem pſal. 48.

Quia dhuc bene agit, quia timet pœnã, non dũ amat non eſt inter filios. Idem de verb. D.

Spirituales homines in ſcandalis malorum non perueꝛſitate, ſed charitate turbantur. Idem ſup Ioan.

Emendatio nulla, vbi metus nullus. Tertu.

Timor hominis, Dei honor eſt. Ibidem.

Humani terrores fumo ſunt ſimiles. Greg. Epiſt. 37.

Quidam niſi territi deum timere neſciunt. Id. 19. M.

Qui timere ſe deum cognoſcit, ſe ſapientiam habere intelligit. Ibidem.

Ne iudicium diuinum timeatur, timendum eſt. Idem in Hom. 26.

Timor nequitię impiorum teſtis eſt. Idem. 12. Mor.

Timor ſine ſpe in deſperationẽ pręcipitat. Id. 1. Reg.

Si placere deo veraciter cupimus, ipſa etiam bene geſta in nobis timeamus. Idem 9. Mor.

Facile deuiat â iuſtitia, qui in cauſis nõ deum ſed hominem per horreſcit. Chry. de Bap.

Humanus timor diffidentiã tribuit, diuinus autem ſpei firmamenta concedit. Caſ. Pſ. 14.

Timor expellit peccatum, timor repellit vitiũ, timor cautũ facit hominẽ, vbi timor nõ eſt, ibi deſolatiũ

est vitæ: vbi timor nõ ẽ, ibi despatio ẽ. Gre. i simb.

In veritate didici nihil efficax eque esse ad gratiã promouẽdam, retinendam, recuperãdam: quam si omni tempore inueniaris coram deo non altum sapere, sed timere. Bern. cant. ser 59.

Timor sine charitate pœnam habet. Ibid.

IMPATIENTIA.

EX GRÆCIS LATINIS, ET SACRIS.

MAGNVM malum est, ferre non posse malum. Bion. apud Diog. lib. 4.

Non fert vllum ictum illa sa fœlicitas. Sen. de prouerb.

Ipsa, quæ mater est omnium, per impatientiæ vitium virtus charitatis amittitur. Greg. in past.

Impatientes quædam nescita produ̇t. Idem. 21. Mor.

Dominus iratus sæpè concedit impatientibus quod petunt. super. psal. 7.

Impatientia inimica sæpe potestati est. Id. 20. Mor.

Absurde dicitur mallem non esse, quàm miser esse. August. 2. de lib. arb.

Impatientia malum malo cumulat. Idem de Pat.

Magna cũ delinquimus, vix ferimus reprehẽdi. Ber. Cant. serm. 37.

Impatientia Deum contra nos prouocamus. Chry. 2. deli b. arb.

MVTATIO ET INCONSTANTIA.

EX GRÆCIS.

VITÆ genus aliud atq, aliud identidem mutare à molestijs, & perturbationibus animũ eximere nequit. Plut. de tranq. ani.

Incostantia fastidit amicos. Idem de ami. & adula.

Permutatio tristis res est, cui vero semper male est, nihil dolet, ex consuetudine infælix existẽs. Eur.

Omnia mortalia propter necessitatẽ, naturæ in mutationibus voluuntur: dum aut à meliore in deteriorem statũ trãseunt, aut contra. res. n. natæ augentur, aut vigent, vigentes senescũt, & tandem corrumpuntur. Idem in hip.

Ipsa dies quandoq; parẽs, quãdoq; nouerca est. Ibid.

Clarissimæ olim vrbes, nũc nihil sunt: quæ nunc maximè superbiunt, eandem aliquando fortuná experientur. Demost. in arg.

Quanta res est miseratio mortalium! Quia nõ nunquam eorum quos oppugnauerunt, opem implorare coguntur. Ibidem.

Similis est vita theatro, quo circa pessimi quiq; sæpius honoratissimum inter homines tenent locum. Ibidem.

EX LATINIS.

¶Nusquam est, qui vbiq; est. sen. Epist. 2

Non conualescit planta quæ sæpius transfertur. Idẽ.

Tam facile seruũ tuum ingenuũ videre potes, quá ille te seruum. Ibidem.

Meliora præteruolãt, deteriora succedũt. Id. íEp. 109

Quidam vt aliquid sui videãtur afferre, etiam recta

mutarunt. Quint.lib 3.

Dies intermissus vnus,aut nox interposita sæpe tur bat omnia,& totam opinionem,& parua nonnũ quam cõmutat aura rumores. Cic.pro Mur.

Sæpe tempore fit, vt quod plerunq; turpe haberi so leat, habeatur nõ turpe. Idem.3. off.

Non põt quisquã nostrum subito fingi, nec cuiusq; vita mutari,aut natura conuerti.Idem pro Scil.

Vindex insolentiæ, varietas humanæ conditionis est. Max.libr.4.

Plerumq; mutatis rebus,ea quoq, mutata videntur quę manent. Plin.libr.8.

Nescis quid optes,aut fugias,ita ludit dies.Pub.Mi.

Simul parta decora,vnius horę fortuna euertere so let. Liui. Declam,3.lib.10.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶In omni mutabili creatura vel natura nonnulla mors est, quia facit in ea aliquid non esse, quod erat. Aug.contr.Max.

Afficit,& mutabile est,omne quod patitur. Ibidem.

Inconstantia ex leuitate generatur. Greg. in Past.

Inconstantes se ipsos negligunt. Ibidem.

Frustra currit velociter,qui priusquam ad metã peruenerit deficit. Idem.1.Mor.

Tria sunt quæ vagam mentem stabilem faciũt,vigi liæ,meditatio,oratio: quarum assiduitas & iugis intentio, confert animæ stabilẽ firmitatẽ. Cassio.

Mutabilitas affectionum animæ, diuina mutat nomina. Bernard.in serm.

Mutatio hominis per ignorãtiam lachrimosa est.Idẽ in.Cant.serm.38.

Mutatio turpis est,de meditationibus sanctis, ad seruitutem carnis. Ibidem.

INVIDIA.

EX GRÆCIS.

Inuidet & cãtor cãtori,&egen⁹egeno. Plu.pbl.1.

Sicut rubigo ferrum,ita inuidia inuidos cõsumit. Diog.libr.6.

Tamdiu mihi fortunatus videor,quàm diu inuidio sus fuero. Ibidem.

Inuidus,sibi ipsi hostis est. Ibidem.

Sapientiæ potius quàm diuitiarum causa inuidere licet. Stob.libr.2.

Inuido vultu & in terrã deiecto, aut magnum malũ contigit:aut alteri magnum bonum. Ibidem.

Inuidia seditionis parit initium. Ibidem.

EX LATINIS.

¶Quàm magnus mirantium,tam magnus inuidentium est numerus. Senec. de Vit.Beat.

Inuidia virtute parta,non inuidia,sed gloria putãda est. Cicer.in Cato.

Qui inuidet,minor est illo cui inuidet. Plin.libr.6.

Alienum nobis,nostrũ plus alijs placet. Pub.Mim.

Ipsa inuidia supplicium suum est. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Quem

¶Quemadmodum columna, si recto fuerit acceptò pondere, amplius confirmatur: si autem modicè obliqua fuerit, nō solum non cōfirmatur, sed amplius vadit ad latus: sic & cor hominis, si fuerit rectum, vidēs opera viri iusti, amplius cōfirmatur: sed si cor peruersum fuerit, non solum non confirmatur, sed magis ad inuidiam excitatur. Aug.

Inuidia mater est superbiæ, sed ista mater superbiæ nescit esse sterilis, vbi fuerit continuo parit: suffoca matrem, & non erit filia. Idem de Ver. D.

Tolle inuidiam, & tuum est quod habeo: tolle inuidiam, & meum est quod habes. Ibidē de Ver. D.

Inuidia diabolum, fecit diabolum. Cypr. 15. Epist.

Inuidia, homicidij radix est. Chryf. super Gen.

Inuidia nō solū multos, sed & optimos tāgit. Nazā.

Tanto quis alijs inuidet bona præsentia, quanto minus ea ipse contempserit. Greg. super Mor.

Inuidi color pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, membra frigescunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor. Gre. in Mor.

Inuidia, occultum vulnus est. Cypr. in Epist.

Inuidia alienas iacturas suos quæstꝰ existimat. Chr. super Matth.

Dolere intra nos ipsos debemus: si inuidos nos esse sentiamus. Bernard. super Cant.

Rara virtus est alienæ non inuidere virtuti, ne dum gaudere ad illam. Ibidem.

Inuidet quidem dæmon sed hominibus, nulli vero dæmonum: tu vero cum sis homo inuides homini.

nibus. Chrisost. super Matth.

Quomodo ais proficere possum qui fratri proficienti inuides? si doles quod inuides, sentis: sed non consentis. Ibidem.

CVRIOSITAS.

EX GRÆCIS.

RIdiculum est cū quis sua ignoret, aliena scrutari. Plat. de Phil.

Curiositas, adulteriū est alienę voluptatis. Ib.

Multa cognoscendi studium, comitatur garrulitatis vitium. Ibidem.

Vt non sis iracundus, ne sis curiosus. Sene. de ira. 3.

Satis superq; est cuiq; suarum rerum cura; alienis nimis implicari, nimis molestum est. Cice. in Lęl.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Multo facilius inuenit syderum conditorem humilis pietas, quàm syderum ordinem superba curiositas. Aug. de Eclip.

Omnis indoctus curiosus est. Idem de Mir. sacr. scr.

Curiositas causa fere est omnium quæ cognoscuntur à nobis. Idem. 12. Conf.

Curiositas, cum temperantia pugnat. Ibidem.

Tādiu quis peccata sua quę flere debet ignorat, quādiu aliena considerat. Prosp. de Vit. Beat.

Quæ Deꝰ occulta esse voluit, nō sunt scrutāda, quæ autem manifesta fecit, non sunt negligenda, ne & in

in illis illicite curiosi, & in his damnabiliter inueniamur ingrati. Idem de Noc. Gen.

Vbi inuestigare non vales, quare ita iudicet Deus: sufficiat tibi scire quis iudicet. Ibidem.

Lauda & venerare quod agitur, quia tuum est nescire cur agitur. Ibidem.

Pius pulsator plerumq; inuenit, quod temerarius scrutator inuenire non potuit. Ber. super Cant.

Maiestatis scrutator opprimetur à gloria, non mirator, Ibidem.

IMPVDENTIA.

QVisquis pudore vacat, non sentit dolorẽ ex turpiter factis. Plut. de Vit. Verec.

Impudentia falsò magnanimitas putatur. Idem.

Impudentia, maximus ad vitia dux est. Stob. lib. 2.

Quantum Deo displicet impudentię peccatum, tantum verecundia placet. Bernar. super Cant.

Impudentẽ, mala conscientia facit. Chr. sup. act. Ap.

Cum impudẽtia cor hominis obdurauerit, vt nõ paueat, nõ terreat, nõ contremiscat ad peccatũ, ea iã demum non impudentia, sed desperatio est, Ibid.

VSVRA.

FOENVS onus intolerabile est, etiam diuitibus. Plut. de Vsur. Vit.

Si necessarijs contenti essemus, pessimum vsurę genus non inueniretur. Ibidem.

Delicię fœneratores fecerunt, nõ secus ac aurifices, vnguentarios, ac tinctores. Ibidem

Peior ciuis estimatur fœnerator, q̃ fur, Cat. d̃ re. rust.

Fœneratio etiam ijs inuisa est, quibus succurrit. Col. de Re. Rust.

Vsuræ liberos homines seruos faciunt. Pub. Mim.

Et vestis vsura est, & esca vsura est, & quodcunq; sorti accidit vsura est: quod velis ei nomen imponas, vsura est, Amb. de Dauid.

Qui sub vsura accipit, sub tempore quasi beneficium sentit, sed vsura per oẽs eius facultates decurrit, & totum conuertit in debitum. Chrys. super Mat.

LATRO ET FVRTVM.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

NEMO ad humanum sanguinem propter ipsum venit, aut admodum pauci: nudũ latro transmittit, etiam in obsessa via pauperi pax est. Senec. Epist. 14.

Nulli etiam cui rapina fœliciter cessit, rapti gaudiũ durauit in posterum. Idem Epist. 17.

Nullum est aliud latronũ beneficium, nisi quod cõmemorare possint sese ijs vitã dedisse, quibus nõ ademerint. Cicer. Phi. 2.

Furto sublata quædam, fertilius proueniunt. Ibidẽ.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Si

¶Si propterea non feciſti furtum quia times ne vi-
daris, intus in corde feciſti: furti reus teneris & ſi
nihil tuliſti. Auguſt.

Si pœnale eſt clanculò auferre: multo maioris pœnæ
eſt violenter eripere. Idem.

Fur nocturnus ſi occidatur, non committitur homi-
cidium. Id. lib. 2. quæſt.

Quod inueniſti, & non reddidiſti rapuiſti. Idem de
Verb. Apoſt.

Si cum diabolo arſurus eſt qui nudum nõ veſtiuit,
vbi putas arſurus eſt qui veſtitum ſpoliauit? Aug.
de Verb. Domi.

Non rapiẽdum eſt malis, vt bonis eleemoſyna fiat.
Idem libr. 5. Hom.

Furtum ex ſegnitie eſt. Ibidem.

Pauperibus non dare tuliſſe eſt, quando enim quis
poteſt eſurientibus ſubuenire, & non paſcit, extin-
guit: pudeat illis tolli quibus iubemur offerre. vl
tra omnem credulitatem eſt velle fieri diuitem
de mendicitate pauperis. Caſsiod. lib. 2.

SCANDALVM.

PEccauit in te frater tuus, ſi tu ſolus noſti, in te
ſolum peccauit, nam ſi multis audientibus tibi
fecit iniuriam, etiam in illos peccauit, quos te-
ſtes ſuæ iniquitatis effecit. Aug. 1. de Verb. Do.

Hoc certiſsimè ſcito, quod placere Deo & prauis ho
minibus nemo poteſt, in tãtum ergo ſe exiſtimet fra-

fraternitas tua omnipotenti Deo placuiſſe, quã-
tum peruerſis hominibus diſplicuiſſe cognoue-
ris. Greg. in Mor.

Si de veritate ſumitur ſcandalum, vtilius permit-
titur naſci ſcandalum, quàm veritas relinquatur.
Idem ſuper Ezech.

In noſtro bono opere aliquãdo cauendum ſcandalũ
proximorum eſt, aliquando pro nihilo reputan-
dum. Idem in Mor.

Scandalum, male ſcandalo reſarcitur. Bernard. de
Præcep. & Diſcip.

Cum carpuntur vitia, & inde ſcandala oriuntur,
ipſe ſibi ſcãdali cauſa eſt, qui fecit quod argui de-
beat, non ille qui arguit: non ergo timeas contra
charitatem eſſe, ſi vnius ſcandalum multorum pa
ce cõpenſaueris: melius eſt enim vt pereat vnus,
quàm vnitas. Ibidem.

LITIGIVM.

DIuerſitas opinionũ ẽ cauſa litis. Ariſt. Met. 2.

Multi litigãt in foro, nõ tantũ vt ipſi aliquid
conſequantur q̃ vt alios moleſtent. Heſiod.

Forum & litigium vitet, qui ſupra modum diues nõ
eſt. Ibidem.

Maior plerumq; lite, quæſtio eſt. Quint. Decl. 1.

Nihil bono viro magis conuenit, quam abeſſe à ci-
uilibus controuerſijs. Cicer. ad Atti.

Inter turbas cauſarum non moueri, magni eſt ani-

mi. Gregor. in Reg.

Contentionis finis nunquam inuenietur, si ea quæ iudicata sunt differantur. Ibidem.

Contentiones de terrenis diu habere, religiosis indignum est. Ibidem

CONTVMACIA.

IN male cæptis honestior videtur pertinacia quã pœnitentia. Senec. de ira.

Cuiusuis est hominis errare, nullius nisi insipientis perseuerare in errore. Cicer. Phil. 2.

Absit ptinax cõtẽtio in familiari sermõe. Amb. d Of.

Pertinaces plus de se q̃ sunt sentiunt. Greg. in Past.

Turpe est mutare sententiam, sed veram & rectam; nam stultam & noxiam, etiam laudabile & salutare est. Sicut autem constantia non sinit hominem deprauari, sic pertinacia non sinit corrigi. Proinde sicut illa laudanda, sic ista emendanda est. Aug. ad Cel.

LOQVACITAS.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

MVLTA cognoscendi studium, comitatur garrulitatis vitium. Plut. de Curios.

Si continuẽ & celeriter multa loqui signũ esset prudentiæ, hirundines dicerentur multo nobis prudentiores. Ibidem.

Auaritia quædam est omnia velle dicere, & nihil audire. Ibidem

Fieri non potest, vt garrulitatem non comitetur maledicentia. Ibidem.

Mallem indiscretam prudentiam, quam stultam loquacitatem. Gel. lib. 1.

Non iteratũ dicitur, quod factum esse nescitur. Ibid.

Loquacitas in fœmina impudicitiæ signum est. Ber. de Pas. Dom.

ABVSIO.

PRimus gradus abusionis erit, si sine operibus bonis sapiens prædicator fuerit, qui quod sermone docet, ope cõplere negligit. Aug. d Abus.

Secũdus gradus abusionis est, si sine religione senex esse inueniatur: plus enim omnibus religioni operam dare conuenit, quos præsentis seculi florida ætas transacta deseruit. Ibidem.

Tertius gradus est, Si sine reuerẽtia adolescens, quo mũdus recto ratiõis tramite deprauatur: qualiter náq, in senectute illi sibi ministrari sperabit, q in adolescẽtia se obedientem exhibere cõtẽpsit? Ibi.

Quartus grad⁹ est, Dies sine eleemosyna, qui superflua vsus sui, quę custodiẽdo in posterũ recondit, indigẽtibus nõn distribuit: per quæ efficitur, vt dũ in terra quæsita diligenti custodia recõdit, cœlestis patriæ perẽne thesaurũ amittat. Ibidem.

Quintus gradus est, fœmina sine pudicitia, sicut n. ões bonos mores custodit & ꝓcurat i viris prudẽtia sic in fœmina cũctos honestos actus fouet, nutrit,

& custodit pudicitia. Ibidem.

Sextus gradus est, Dominus sine virtute, quia nihil profuit dominandi habere potestatem, si dominus ipse non habet virtutis rigorem. Ibidem.

Septimus gradus est, Christianus contentiosus, qui cum participationem nominis Christi per fidem & baptismum susceperit, contra Christi dicta & preposita, mũdi caduca delectamẽta diligit. Ibid.

Octauus gradus est, Pauper superbus, qui nihil habens, in superbiam extollitur: cum è contrario diuitibus seculi, non superbe sapere per apostolum imperatur. Ibidem.

Nonus abusionis gradus est, Rex iniquus: etenim regem non iniquum, sed iniquorum correctorem esse decet, vnde in semetipso nominis dignitatem custodire debet. Ibidem.

Decimus gradus est, Episcopus negligens, qui gradus sui honorẽ inter homines requirit, & non ministerij sui dignitatem coram Deo, pro quo legatione fungitur, custodit. Ibidem.

Vndecimus gradus est, Plebs sine disciplina, quæ cũ disciplinæ exercitationibus non seruit communi domino, se perditionis laqueo constringit.

Duodecimꝰ gradus est, Populꝰ sine lege, qui dũ Dei dicta, & legũ scita contẽnit, per diuersas errorum vias perditionis laqueũ incurrit. Auguſt. Abus. 12.

Duodecim sunt abusiones claustri, quibus tota religionis summa corrũpitur: scilicet prælatus negligens, discipulus inobediens, Iuuenis ociosus, senex obstinatus, monachus curialis, religiosus cauſidicus, habitꝰ preciosus, cibus exquisitus, rumor in claustro, lis in capitulo, dissolutio in choro, irreuerentia iuxta altare. Hug. de Clauſ. Ani.

Ridicula & periculosa res est speculator cæcus, præcursor claudus, præco mutus. Gilb.

IGNAVIA.

DIVES si ignauus & desidiosus fuerit, pauper erit. Pub Mim.

Cum multo dolore vident sapientes ignauiã eorum, quibus consultũ velint. Dem. 1. Olin.

Homines socordes præsentia negligũt, futura bene successura putant. Ibidem.

Aduersariorum ignauia, sæpẽ magis crescunt aliquam suis opibus. Ibidem.

Ignauiã comitatur mollities, effœminatio, torpor, & vitæ desiderium, subest etiam timiditas & contentionis detractio. Ariſt. de Vir. & Vit. diu.

Nullus ignauus in celebrem virum euadit. Euripid. apud Stob.

Sæpẽ tedio laboris ad vtilitatem sui compelluntur ignaui. Curt. lib. 5.

In suo quisq; negotio hebetior est, quã in alieno. Ibi.

Ignauũ pectus est qd nullis precibus excitatur. Ibi.

Segnitiẽ inducunt secundæ res. Liui. lib. 3. dec. 3.

Desidia, fomes est omnis malitiæ. Chryſo.

Studium studium generat, ignauia ignauiã. Idem.

EX GRÆCIS.

DOCENTES alios mentiri non decet. Arist.
Mentiri seruile vitium est, & cunctis mortalibus insectandum. Plu. de Educa. Libe.
Mendax hoc lucratur, vt cum vera dixerit ei non credatur. Diog. libr. 5.
Mendax, ab hoste non differt. Home. Odis. 9.
Mentiens nemo, celat alios multo tempore. Ibidem.
Sæpè delinquentibus, mentiri est promptissimum. Stob. libr. 2.
Mendacium non veteraſcit. Ibidem.
Mendax a puero castigandus. Ibidem.
Mendacium veritatis opus aliquando est. Home.

EX LATINIS.

¶ Tenue est mendacium, perlucet si diligenter inspexeris. Senec. Epist. 80.
Magis odimus mendacium, quod simile vero est. Quint. Declam. 21.
Mendacio paratur autoritas. Idem Declam. 8.
Mendacem memor esse oportet. Ibidem.
Quidam cũ nullum crimen obijcere possunt, de mendacij magnitudine veritatẽ captant. Idẽ Decl. 11.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Multum interest quo animo, & de quibus rebus quisq; menciatur. Aug. in Ench.
Mentiri non licet, nec pro Dei laude. Idem Ep. 8 Fal.

Falli minus malũ est, quã mentiri. Idẽ de Doct. Chr.
Mẽtiri nullo modo licet, sed verũ occultare aliquando. Idem super psalm. 5.
Mendax non est qui falsum dicit, putãs se dicere verum. Ansel. super Epi. ad Cor.
Nonnunquam peius est mendacium meditari, quam loqui: nam loqui plerunq; precipitationis est, meditari vero studiosæ prauitatis. Greg. 8. Moral.
Falsa sunt quæ falsis congruunt. Lactan. libr. 3.
Cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequã mentitus eras, mentiẽdo efficis quod vitaueras. Idem.
Mutuũ sumere, mẽdacij principiũ est. Basi. in Hir.
Mendacia sibi ipsa mentiuntur. Chry. super Matth.
Mẽtiri furantem necessarium est. Idem ad Pop. Ant.
Concessum est diabolo aliquando vera dicere, vt mẽdacium suum rara veritate cõmẽdet. Idẽ sup Mat.
Quisquis dicit pro temporali hominis vita esse mẽtiendum, ab itinere æternæ salutis exorbitat. Aug. contr. Mend.

PRODITIO.

EX GRÆCIS

INsanire mihi videtur, qui sibi firmam amicitiam cum eo fore persuasum habet, qui fraternam prodiderit. Plat. de Frat.
Proditionem amo, sed proditorem non laudo. Ibid.
Insidiator pro hoste habendus est. Demost. Decl. 3.

Cauere insidias magis necessarium est quàm insidiatores vlcisci. Idem exor. 62.
Homo frugi proditor non fit. Stob. libr. 2.

EX LATINIS ET SACRIS.

¶ Vigilandum est semper, multæ enim insidiæ sunt. Cicer. pro Planco.
Fallũtur qui proditionis præmiũ spectãt. Cur. lib. 5.
Proditio celeri pœna vindicanda est. Max. lib. 9.
Nullis meritis perfidia mitigari potest. Cur. lib. 7.
Satius est insidias subire semel, quàm cauere semper. Tranq. de Iul. Cæs.
Semel proditori, nulla dãda est fides. Liui. li. 4. Dec. 3.
Nullus perfidis tũ tus locus est. Ambr. in Hex.
Vbi mille sunt insidiæ, virtus vera vincit. Veg. li. 2.
Frequentius conuentionum simulatio, quam arma nocuerunt. Ibidem.

INSANIA.

INsania hominibus spontaneum infortunium est. Stob. lib. 2.
Insanimus omnes, cum irascimur. Ibidem.
Eo insaniæ ventum est, vt nostra cuiusq; vita magis ex alijs quam ex sé pendeat. Plut. de tranq. Ani.
Dementis est ipsum sibi malam facere fortunam. Colu. lib. 2.
Nihil interest, quàm ex honesta causa quis insaniat. Hier. in Epist.
Extremæ dementiæ est parua reijcere, vbi magna cõ sequi

sequi non valeas. Chrys. super Ioan.
Præcipuus animi morbus dementia est. Plut.
Senes cum venia deliranr, iuuenibus autem turpissima est deliratio. Ibidem.
Phrenesis nulla maior existimari potest, quàm impœnitentia cordis, & obstinata peccandi voluntas. Bernard. de Conuers.
Insania quædam sancta est. Idem.

CVPIDITAS ET AVARITIA.

AVarorum doctrina est: tanti te ipsum putato, quantum habueris. Plut. de Cup. Diuit.
Studium pecuniæ, est vnũ ex desiderijs præternaturam. Arist. Phy. 2.
Auarus non substantiam possidet, sed ab ipsa possidetur. Diog. lib. 4.
Nec à mortuo sermonem, nec ab auaro gratiam expectes. Ibidem.
Ambitio & auaritia nullam necessitudinis rationem habent. Demost.
Accipere si non esset, malus nullus esset. Apud Sto.
Irrationabilem auaritiam citius consument abiectæ res partę, quàm crescentes quotidiè opes. Ibidem.
Auaritia, omnis improbitatis est metropolis. Ibidẽ.

EX LATINIS.

¶ Potiꝰ à fortuna impetrem vt det, quam ab auaro vt non petat. Senec. Epist. 15.
Viri boni auiditas, tuta est. Idem Epist. 23.

Nulli potest secura cõtingere vita, quide re producenda nimis cogitat. Senec. de Paup.

Auaritia tẽporis tantũ honesta est. Idẽ de Breu. Vit.

Omnia tanquam mortales timemus, omnia tanquam immortales concupiscimus. Ibidem.

Tam deest auaro quod habet, quàm quod nõ habet. Quint. libr. 8.

Cupiditatis moderator, pudor est. Cicer. 2. de Fin.

Ea desideramus maximè, quibus abũdamus. Idẽ. Par.

Corrupti sunt mores, admiratione diuitiarum. Idẽ 2. de Offi.

Illi morbo qui permanet in venis, & inhæret in visceribus, nec inueteratus euelli potest, nomen est auaritia. Cicer. 4. Tuscul.

Auaritia senilis vituperanda est maximè: põt enim quicquam esse absurdius, quam quo minus viæ restat, eo plus viatici quærere? Cato Maior.

Ij penates, id regnum, ea ciuitas, æterno in gradu facile stetit, vbi minima veneris, pecuniæque cupido fuit. Max. lib. 3.

Auaritia animũ & corpus effœminat. Sal. in cõiu. cat.

Ira atq, cupiditas consultores sunt pessimi. Ibidem.

Auarus nisi cum moritur nihil recte facit. Pub. Mi.

Auaro quid mali optes nisi vt viuat? Idem.

In nullum auarus bonus est, in se pessimus. Ibidem.

Inopiæ parua desunt, auaritiæ multa. Ibidem.

Effugere cupiditatem, regnum est vincere. Idem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Qua-

¶ Quare laborat? cui laborant? filijs meis inquiunt. & ipsi quibus? filijs suis: nemo ergo sibi. August. super psal. 125.

Minus voluptatibus stimulatur, qui non est vbi frequentia voluptatum est: & minus auaritiæ molestias patitur, qui diuitias non videt. Idem de Sing. Cler.

Cupiditas & auaritia in tantum vnum malum sunt, vt nec, cupiditas sine auaritia, nec auaritia sine cupiditate possit inueniri. Idem ad quend. Com.

Non est in carendo difficultas, nisi cum fuerit in possidendo cupiditas. Idem lib. Conf.

Tanto magis adhæret Deo quilibet, quanto minus diligit proprium. Ibidem.

Non solum auarus est qui rapit aliena, sed etiam qui cupidè seruat sua. Idem in Quod. Ser.

Auarus antequam lucretur, se ipsum perdit, & antequam capiat capitur. Ibidem.

Auaritia nõ vitiũ est auari, sed animæ peruersæ amãtis aurum derelicta iustitia, quæ debuit anteponi auro. Idem. 2. de Ciuit. Dei.

Auari Deus nũmus est. Ansel. super Ep. ad Eph.

Peccatum auaritiæ mentem quam infecerit, ita grauem reddit, vt ad appetenda sublimia attolli non possit. Greg. 4. Mor.

Mẽs auari quæ prius ex abũdãtia requiẽ quæsierat, postea ad custodiam grauius laborat. Idẽ. 14. Mor.

Auarus si potentiorem videt, timet raptorem: si inferiorem, suspicatur furem. Ibidem.

Tanta

Tanta infœlix auarus patitur, quanta pati timet. Ib.
Cupiditas ad ea comparãda nobis data est, quæ sunt ad vitam necessaria. Lact. lib. 6.
Non est morbus cupere, sed cupidum esse. Ibidem.
Multis nomẽ paupũ, auaritiæ occasio est. Hier. in ep.
Multos facit auaritia inter diuitias indigere: iudiciũ enim Dei est, vt in eo quo quis delinquit puniatur. Petr. Rauen.
Auaritia crudeles efficit eos q; ei seruiũt. Chr. Ho. 84.
Auarus cõmunis hostis est, & vbiq; inutilis. Ibid.
Auar⁹ libẽti⁹ carnẽ suã tradit, quã aurũ. Chr. ho. 14.
Cupiditas & alacritas contraria sunt. Idem Hom. 19.
Auarus corpus suum diabolo prostituit. Ibidem.

ERROR.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

PARVVS error in principio, in fine fit maximus. Aristot. 1. de Cœl. & Mun.
Non est in bello bis errare. Plut. in Apoph.
Fortiter factis errata condonentur. Ibidem.
Quis sagittarius artis suæ tam peritus est, vt aliquando non aberret à scopo? Demost. 1. Olin.
Recti apud nos nomen obtinet error, vbi publicus factus est. Senec. in Epist.
Nemo sibi tantum errat, sed alteri erroris causa & autor est. Idem de Vit. Beat.
Et mala sunt vicina bonis: errore sub illo,
Pro vitio virtus crimina sæpè tulit, Ouid.

EX

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Nimis peruersè seipsum amat, qui & alios vult errare, vt error suus lateat. August. 15. de Trinit.
Homo falsus docẽdus est, fallax autẽ cauẽdus. Ibid.
Diligendi sunt homines, vt eorum non diligantur errores. Idem ad Marcel.
Erroris proprium est, vt quod tibi displicet, etiam Deo displicere cogites. Idem. 2. cont. Man.
Errare nõ potest qui nihil appetit, aut appetit quod debet. Idem. 2. de Libr. Arbitr.
Non errare angelicum est, errorem defendere diabolicum. Idem. 2. de Bap.
Error ex eo est homini, quod sibi est incognitus. Idẽ 5. de Ord.
Error in plurib⁹ est, correctio autẽ in paucis. Amb. de Offic.
Errores etiam fortissimi virinon potuerunt cauere. Idem in Apolog.

VIOLENTIA.

NVllum violentum est perpetuum. Aristot. de Cœl. & Mund.
Violentia comites habet inimicitias & periculum. Stob.
Longam facit operã quod repugnamus. Quin. li. 12.
Genus seruitutis est coacta libertas. Ibidem.
Nulla pœna est nisi inuito. Idem Declam. 11.

Nihil

Nihil tam facile est, quod non fiat difficile, si inuitus feceris. Ibidem.

Nihil iurr tam inimicum, quam vis. Cicer. pro Cæc.

Vi opus est, vt vim repellamus. Curt. lib. 8.

Inuitus & volēs & nolēs pōt esse. Aug. de dua. anim.

Inuitus qui facit, etiā voluntate fecisse videtur. Idē de Spirit. & Anim.

Nemo inuitus bene agit, etiā si bonū est qđ agit. Id.

Non omne quod vi sumitur, injuriose auferur. Idem Epist. 54.

Cogi homines, & nō docere, inutile est. Idē Ep. 12.

SPECTACVLVM ET LVDVS.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

VITA sine festiuitatibus, via est longa sine diuersorio. Stob. lib. 2.

Iocus sæpè numero, remissio status dici est. Plat. de Sum. Bon.

Statim à primis annis pueri honestis iocis assuefaciendi sunt: nam si iocis minus decentibus assuescant, nunquam legitimi probiq; viri euadere poterunt. Ibidem.

Ludendi quidam retinendus est modus, vt ne nimis omnia profundamus, elatiq; voluptate in aliqua turpitudinem elabamur. Cicer. 1. Off.

Aduersus miseros inhumanus est iocus. Quin. lib. 4.

EX SACRIS, ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Spectacula theatri, vere insaniæ sunt. August. de Cath. Rud.

Quotiescunq; aliquos ex filijs vestris ad spectacula quasi ad aliquod opus bonum currere cognoscitis, vos qui iam Deo propitio ista despicitis, castigate eos, & abundantius pro eis domino orate, qa illos cognoscitis ire in vanitates & insanias falsas, & negligere quo vocati sunt. Aug. lib. 50. Hom.

Quare diabolus quotidie spectacula proponit, nisi vt his delectationibus capiat quod amiserat. Idē de Symb.

Ludus honestus societatis causa fieri potest. Idem contr. Faust.

Speculatorum admiratio eloquentiam Dei in contemptum ducit. Chrys. super Esa.

Membra nostra quæ iam consecrata sunt, lusibus & ineptis motibus dare non conuenit. Ibidem.

Nugis & fabulis sacerdoti aperire os illicitū est, assuescere autem, sacrilegium. Bernar. 2. de Conf.

OTIVM.

EX GRÆCIS.

INgenium hominis, ceu cariem & senium in otio contrahit. Ibidem.

Pueri collocēt otiū in quatuis honesta re. Ibidē.

Laboris condimentum est otium. Ibidem.

Homo sanus otiosus, quam febricitans multò miserior est. Stob.

Idem

Idem est otiosus & malus ciuis. Ibidem.

EX LATINIS.

Nihil tam certum est, quàm otij vitia negocio discuti. Senec. Epist. 57.

In otio inconcusso iacere non est tranquillitas, malitia est. Epist. 68.

Nihil otio literario suauius est. Cicer. 5. Tuscul.

Satius est nihil agere, quàm otiosum esse. Pli. in Ep.

Multa otium secretumq; inuenit ac dictat. Ibidē.

Nihil agendo homines, male agere discūt. Col. lib. 11.

Animi, otio & copia lasciuiunt. Liui. 1. Dec. lib. 2.

Otium plebis rumores excitat. Ibidem.

Luxuria & otio, disciplina militaris tollitur. Ibidē.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶In otio agnoscitur Deus, sed non in otio desidiæ, sed in otio cogitationis. Aug. de Ver. Relig.

Qui otiosus est & quietus non cogitat Deum, quomodo, inter actus multos & laboriosa negotia, de illo poterit cogitare? Idem de Ver. Innoc.

Otium sanctorū quærit charitas veritatis, negociū iustum suscepit necessitas charitatis. Ibidem.

In otio viuens, aliorum res concupiscit. Anſ.

Nihil tam facile quā otiosum & dormiētem de aliorum laboribus & vigilijs disputare. Hier. in Epist.

Otium parit fastidium, & exercitium famem, fames autem miro modo dulcia facit, quæ fastidium facit insipida. Ibidem.

Nihil in sancto proposito deterius est otio, quod nō solum modò nō acquirit noua: sed etiam peracta consumit, sanctæ vitæ ratio processu gaudet & crescit, cessatione torpescit, ac deficit. Quotidianis ac recentibus virtutum incrementis instauranda mens est, & viuendi hoc iter, nō de trāsacto, sed reliquo metiendum est. Ibidem.

Otium, maleficij principium est. Basil.

Ab otiosis ad noxia verba, à leuioribus ad grauiora venimus. Greg. in Past.

Otiositas mater nugarum, nouerca virtutum est, inter seculares nugæ sunt, in ore vero sacerdotis blasphemiæ. interdum tamen si incidant, ferenda: referendæ nunquam.

Monstruosa res est gradus summus, & animus infimus, sedes prima, & vita ima: lingua magniloqua & manus otiosæ. Idem in Epist.

In otio, cauendum est otium. Bernard. super Cant.

Sapientiæ otia, negotia sunt: & quo otiosior sapientia, eo exercitatior in suo genere. Ibidem.

Subito procedenti de vmbra ad solem, de otio ad laborem: male cernitur omne quod inspicit. Ibidē.

Si propterea otiosum est verbum, quod nullam rationabilem causam habeat: quam rationē de hoc poterimus reddere quod est præter rationem? Idem super Cant.

MORA ET NEGLIGENTIA.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

IN ipsa mora, malorum sunt remedia. Eurip.
Cunctantem, maximè Mars odit. Ibidem.
Omnium nostrum vita cuctando perit, & hinc est quod vnusquisq; nostrum inter negotia moritur. Stob.
Negligẽtia nascitur, ex re bene gesta. Liui li. 3. dec. 1.
Incitantur homines ad cognoscenda quæ differuntur. Plin. lib. 9.
Magnum iræ remedium, mora est. Senec. li. 2. de ira.
Nihil difficilius est, quam differre gaudia. Quintil. Declam. 2.
Plerunq; sera, pro nullis sunt. Ibidem.
Maxima vitæ iactura, dilatio est. Senec. de Brev. vit.
Pigro supplicij loco, labor est. Idem Epist. 71.
Nam mora dat vires, teneras mora percoquit vuas,
Et validas segetes, quod fuit herba facit. Ouid.
Vidi ego quod fuerat primo sanabile vulnus
Dilatum longæ damna tulisse moræ. Idem.
Helleborum frustra cum iam cutis ægra tumebit
Poscẽtes videas: veniẽti occurrite morbo. Pers. sat. 3.
Tolle moras: semp nocuit differre paratis. Luc. li. 2.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Sunt quidam intra sanctam Ecclesiam constituti qui vitam quidem ab omni crimine custodiunt, sed tamen in agenda quælibet bona, non assurgunt: qui non frigidi nec calidi sunt: quia non sufficit mala cauere, nisi studeat quis bona facere. August. de Spi. & lit.

Hominem negligentem, res dubia facit. Chrys.
Incerta punitio, negligentiores facit malos. Ibidem.
Omnes sumus in minimis cauti, in maximis negligẽtes: hoc ita fit, quia vbi vera vita sit ignoramus Hier. de Hem. perf.
Neligẽtia sæpè de virtute facit peccatũ. Gre. 13. Mo.
Vitanda negligentia est, nam in grauiore periculo desperationis inditium est. Bern. super psalm.
Quodammodo custodiri negligentius solet, quicquid creditur facile posse reparari. Casiod.

PVSILLANIMITAS ET PIGRITIA.

PVsillanimitas vitium est, per quod neutrã sortunam, nec honorem nec ignominiã ferre possumus. Arist. de Virt. & vit. diuis.
Nec pigri quidem sua fata disponunt, sed vnicũ bonum diuturnã vitam putantes, sæpè acerba mors occupat. Curt. lib. 9.
Grata est pigritia corporum fatigatis. Idem lib. 8.
Pigri est ingenij contentum esse ijs, quę sunt ab alijs inuenta. Quint. lib. 10.
Pigritia, malitiæ coniuncta est. Basil.
Pusillanimes, ad cr̃onẽ vix assurgunt Ber. sup Cãt.
Experimento probatum est accidiæ impugnationẽ, non declinando fugiendam, sed resistendo superandam. Casiod. de Vit. Mon.
Natura humana sicut duris laboribus instruitur, ita per otia torpentia fatuatur. In Epi.

Propria hæc est ægritudo desidiosi viri, vt vigilanti corpore somnia videat. Basil.

VOLVPTAS.

EX GRÆCIS.

VOluptas, refugiũ doloris est. Plat. d̃ sum. Bo.

Propter voluptatem mala operamur, & propter tristitiá à bono recedimus. Arist. Eth.

Delitiæ, fœneratores, vnguentarios, aurifices, actiones fecerunt. Plut. de Vit. ui.

Voluptas corruptibilis est, honos autem immortalis. Diog. lib. 2.

Natura delitias nõ postulat, refocillationem autem postulat, quæ media est inter voluptatem & laborem. Plut. de Tuend.

Ipse voluptatis cõtemptus, si assuefecerimus iucundissimus est. Ibidem.

Mali viri, voluptates malæ. Eurip. in Supl.

Voluptates venari cõuenit, quæ labores sequuntur, non illas quæ præcedunt.

EX LATINIS.

¶ In præcipiti voluptas ad dolorem vergit, nisi modum teneas, modum autem tenere difficile est in eo quod bonum esse credideris. Senec. Ep. 4.

Quemadmodum scelerum etiam si non sint deprehensa, cum fierent, solicitudo non cum ipsis abijt, ita improbarum voluptatum etiam post ipsas pœnitentia est. Epi. 27.

Qui

Quidam voluptatibus suis seruiunt, non fruũtur, & quod malorum vltimum est, mala sua amant, tunc autem consumata est infœlicitas, vbi turpia non solũ delectant, sed placẽt, & desinit esse remedio locus, vbi quæ fuerant vitia, mores sunt, Ibid.

Effœminat animos amœnitas. Epist. 51.

Proba istas, quæ voluptates vocantur, vbi trãscendens modum pœnæ sunt. Epist. 84.

Vis ciborum voluptates contemnere, exitum expecta. Epist. 111.

Id actum est ab illo mundi conditore, qui nobis viuendi iura descripsit, vt salui essemus, non delicati, ad salutem omnia apparata sunt & in promptu, delitijs oĩa miserè ac solicite cõparantur. Ep. 120.

Malorum esca voluptas est, qua homines capiuntur, vt hamo pisces. Cat. Ma.

In voluptatis regno, non põt virtus cõsistere. Ibid.

Impedit consiliũ voluptas, & rationi inimica est, ac mentis perstringit oculos. Ibidem.

Nemo est dignus nomine hominis, qui vnum diem totum velit esse in voluptate Cice. 2 de Fini.

Fluit voluptas, & prima quæq; euolat, & sæpius relinquit causas pœnitẽdi quá recordandi. Ibidem.

Omni voluptati, maximè finitimum est fastidium. 2. de Orat.

Cogitate in animis vestris, si quid per laborem rectè feceritis, labor ille cito recedit à vobis, bene factũ autem nunquã recedit, sed si quę per voluptatem nequiter feceritis: volũptas cito abibit, nequi

ter factum semper manebit. Gel. libr. 16.
Voluptates abeuntes, considerandæ sunt.
Voluptates peregrinę vigorē animi extingunt. Liu. 1 dec. lib. 8
Trahit sua quemq; voluptas. Verg.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS

¶Minus voluptatibus stimulatur, qui non est in frequentia voluptatum, & minus auaritiæ molestias patitur, qui nō videt diuitias. Aug. de singul. Ele.
Delectatio illecebrosa cogitationis, & si paruam in anima moram faciat, fœda tamen post se relinquit vestigia. de Confide.
Voluptas, mortis est fabricatrix. Lact. lib. 6.
Te moneo vt delectamenta ista terrena, pro magnis ac veris non habeas, quæ sunt non tārum fallacia, quia dubia, verū etiam insidiosa, quia dulcia. Ibid.
Delitiæ animum resoluunt, & aliquando spinæ sunt Chrysho. 24.
Delitiæ, ad cōrporum necessitatē non pertinēt. Ibid.
Pulchros homines, voluptati imperare difficile est. Ibidem
Voluptas, grauis fera est. Ibidem.
Dimicauerunt patres nostri contra asperrimos dolores, nos contrario demicemus cōtra molliſsimas voluptates. vicerunt illi tormenta flāmarum, vincamus nos ignea tela vitiorum. Euse. in quad.
Quot illecebras, quot oblectamenta mundus videtur

tur habere, tot patitur tribulationes, tot sustinet tormenta vir iustus. Val. in scut.

CRVDELITAS ET VINDICTA.

EX GRÆCIS.

CRudelitas & perfidia, deterrent a deditione & reconciliatione. Demost. 1. Olyn.
Optima inimici vindicta est, te honestum & bonum virum præstare. Diog. de vtil cap.
Humanū habetur, si quando per occasionem incide rit, vltionem inimici negligere. Ibidem.
Nemini intendendæ minæ, muliebris enim res est. Idem, li. i.
Vltio vltionem vocat, & cædes cædem. Eurip.
Vltio, passio iniustitię est. Ibidem.
Vindex, & malus & miser est. Ibid.

EX LATINIS.

¶Crudelitas minime humanum malum est, indignumq; regio animo, ferina ista rabies est: sanguine gaudere ac vulneribus: & abiecto homine in syluestre animal transire. Ibidem.
Rectius est in auctores criminū vindicari ad multos metus, ad paucos pœnæ pertinet. Veg. lib. 2.
Sæuitia non vltra fata procedit. Quint. dec. 12.
Superbiæ & crudelitati, & si feræ, non tamen leues veniunt pœnæ. Liu. lib. 3. dec. 1.
Lętu gradu ad vindictā sui, diuina procedit ira, & tarditatē supplitii grauitate compensat. Max. lib. 1.

CRVDELITAS ET EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Vindicari velle, est de alieno malo lętari. August. super Leuit.

Vindicta iustorũ est: vt omnes mali pereãt: pereunt autem duobus modis, aut conuersione ad iustitiam, aut amissa persupplitium potestate aduersus bonos. Quæst. Euang.

De beneuolentia non de malitia est, cum lętatur iustus in impios processisse vindictam, quoniã non ei peccatoris exitium placet, quem voluit corrigi, sed iustitia Dei, qua scit multos posse cõuerti. Aug de Ver. Iure.

Si quis Christianus ad tempus vindicet, non acerbe nec cum sanguine nõ peccat: melius tamen faciet, si relinquit iudicio Dei. Lib. Quæst.

Libet hominem vindicari cum non dum sit Christus vindicatus: non dum martyres vindicati, adhuc, expectat patientia Dei: vt reuertantur martyrum inimici, ille qui nihil nos læsit, non vult se vindicari de nobis, & nos quærimus vindicari, qui quotidie Deum offendimus. ibid.

Si vindicare vis, sile, & funestam ei dedisti plagam. Chryſ super Matth.

Surgamus ad vindictã, non quia lęsi sumus: sed quia disciplina seruetur, mores corrigantur, licentia comprimatur. Lact. de ira Dei.

Non minus mali est referre iniuriam, quàm inferre. Ibidem.

Ira

Ira in vindicta malorum, sequi rationem, non præire debet. Greg. Ep 9.

In vlciscendis vitijs sæpè crudelitas fit, & iustitia putatur. 32. Mor.

CONCVPISCENTIA, LVXVRIA, ET ADVLTERIVM.

EX GRÆCIS.

ANimalia multum coëuntia, cito senescunt. Arist. de Longitud. vitæ.

Amatores aggrediuntur audacter terribilia, causa concupiscentiæ. Eth. 3.

Iræ & cõcupiscentiæ venereorum, transmutãt corpus, & quibusdam insanias faciunt. Eth. 7.

Adulterium, curiositas est alienæ voluptatis. Plut. de Curios.

EX LATINIS.

¶Luxurioso frugalitas pœna est, pigro supplitij locolabor est. Senec Ep 72.

Vacat pudicitia, libi lo occupatissima est, De Ira.

Non nutritur feruor concupiscentiæ, vbi frui licet. Quint Decla. 13.

Fœlix qui non nisi facultates, in lupanari effudit. Declam. 15.

Libidinosa & intemperans adolescẽtia, effœtum corpus tradit senectuti. Cat Ma.

Facilior est transitus de virtute ad luxuriam, quàm de luxuria ad virtutem.

Luxuria & otio, militaris disciplina tollitur. Liu. 4 dec. lib. 10.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Cor habet in ventre gulosus, lasciuus in libidine, cupidus in lucro. Aug. de Ciu Dei.

Libido in paupere culpabilior est Quæst. ex vtroq;

Concupiscentia minui potest, extingui non potest. Cont. Iul.

Meretrices tolle, & omnia libidinibus turbabis. Aug. 2. de ordinat.

Adulter de omnibus suspicatur. Chrys. ad test.

Fornicatio otiosis peculiare crimen est. Ibidem.

Libido nescit modum, & in fornicationem non corpus, sed in continentia ducit. Chrys. super. Mat.

Adulterium, naturę iniuria est. Amb. in hex.

Luxuriose viuentes: senes non fieri expedit. Chrys. super Math.

Adulter, non prolem sed voluptatem quærit. Anst. ad Cor.

Adulter est in suam vxorem amator ardẽtior. Hier. in Epist.

Luxuria ętatem omnem fędat, senectutem extinguit, Ibidem.

Non est morbus libidine cõmoueri, sed esse libidinosum. Lact. de ira Dom.

Nihil sic ad domandum carnalium desideriorum appetitum valet, quam vt quisq; hoc vnum quod diligit: quale futurũ sit post mortẽ pẽset. Gr. 26. mor.

Ex quo luxuria alicuius mentem occupat, vix eum bona cogitare permittit, sunt tñ desideria viscosa quia ex suggestiõe oritur cogitatio, ex cogitatiõe affectus, ex affectione delectatio, ex delectatione cõsensus, ex consensu operatio, ex operatione cõsuetudo, ex consuetudine desperatio, ex desperatione defensio, ex defensione gloriatio, ex gloriatione damnatio. Ibidem.

Omnis infernalis luxuria, cuius materia gula, cuius flamma superbia, cuius scintilla praua colloquia, cuius fumus infamia, cuius cinis immunditia, cuius finis gehena. Hier. in Epist.

TEMERITAS.

TEmeritas res fallax est Diog. lib. 2.

Temeritas, impetus est sine ratione. Scob. l. 1.

Omnis actio & temeritate & negligentia vacet. Cic. 1. offi.

Temerarium est secundis non esse contentum. Pli. libr. 4.

Temeritas fœlix, nunquam inuenit modum. Ibid.

Vnum est temeritatis solatium, perpetua fœlicitas. Ibid.

Nimium præceps est, qui transire contendit, vbi conspexerit alium cecidisse. Aug. de Ascensio.

Qui se dicit scire quod nescit, temerarius est: qui se negat scire quod scit, ingratus est. Ibid.

Compescat se humana temeritas, & id quod non

non est, non quærat, ne quod est non inueniat. Idem contra Manich.

Non sibi quisq; præponat & dicat: habere volo quod vincam. Ibidem.

Imperitiam comitatur temeritas. Nazianz. 3.

Fortitudo si non pro causa honesta, aut nulla necessitate cogente certum periculum fugerit, in temeritatem conuertitur. Lact.

INGRATITVDO.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

INgratitudinem potissimum imprudentia sequitur, & ad omnem turpitudinẽ dux est. Stob. li. 2.

Ingratus quisquis est, is maiorem in modũ deos, parentes, ac patriam negligit. Ibidem.

Ingrati cum iniurioſis cõnumerandi sunt. Ibidem.

Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris. Pub. Mim.

Paupertas multos ingratos facit. Plaut. in Pœn.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Qui se dicit scire quod nescit, temerarius est, qui se negat scire quod scit, ingratus est. Aug. de Ascen.

Ingratitudo displicet Deo, tanquam radix totius mali spiritualis, & ventus quidam desecans, & vrens omne bonum, obstruens fontem diuinæ misericordiæ super hominem. Idem in Soliloq.

Benefeciſti homini, & ingratus est homo, non te pœniteat bene feciſſe, ne fundas pœnitẽdo, quod impleſti miſerendo. Idem de Verb. Apoſt.

Si gratiam homini non referre simile homicidio est: quantũ crimen erit Deo nõ referre. Amb. de Offi.

Suspecta res est, verbis beneficia rependere. Ibidẽ.

Nulla est intolerabilior contumelia, quàm quæ pro beneficijs rependitur. Ibidem.

Amico vero gratiam referre, ingratitudinis genus est. Lact. libr. 3.

Non est æquum, ob ingratitudinẽ quorundam frustrari cunctos. Ibidem.

Ingratitudo nullam recipit excuſationem. Ibidem.

Sicut boni per cõtumelias meliores euadũt, ita sẽper reprobi de beneficio peiores exiſtunt. Greg. in Homil.

Peruerſi cordis est, occaſiones ingratitudinis inueſtigare, nemo id facit, niſi qui etiã gratis ingratus est. Bern. ſuper Cant. ſer. 52.

Gratiarum, certè ceſſat decurſus, vbi gratiarum non fuerit recurſus, nec modo nil augetur ingrato, ſed qđ acceperat ei vertitur in pernicie. Idẽ de Quad.

Peremptoria certè res est ingratitudo, hoſtis gratiæ, inimica ſalutis, exinanitio meritorum, virtutum diſperſio. dico ego pro meo ſapere, nihil ita diſplicet Deo, præſertim in filijs gratiæ, in hominibus cõuerſionis. Idem in ſent.

Forte clemẽtia est ingratis negare quod poſtulant: nec cõtingat vt tanto grauius de ingratitudine iudicentur: quanto magis accumulatis beneficijs, ingra-

ingrati probamur extitisse. Ibidem.

EBRIETAS.

TEmulentus, bis puer est. Plat. de Leg.
Senes in primis, fœminæ cæteris minus vino capiuntur. Plut. in Prob.
Quicunq; ebrius si domo manserit, sapiens est. Ibid.
Ebrietas nihil aliud, q̃ insania volũtaria ẽ. Sen. ep. 84
Ebrietas facit delictum minus puniri. Apud Iurisc.
Primum ebrietatis malum est, pudititię periculum. Greg. de Virg.
Vir ebriosus, cum se putat bibere vinum, bibitur à vino. Aug. de Salu. doc.
Ebriositas vbi est, non sola esse potest, quis enim ebriosus non contentiosus, non animosus & inuidus, & arguentibus se grauiter inimicus? iam vero vt & fornicator & adulter nõ sit difficile est. Idem. 4. de.

GVSTVS ET GVLA.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

ÆDificant homines tanquam immortales, & obsonãt tanquã parũ victuri. Plut. de cup. diu.
Sunt qui acutius pollent sensu palati, q̃ cordis, Ibid.
Vitium ventris & gutturis non solum minuit ætatẽ hominibus, sed aufert. Cicer. pro Clu.
Fastidiẽtis stomachi est, multa degustare, quę vbi varia

tia sunt, coinquinãt potius quã alũt. Senec. Ep. 2.
Nullus animalib⁹ nisi ex fastidio nostro, pax est. Ib.
Epularũ repletio, vim veneni tardat. Liui. dec. 1. li. 10

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Saturitas, castitati inimica est. Aug. de Verb. Do.
Sæpè edendi ratio seruit gulæ, & seruire se simulat indigentiæ naturæ. Ibidem.
Non propter porcum, sed propter pomum, mortem primus homo inuenit. & Esau primatum suũ, nõ propter gallinam, sed propter lenticulam perdidit. Aug. super Epist ad Rom.
Gula dicit ad esum, omnia munda mundis, & quid aliud est nolle cibo saturari, quàm diuinæ contradicere ordinationi? Idem de Confes
Cor habet in ventre gulosus, lasciuus in libidine, cupidus in lucro. Ibidem.
Gula per abstinentiam frangitur. Idẽ. super. 1. Reg.
Gulæ vitio resciso, multa vitia simul domãtur. Ibid.
Valde absurdum est nimia saturitate velle placare martyrem, quem cognouimus Deo placuisse ieiuniis. Hier. in Epist.
Gustus diuinæ præsentiæ variatur animæ, pro diuinis eius desideriis. Bern. super Cant. Ser. 30.
Condimentorum sensus in palato terminatur, deinceps vero indiferens est quod ingeritur, omnia, vsq; ad fœtorem alternante natura. Super Matth.
Nihil tam contentiosum est, & pronum in lites quã venter plenus. Ibidem.

Ven-

Venter vino estuás cito spumat in libidinem, venter enim & genitalia vicina sunt, & vnum alteri subministrat: ex vicinitate enim membrorum, sequitur confœderatio vitiorum. Hier. in Ep.

PERIVRIVM.

PEriurus est, qui etiam per id quod nihil est falsum iurat. Aug. de Ver. Ap.

Falsum iurantem audiens & tacens, peccat. Idē Quæst. super Leui.

Nemo est qui frequenter iuret, qui aliquando non periuret, sicut qui consueuit multū loqui, aliquando loquitur importuna. Chrys. super Matth.

Testis de falso non punitur, qui in accessorijs mentitur, si in principali verax sit. Apud Iurisconsultos.

Testis falsidicus tribus est personis obnoxius, primum Deo, quem periurando contemnit, consequenter iudici, quem mentiendo fallit, postremo innocenti quem falso testimonio lędit. Isid. 3. de Sum. Bono.

Periurium tolerabile est, in promissis nō honestis. Ambr. de Offic.

Tertia

TERTIA SENtentiarum pars, quæ varias materias continet.

REGNVM.

EX GRÆCIS.

REX debet se habere ad subditos sicut pastor ad oues. Arist. Etic. 8.

Non contingit eum bonum principem agere, qui sub principe non fuit. Idem, Poli. 3.

Præcipua principis virtus, prudentia est. Ibidem.

Nimis viles & egeni nesciūt principem agere. Arist. Polit. 4.

Oportet principem bonos honorare, & ipsum eis honores distribuere: supplicia autem non per se, sed per alios distribuere. Idem Polit. 5.

Pater & filius non debēt simul principem agere: nec maior & minor filius. Ibidem.

Princeps debet esse Dei cultor, quia minus timent homines iniustum pati à principe, si Dei cultorem eum esse sentiunt. Arist. Ibidem.

Princeps nullum virum totius sui dominij debet facere

Eo cere

cere custodem. Ibid.

Regnum saluatur per amicos. Ibid.

Si princeps aliqué à potestate sibi tradita deponere velit, gradatim debet hoc facere, & non simul totam potestatem auferre. Ibidem.

Concedendum est regi aliquatenus vt regno fruatur. Plu. de Pol.

Regum mores, maximè ex mente, & vocibus reprehenduntur. Idem de Virt. Alex.

Principes ministri sunt Dei ad curam & salutem hominum: vt bona quæ Deus illis largitur, partim distribuant, partim seruent. Idem de Doc. Princ.

Princeps magis timeat ne quid mali faciat, quam ne quid patiatur. Ibid.

Licet regi & affectu fieri philosophum, & fortuna manere principem. Ibid.

Reges Deorum sunt discipuli, Idem de Discip. Phil.

Reges vnum honoris ac gloriæ fructum, cum multis incommodis compensant. Plut. in conui. 7. Sapien.

Imperium nemini conuenit, qui quibus imperat, melior non sit. Idem in Apoph.

Ditare magis est regium, quàm ditescere. Ibid.

Regium est cum benefeceris, male audire. Ibid.

Ille tutus est rex, qui sic subditis imperat, vt parentes filijs. Ibid.

Bonus rex mitis sit, eousque dum contemptui non sit. Plut. ibidem.

Si princeps secundum leges vixerit, vnaquæq; ciuitas optimè regi potest. Laer. lib. 1.

Princeps solidam dormire noctem non debet. Homer. Iliad. 1.

Regium est affectus cohibere. Idem Ilia. 20.

Regum indignatio, & si in præsenti dissimulatur, tamen est timenda in posterum. Idem Iliad. 1.

Somnia principum non omnino negligenda. Ibid.

Regnum cum praueris, scito te eo dignum esse, Ibi.

Imago Rex est animata Dei. Demosth. in arg. li.

Efficiat princeps, vt subditi metuant non ipsum, sed pro ipso. Apud Stob.

Princeps nullis consiliarijs egeat, deliberet tamen cum amicis. Ibid.

Princeps in multis concedat amicis & familiaribus: inimicos autem per omnia superet. Ibidem.

Princeps sit grauis non vultus contractione, sed institutione vitæ, nulla prorsus in re in ordinate se gerens, sed æque promissiones quaslibet verborũ ac iusiurandum conseruans. Demost. ibid.

Princeps in concionibus dispositiones & habitus decentes constituat. Ibid.

Princeps gratiam referat, non habito respectu adprecij magnitudinem, sed ad ingenium & voluntatem conferentis. Ibidem.

Oportet principem etiam moribus, imperium docere. Ibid.

Virtutes principis Dei opera existimanda sunt, & illius beneficio illi accessisse. Stob. lib. 2.

Princeps subditos præcedat, nõ dolo & ótio, sed pru-

dentia & industria Ibidem.

Si pax hominibus videtur ingens bonũ, huius minima pars redit ad reges: & si p magno malo bellũ habetur, huius maxima pars ad reges pertinet. Ibid.

Principatum gerens, non reminiscaris inimicitiarũ, & dissensionum, quæ tibi prius cum aliquibus intercesserunt. Stob. ibidẽ.

Princeps non ideo creatus est vt lęderet, sed vt iuuaret. Apud eundem.

Nec ira in subditos vtendum est, nec peccantibus institutum suum sine reprehensione relinquẽdum, nam iracundia principem ab insanis nihil differre signum est: hoc vero leuitatem ad peccandum in subditis gignit. Ibidem.

Imperandi modum singulorum moribus decenter accommodato, cum probis moderate: cum supinis vehementius: cum audacibus acerbe: cum cautioribus deniq́ue leniter agens. Stob. ibidem.

Principatus virum ostendit. Ibidem.

Quemadmodũ Sol non expectat preces vt oriatur, sed illico fulget, & salutatur ab omnibus: ita nec expectauerit princeps plausus & strepitus, & laudes vt benefaciat, sed sponte conferat beneficia, & æque ac Sol amabitur. Ibidem.

Tot tantorumq́ue bonorum quæ dij largiuntur, nullus est fructus aut vsus rectus, sine lege, iure, & principe: ius finis est legis, principis opus lex est, princeps autem imago Dei cuncta administrantis. Stob. ibidem.

Saluum

Saluum regem in aperto clementia præstat. Ibid.

Existimet rex non Remp. suã esse, sed se Reip. Ibid.

In vindicandis iniurijs, lex est, vt hæc tria princeps consideret, aut vt eum quem punit emendet, aut vt pœna eius cæteros meliores reddat, aut vt sublatis malis, cæteri securiores viuant. Ibid.

Non minus sunt turpia principi multa supplitia, quã medico multa funera. Ibid.

Quod regnum est, cui non sit parta ruina, & proculcatio, & dominus, & carnifex? cuiq́ue potest accidere, quod cuiquam potest. Senec. de Tranquillit. Ani.

Princeps qui vult omnia scire, necesse est multa ignoscat. Quint. lib. 8.

Eloquentia maximè ornamento principibus est. Cicer. 4. de Fin.

Nihil est tam acerbũ, quã ad summum imperiũ acerbitatem adiungere naturæ. Idẽ ad Quint. Frat.

Regum afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciunt ad misericordiam: maxime eorum, qui aut reges sunt, ut viuunt in regno, vt regale eis nomen magnum & sanctum esse videatur. Cicer. pro Leg. Man.

Nullum est vitium tetrius quã auaritia, præsertim in principe: & Rempub. gubernantibus. habere enim quæstui Rempub. non modo turpe est, sed scelera tum etiam & nepharium. Idem. 2. Offi.

Vt cupiditatibus & vitijs principum inficiolet ciuitas: sic emẽdari & corrigi continentia. Idẽ, de Leg.

Non minus est imperatoris superare consilio quàm gladio. Cæsar, lib. 2. de Bel. Ciui.

Quod apud alios iracundia, in principe superbia est. Sal. in Coniur. Catil.

Nullum minus timeat princeps, quàm qui de solo victu cogitat. Vitel. apud Tranq.

Non oportet quemquam ex sermone principis triste discedere. Ibidem.

Princeps qui delatores non castigat, irritat. Ibidem.

Claud. de Instit. Princ.

Tu licet extremos latè dominere per Indos
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent,
Si metuis, si praua cupis, si duceris ira,
Seruitij patiere jugum, tolerabis iniquas
Incertus leges. Tunc omnia iure tenebis,
Cùm poteris rex esse tui procliuior vsus.
In peiora datur, sua detq; licentia luxum.
Sed comprime motus.
Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit
Occurrat, mentemque domet respectus honesti:
Hoc te præterea crebro sermone monebo,
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoscas, cunctis tua gentibus esse
Facta palàm, nec posse dari regalibus vnquam
Secretum vitijs: nam lux altissima facti
Secretum nihil esse sinit, latebrasq; per omnes
Intrat, & obscuros explorat fama recessus.
Sis pius in primis: nam cum vincamur ab omni
Numine, sola Deos æquat clementia nobis.
Neu dubiè suspectus agas, neu falsus amicis,
Numorumque auidus, qui talia curat, inanes
Horrebit strepitus, nulla non anxius hora.
Qui terret, plus ipse timet: sors ista tyrannis
Conuenit: inuideant claris forteſq; trucident,
Muniti gladijs viuant, septique venenis,
Ancipites habeant artes, trepidique minentur.
Tu ciuem patremque geras, tu consule cunctis
In commune: iubes si quid censesque tenendum
Primus iussa subi, tunc obseruantior æqui
Fit populus: nec ferre vetat cum viderit ipsum
Autorem parere sibi. Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.
His tamen effectis, nec fastidire minores,
Nec pete prescriptos hominum trâscendere fines,
Inquinat egregios adiuncta superbia mores.
Interea musis animus dum mollior instat,
Et quæ mox imitere legas, nec desinat vsquam
Tecum Graia loqui, tecum Romana vetustas,
Antiquos euolue duces, assuesce futuræ
Militiæ, latium retro te confer in æuum.
Libertas quæ sita placet, mirabere Brutum:
Perfidiam damnas, Metij satiabere pœnis.
Triste vigor nimius, Torquati despice mores.
Mors impensa bonum, Decios venerare ruentes.
Vel solus quid fortis agat: te ponte soluto,

Oppositus Cocles, Mutij te flamma dolebit,
Quid mora perfringat Fabius, Quid reb⁹ in arctis
Dux gerat, ostendet gallorum strage Camillus.
Discitur hic nullos meritis obsistere casus,
Discitur hic quantum paupertas sobria possit,
Pauper erat Curius regem cum vinceret armis.
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum.
Hęc Claudia. de institu. Princ.

Boni pastoris est tondere pecus, & nō deglubere. Suet.

Conditio principis miserrima est, quibus de coniuratione comperta non creditur, nisi occisis. Ibid.

Imperium id longe firmissimum est, quo obedientes gaudent. Liuius. lib. 9.

Imperia malè parta, malè gesta, malè retenta, obruūtur. Ibidem.

Regum maiestas difficilius à summo fastigio ad medium detrahitur, quàm à medijs ad ima præcipitatur. Ibidem.

Princeps non patiatur ea sibi rogari, quę iam homines habent. Plin. Iun. lib. 10.

Parum refert deponere an impartiri imperium, nisi quod hoc difficilius est. Ibidem.

Imperatori vnâ medicina imperat. Plin. Sen. lib. 24.

In principe qui electo successore decessit, certissima diuinitatis fides est, bonus successor. Ibid.

Princeps nec timeat bella, nec prouocet. Ibid.

Vt nolit princeps pugnare moderationis est, fortitudinis autem vt ne hostes velint. Plin. Ibid.

Nullum magno principi beneficij genus dignius, q̄ quod

quod irrogatur in posteros. Ibidem.

Nihil largiatur princeps, dum nihil auferat. Ibid.

Nunquam fisci est mala causa, nisi sub bono principe. Ibid.

Honorosa res est, bono principi succedere. Ibid.

Æquum est, esse charissimos bono principi, qui inuisi malo fuere. Ibid.

De nullo minus principe queruntur homines, quā de quo maximè licet. Ibid.

Fidelissima est principis custodia, ipsius innocentia. Ibid.

Non satis amat bonos principes, qui malos satis non oderit. Ibid.

Cum de malo principe posteri tacent, manifestū est eadem facere præsentes. Ibid.

Cui nihil ad augendū fastigium supereſt, hic vno modo crescere potest, si se ipse submittat, securus magnitudinis suæ. Plin. in Paneg.

Optimus quisq; princeps eniti debet, vt post se quoque Reip. prosit. Ibid.

Non potest non nimium esse priuatis, quod principi satis est. Ibid.

Nemo princeps tam dissolutus est, cui aliqua seueritatis species non contingat. Ibid.

Præcipuum indicium non magni principis est, magni liberti. Ibidem.

Princeps meminerit se regem esse, non mercatorem. Curt. lib. 1.

Princeps quantuscunque timidis & ignaris videri

poteſt, vnum tamen animal eſt. Ibid.

Cum de ſalute regis timetur, credulí eſſe debemus. Idem.

Nihil poteſtas regum valeret, niſi prius valeret autoritas. Ibid.

Regum opes ſæpius aſſentatio quàm hoſtis euertit. Idem lib. 8.

Regum clementia non tam in ipſorum modo, quam in eorum qui parent ingenijs ſita eſt. Ibidem.

Si regum exitus reputaueris, plures à ſuis, quam ab hoſtibus inuenies interemptos. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶In principum curijs per pericula ad grandius periculum peruenitur. Aug. lib. 8. conf.

Malus etiam ſi regnet, ſeruus eſt: & tot dominorum quot vitiorum. Idem. 4. de. Ciu. Dei.

In hoc ſeruiunt reges Deo, ſi in regno ſuo bona iubeant, & mala prohibeant, non ſolum quæ pertinent ad hominum ſocietatem: ſed ad Dei religionem. Idem ad. Chriſ.

Laudis contemptus reprehenditur in principe. Idé.

Iuſtitia regis pax eſt populorum, tu tamen patriæ, immunitas plebis, monimentum regentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aëris ſerenitas maris, terræ fœcunditas, ſolatium pauperum, hæreditas filiorum, & ſibimetipſi ſpes futuræ beatitudinis. Ibidem.

Nec

Nec imperatoris eſt libertatem diſcendi negare, nec ſacerdotis quod ſentiat nõ dicere. Ambr. de offi.

Imperator leges ferat, quas primus ipſe cuſtodiat. Ibidem.

Imaginem imperatoris honorans, ipſum honorat. Ibidem.

Principum negligentia naſcitur ex populi culpa. Chryſoſt. de verb. Eſaiæ.

Princeps legem Dei operum ſuorum ducem habeat, Idem de manſuet.

Quemadmodum certantibus ventis mare concutitur: ſic regibus ſibi aduerſantibus populus vexatur. Idem ſup. mat.

Principatus non ſanguini debetur, ſed meritis: & inutiliter regnat, qui rex naſcitur & non meretur. Idem in Poli. lib. 1.

Multi reges ſæpe imperio accepto, cum eos qui ſibi ante fuerant moleſti, in ſua poteſtate haberent, indignum eſſe iudicarunt ab eis pœnas ſumere ſcelerate factorum. Ibidem.

Complures magnos reddit commiſſum imperium.

Grauis & efficax eſt autoritas bene regentis, ſed dicto mirum quanto efficatior præſtantis quod iubet. Ibid.

Principes quod primum volunt, ſtatuunt, quo factum prętexant ſuum.

Plerũq; princeps iuſtꝰ malorũ iniquitates diſſimulare nouit, nõ quod iniquitati eorũ cõſentiat, ſed qđ aptũ tẽpus correctioni expectet. Iſid. l. 3. de ſũ. bõ.

Reges

Reges à recte agendo vocati sunt, ideoq; recte agendo regis nomen tenetur, peccando amittitur. Ibi.

Sæpè per regnum terrenum cæleste proficit, vt qui intra Ecclesiam positi, contra fidem & disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore principum cõterantur. Ib.

Tuta est conditio subditorum, vbi viuitur sub æquitate regentium. Cassiod. lib. 3. Epist.

Benigni principis est, ad clementiæ modum transilire terminos æquitatis, quoniam sola est misericordia, cui cetere virtutes cedere non recusant. Ib.

Princeps sine literis, nauis est sine regimine, & volucris sine pennis. Petr. Ra. in Epist.

Rex potest quilibet dici in domo sua. Apud Iurisper.

Rex dicitur lex animata in regno suo. Ibid.

In principe causa præsumitur. Ibidem.

Regum mala & magnatum, quãdoq; toleranda sunt. Greg. 1. Reg.

Vt in mare flumina, sic in magnas aulas vitia influunt. Ibidem.

Rex qui nulli fidit, inutilis est, nec minus qui omnibus. Ibidem.

Qui multos regit, à multis regatur oportet. Ibid.

Non est regio nomine dignus, qui suis cõmodis publica metitur. Ibid.

Nec qui sacra negligit ecclesiæ prouentum, nec regi, qui iuridicundo non assidet, vectigalia dignus est petere. Ibid.

Principis error, tãtis obest, quãtis præest. Ber. d Pasc.

Qui imperare cupiunt, duo in primis sibi proponere de-

debent Vnum vt sint liberales, Alterum, vt clementes. Princeps enim qui liberalitatem exercuerit, ex hostibus amicos, ex alienis suos, ex infidis fidos faciet, peregrinos etiam, & in extremis terris agentes alliciet, vtroq, autem deo similis efficitur, cuius proprium est benefacere omnibus, parcere delinquentibus. Ibidem.

POTESTAS.

EX GRÆCIS.

NOn potest latere in potestate malitia. Plut. de doct. princip.

Vehementes sunt potentium animi, & aliquo modo leui momento incipientes, subinde inualescentes difficulter iras deponunt. Ibidem.

Nihil est ab eorum potentia periculi, qui nocendi voluntatem non habent. Demost. 1. Olint.

Saturitas ferocitatem parit, imperia autem potentię coniuncta, insaniam. Stob.

EX LATINIS.

Nemo quantum potest experiatur, aduersus eos per quos cępit posse. Sen. Ep. 91.

Male vim suam potestas, alienis iniurijs experitur. Plin. lib. 8.

Nihil tam firmum est, cui periculum non sit, etiam ab inualido. Curt. lib. 7.

In maxima fortuna minima licentia est. Ibid.

Summa petit liuor, perflant altissima venti,

Summa

Summa petunt dextra fulmina missa Iouis. Ouid. 1. de remed.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Impijs nocendi potestas datur, aut vt bonorũ patiẽtia probetur, aut malorum iniquitas puniatur. Augustꝰ. de Nat. 60.

Hoc possumus, quod iure possumus. Idẽ, cont. gaud.

Potẽtia iustitiã cõmitetur, non præeat. Idẽ, de Trin.

Potentia victoriæ soror est. Idem. 4. de Ciuit. Dei.

Potestas omnis siue bona, siue mala à Deo est: ideo potestatibus, siue bonis, siue malis honor tribuendus est. Idem, cont. Manich.

Potestas dicitur vbi voluntati, potestas adiacet faciẽdi. Idem, de Spir. & Lit.

Quo plus cæteris quisq; potest, tanto magis sibi sciat esse metuendum. Augustꝰ. de sing. Ele.

Hanc potentiam planè oportet vnusquisque appetat, vt potens sit in seipso, & miro modo aduersus seipsum, pro se ipso. Idem. 3. de Trin.

Cũ potẽti licet facere quod libet, iustè sibi omne estimat licere quodlibet. Greg. in Mor.

Cogitatio si assidue mentem excoquat, omnem superbiæ tumorem premit, & potestatem acceptam non honorem, sed onus estimari facit. Ibidem.

Sicut potentes potenter tormenta patiuntur, sic & iusti præmijs fruẽtur plenius, si recte exercuerint potestatẽ, & tantam præ subditis habebunt gloriam in futuro, quanta virtute eos in magna delinquẽdi licentia præcesserint. Ibid.

Potentiam Deus tribuit, elationem malitia nostra adinuenit. Idem. 26. Mor.

Potẽtiam bene regit, qui & tenere illam nouit, & impugnare. Idem, in Past.

Potestas culminis, tempestas, mentis est. Ibidem.

Quibus deficit soboles, sua potẽtia pœna est. Idem. 15. Moral.

Vicina potentibus solet esse superbia. Ambr. de Offi.

Malo minus posse honestè, quàm turpiter. Ibidem.

Ideo Deus potẽtiores esse iniustos permisit, vt essent qui ad malũ cogere possent: & virtus esset pręciosa quòd rara. Lact. de Ir. de.

In alto positum non alta sapere difficile est, & omnino inusitatum: sed quanto inusitatius, tãto gloriosius. Bernard. in Epist.

Bláditiæ potentũ æquiparantur minis. Apud Iurisc.

Quo maior est potestas, eo pernitiosior, si in malum, stultumue inciderit. Ibidem.

Potentes non sunt irritandi. Ambr. 2. Offi.

NOBILITAS.

EX GRÆCIS.

NObilitas est virtꝰ & diuitiæ antiquę. Ari. Pol. 3.

Ingenuitas tendit ad pudorem. Cur. in Ale.

Vnus heroicus vir, totam gentem illustrat. Demost. 1. Olynt.

Generosi animi hostium successus prædicari, non ferunt

ferunt equis animis. Ibid.

Nobilior est à quo genus incipit. Apud Stob.

Pecorum nobilitas in bono validoque corpore sita est: hominum autem in virtute. Ibid.

Quid aliud nobilitatẽ esse putamus, quã diuitias antiquas, ac veterũ gloriã: quoniã neutrũ in nostra potestate est, sed alterũ inconstantis fortunæ: alterũ prorsus præter humanam intemperiem est. Ibid.

Nobilitatem etiam deformium coniugum liberorũ gratia non pauci colunt. Ibid.

Ingenuus non cælat facta. Ibid.

EX LATINIS.

¶Generosus est ille, qui à natura bene est ad virtutem compositus. Senec. Epist. 44.

Generosa res est respicere, non ad suas, sed ad naturæ suæ vires. Idem, de Vit. Bea.

Omnes boni semp nobilitati fauemus, & quia Reip. vtile est, nobiles homines dignos esse maioribus suis, & quia valere debet apud nos senex clarorũ hominum de Rep. meritorum memoria, etiã mortuorum. Cice. pro Sest.

Adulterio quidam nobilitati sunt. Pli. lib. 29.

Cedit interdum generosus spiritus vtilitati, & fortunæ viribus succumbit. Max. lib. 7.

Nobili in bello delinquenti, fortunę bona patrocinatur. Salust. in Iug.

Nobilis equus virgæ vmbra regitur, ignauus nec calcari quidem. Curt. lib. 7.

Bonum nobilitatis hoc est, quod nos à maiorum nobilitate

bilitate degenerare non sinit. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Animus ingenuus nihil magis quàm rogari erubescit. Aug. de Bapt.

Si nobilis natus est, nudus natus est, nobilis & pauperis æqualitas est nuditas, an fortè quia nobilis natus est, quantumuis viuus est, quando natus es, hanc vitam intrasti: quando nõ vis ẽ vita egredieris, sepulcra inspiciantur, & ossa nobilium. Id.

Quæ maior nobis gloria & honor esse potest, quàm illi⁹ imperatoris esse amicos, qui super omnes imperatores est? Idem de Sal. Doc.

Sola apud Deum libertas est, non seruire peccatis: solã apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus. Hier. ad Celan.

Nescit religio nostra personas, nec conditiones hominum, sed animas inspicit. Ibidem.

Omnino iniquum est nobiliora ingenia studijs dehonestari minoribus: & eosquos grauia expectãt officia, voluptatis, ac vanitatis occupationibus agitari. Chrys. de Cur. Nug.

Melius est vt in te gloriẽtur parẽtes, quàm tu in parentibus: quid enim prodest ei quẽ sordidãt mores, generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Idem super Mat.

Sicut indigna posteritas laudes antiqui generis abnegat: ita præclara de patribus egregie dicta confirmat. Cassiod. 3. Ep.

Cæteris paribus præfertur nobilior. Apud Iurisconſ.
Nobiles mitius puniuntur, quàm ignobiles. Ibidem.
Si inueteratæ & per genus ductæ diuitiæ nobilem faciunt, multo magis præſtantior eſt nobilitas, cuius origo à theſauris prudentiæ locupletes inuenitur. Caſian. in Ep.
Genus clarum, corpus aptum, forma euidens, ingenium velox, eruditionis vtilitas & morum honeſtas, gloriosa quidé ſunt, ſed ſi tibi vſurpas, eſt qui quærat & iudicet. Bern. Ep. ad Gat.
Ingenia generosa doceri cupiunt, cogi non ferunt.

IGNOBILITAS ET VVLGVS.

EX GRÆCIS.

OMnis humana turba expers temperantiæ vixit. Plat. de Leg.
Non ad probatos refugis præceptores, cùm ad vulgus refugis. Idem in Alcib.
Non reſpondere ruſticorum eſt. Idem de Scient.
Vulgares homines, ppinqui ſũt ſeruis. Ariſt. Etic. 2.
Turba multa melius iudicat quàm vnus tantum. Idem Pol. 3.
Tardiores minus prouident. Idem Elench. 1.
Tam mutabile eſt vulgi ingenium & perplexum, vt quid conſtáter velit aut nolit difficile intelligas. Demoſth. 1. Olynt.

EX LATINIS ET SACRIS.

Quod

Quod tibi vitandum præcipuè exiſtimo, turba eſt: nunquam te illi tutò commiſeris: ego certè confiteor imbecillitatem meam, nũquam mores quos effero, refero. Senec. Ep. 7.
Clamo: virate quæcunq; multitudini placent. Ibid.
Populus largitione gaudet. Idem Epiſt. 15.
Non tam benè cum rebus humanis actum eſt, vt meliora plurибus placeant, argumentum peſsimi, turba eſt. Idem de Vit. Bea.
Nihil eſt facilius, quàm in quemlibet affectum mouere populum. Quint. Dec 3.
Sic eſt vulgus: ex veritate pauca, ex opinione multa iudicat. Cicer. pro Roſc.
Maximus magiſter, populus eſt. Idem 3. Tuſc.
Non eſt in vulgo conſilium, non ratio, non diſcrimen, non diligentia: ſapienteſq; ea quę populus fecisſet, ſemper ferenda, non ſemper laudanda dixerunt. Idem pro Plác.
Barbarorum ingenia, cum fortuna mutantur. Liui. Dec. 3. lib. 2.
Multitudo aut ſeruit humiliter, aut ſuperbè dominatur. Ibidem.
Vulgi iuditium errore plenum eſt Aug 2. de Ciu D.
Vulgus interdum plus ſapit, quia tantum quãtum opus eſt ſapit. Lact. lib. 2.
Vulgi iuditium fere ſimplex, in corruptumque eſt. Ibidem.
Quemmadmodum ſuſpectum eſſe debet, quicquid multitudini probatur, ita vehementer diſ-

plicere populo, præiuditium est ad probitatis cõmendationem. Ibidem.

Sapit vulgus ingenio, & experientia rerum. Ibidẽ.

Multitudo populi, mater seditionis est. Chryso. super Matth.

VITA.

EX GRECIS.

Inter homines, non inter arbores viuendum est. Plat. de Pulchr.

Nemo nostrum sibi soli natus est, sed ortus nostri pars pertinet ad patriam, pars ad amicos, pars pertinet etiam ad parentes. Idem Ep. 9.

Vita peregrinatio quædam est. Idem Ep. 10.

Cognoscens proportionem istius vitæ, ad tempus sempiternum, non procurabit vitam propriam. Arist. Phis. 2.

Non potest dicere viuens, hoc non patiar: potest dicere hoc non faciam, mentiri scilicet & similia. Plut. de tranq. ani.

Dei munus est quôd viuimus, philosophiæ autem quôd bene viuimus. Idem.

Mali ideo viuũt, vt edant, & bibant: boni autem ideó cibũ sumunt ac potũ, vt possint viuere. Ibidem.

Viuens fac laudaris, moriens vt beatus puteris. Ibid.

Vita vitæ nomen habet, sed rẽ ipsa labor est. Eurip. ap. Plut.

Anima vna viuere, non duabus debemus. Ibidem.

Suauior

Suauior est vita, eam non cognoscentibus, Ibidem.

Via est eligenda perfectissima, vita autem iucundissima. Stob. lib. 2.

Vitam humanam conseruant, beneficentia, honor & pœna, Ibidem.

Quidam tempus exiguum viuunt, annos verò multos. Ibidem.

Iucunda vita est, si quis cũ illis viuit quos probat. Ib

Homini fortunato breuis est vita, infortunato autem longa. Ibidem.

EX LATINIS.

Id agamus vt meliorem vitam sequamur quàm vulgus, non contrariam, alioquin quos emendare volumꝰ fugamꝰ, & à nobis auertimus. Sen. Ep. 5.

Vná semel ad quam viuas regulã prende, & ad hâc omnem vitam tuam exequa. Idem. Ep. 20.

Nemo quàm benè viuat, sed quamdiu curat, cum omnibus possit contingere vt bene viuant, vt diu nulli. Idem Epist. 22.

Molestum est semper vitam inchoare, malê viuũt qui semper viuere incipiunt, quia semper illis imperfecta vita est. quidam tunc viuere incipiũt cũ desinendum est: si hoc iudicas mirum, adijciam quod magis admireris, quidam antè viuere desierunt, quàm inciperent. Idem Ep 23.

Amor vitæ vt non abijciendus, ita minuendus est, vt si quando res exigit, nihil nos detineat, vel impediat, quo minus parati simus statim facere, quod quandoque faciendum est. Ep. 23.

Vt satis vixerimus, non anni faciunt, sed animus. Epist. 62.

Si fines malorum & bonorum cognouerimus, nec vita tædio erit, nec mors timori. Epist. 76.

Quæris, quod sit amplissimum vitæ spatium? vsq; ad sapientiam viuere. Senec. Epist. 49.

Etiam in longissima vita, minimum est quod viuitur. Epist. 10,

Sic formemus animum, tanquam ad extremum ventum sit: qui quotidie vitæ suę manum imponit, non indiget tempore. Epist. 101.

Sæpe in hoc est, benè viuere, ne diu. Ibidem.

Non accepimus breuem vitam, sed fecimus, nec inopes eius sumus, sed prodigi. De breuit.

Viuere in tota vita discendum est; & quod magis mirandum est, in tota vita discendum mori. Ibidem.

Consuetudinem sermonis vocabo consensum eruditorũ, sicut viuendi consensũ bonorũ. Quint. l. 1

Quantum ad cognitionem rerum pertinet, etiam præteritis seculis vixisse videmur. Quint. l. 12.

Solus vixit quãtũ voluit, qui mori maluit. Decla. 4

Cõmorandi nobis natura diuersorium hoc, non habitandi dedit. Cice. de senect.

Vtrumq; efficax est ad benè viuendum, & benè instituì, & fæliciter nasci. Plin. in pand.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Vita hominum media est inter vitam angelorũ & pecorum: si viuit homo secundum carnem, pecoribus comparatur: si viuit secundum spiritum, angelis sociatur. Aug. sup. Ioan.

Sicut vita corporis est anima, sic vita animæ Deus est. quomodo si anima deserat, moritur corpus, sic anima moritur, si deserit Deus viuit caro de anima tua, viuit anima tua de Deo tuo. Sp. ps. 70.

Cum homo secundum se viuit, non secundum Deũ, similis est diabolo: quia nec angelo secundùm angelũ, sed secundum Deum viuendum fuit, vt staret in veritate. De Verb. inn.

Ad hoc debet cuiq; prodesse benè viuere, vt detur illi semper benè viuere. Sup. Ioan.

Ille bene viuit, qui viuit vt vult, nec mali aliquid vult. 3. de Trin.

Lege vbi sit promissus Christianis dies crastinus, & viue crastino die male. Ib. 50. hom.

Longa nostra desideria increpat vita breuis: & incassum multa portantur, cum iuxta est quo pergitur. Greg. in mor.

Antè vita quàm doctrina quærenda est: vita bona sine doctrina gratiam habet, doctrina sine vita integritatem non habet. Ibidem.

Tantis malis vita hæc repleta est, vt in comparatione sui, mors remedium putetur esse non pœna. Ib.

Vita nostri nauiganti similis est, is nanq; qui nauigat, stat, sedet, iacet, vadit tamen, quia impulsu nauis ducitur: ita ergo & nos sumus, qui siue vigilantes, siue dormientes, siue volentes siue

nolentes, per momenta temporum quotidie ad finem ducimur. In Reg

Si ab initio mundi vsq; modo mentis oculos duci-mus, omne quod finiri potuit, quam breue fuerit videmus, & si ex tunc viuens homo moreretur, præterita nulla existimaret, quia cuncta transie-runt. tempus itaq; quod inter initiũ finemq; con-cluditur, nullum est, consumitur enim ac si nec breue quidem fuisset. 15. Mor.

Vita præsens deceptio est, & in vita sic viuitur, tan-quam puellus in vtero. Chryſ super Gen.

Viuendum est humiliter, sociabiliter, ordinabiliter; humiliter propter Deũ, sociabiliter propter pro-ximum, ordinabiliter propter nos. Bern. ser. 6.

MORS.

EX GRÆCIS.

MAximum & optimũ hominibus bonũ est, sortiri finẽ bonum. Arist. de Cœl. & Mũd.

Mors senum sine tristitia est, quia nullo do-lore contingente moriuntur. De Mort. & Vit.

Mors maximè omnium est terribile: est enim vlti-mum vitæ. Eth 3.

Paucissimos, & sapientes & prudentes viros in sua patria funeratos inuenies. Plut. de Exil.

Nihil in vita mali est ei, qui sentit in vitæ priuatione nihil mali esse. Diog. lib. 10

Malus, malè peribit. Eurip. in Med.

Vlti-

Vltimus morborum medicus, mors est. Stob.

Duæ sunt mortis doctrinæ, altera tempus antequã nati sumus, altera somnus. Ibidem.

Non mihi sine luctu mors eueniat, sed mortuus re-linquam dolores & suspiria. Eurip. ibidem.

Deus sæpius quos plurimi facit, eos citius aufert à vita. Ibidem.

EX LATINIS.

In hoc fallimur quòd mortem prospicimus à lon-gè, magna pars eius iam præterijt, quicquid æta-tis retro est, mors tenet. Si quid vetat benè viue-re, benè mori non vetat. Senec. Epist. 1.

Nemo non ita exit è vita, tanquam modo intraue-rit; quemcunq; vis occupa, adolescentem, senem, medium inuenies æquè timidum mortis, æquè nescium vitæ. Ep. 22.

Quid est turpius quàm in ipso limite securitatis esse solicitum. Ibidem.

Vir prudens & sapiens, non fugere debet è vita, sed exire. Ep. 24.

Vnus dies, de omnibus fert sententiam. Ep. 25.

Quia incertum est quo loco te mors expectat, tu il-lam omni loco expecta. Ep. 26

Meditari mortem qui discit, libertatẽ discit: qui mori discit, seruire dediscit. Ibidem.

Viuere noluit qui mori nõ vult, vita enim cum ex-ceptione mortis data est. Ep. 30.

Quis queri potest, in ea conditione se esse, in qua ne mo non est? Ibidem.

Pulcra res est, cõsũmare v tam ante mortẽ. Ep. 32.
Ante ad mortem, quàm ad vitam præparandi sumus. Ep. 62.
Mors, quam pertimescimus ac recusamus, intermittit vitam, non eripit. veniet interum qui nos reponat in lucem dies. Ep. 79.
Quoniam infantes ac mente lapsi mortem non timent, turpissimum est eam securitatem rationem nobis nõ præbere, ad quã stultitia perducit. Ibidẽ.
Ante senectutem curaui vt benè viuerem, in senectute vt benè moriar: benè autẽ mori, est libenter mori Ep. 62.
Nihil interest vtrum anima per os, an per iugulum exeat. Epist. 77.
Mors p oẽs it, qui occidit, cõsequitur occisũ Ep. 94.
Quem putas perijsse, præmissus est. Ep 100.
Dies istẽ quem tanquam extremum reformidas, æterni natalis dies est: tunc in tenebris vixisse te dices cum totam lucem totus aspexeris, quam nunc per angustissimas oculorum vias intueris, & tamẽ illam admiramur procul. Ep. 102.
Quod grauissimum natura fecit, commune fecit, vt crudelitatem fati, consolaretur æqualitas, de breuit,
Mors misera nõ est, adit⁹ ad mortẽ miser est. Idẽ. l. 8.
Nulla mors inquietior, quã quæ statim tota est, Quint. decl. 2.
Nihil a morientibus fingitur. Idem. de Cla. 17.
Neminem inuenies Mori volentem, qui nõ inuenit

aliquem vetantem. Decl. 4.
Pro immortalitate hominis natura commenta est, vt periremus inuiti. Ibidem.
Mortẽ quisquis dãnatis præstat, indulget. Dec. 11.
Vtrunq; timidi est, velle, & non velle mori. Ibidem.
Si hac die non obieris, paucis post diebus tibi moriẽdum est: quia homo natus es. Cicer. ad sulp.
Non est iniussu imperatoris Dei, de statione ac præsidio vitæ discedendum. Idem.
Ipsæ animæ discessus à corpore, fit sine dolore: & fit plerunq; sine sensu, nonnunquam etiam cum voluptate: totum hoc leue est qualecũq; sit: fit enim ad punctum temporis. Idem 1. Tusc.
Mors terribilis est ijs quorũ cum vita oĩa extinguũtur, non quorũ laus emori non potest. In Parad.
Quid refert, humi ne, an sublime putrescas? Max. li. 6
Luctuosissimũ mortis genꝰ, qđ nõ ex natura. Pli. li. 1
In ijs qui morbo finiuntur, magnum in necessitate solatium est. Ibidem.
Impetu procurrere ad mortem multorum est, cum deliberatione autem paucorum. Ibidem.
Effugit mortem quisquis contempserit, timidissimũ quemq; consequitur. Curt. lib. 2.
Dulce mori miseris, sed mors optata recedit.
Et cum tristis erit, præcipitata ruit. Corn. Gal.
Frange thoros, pete vina: rosas cape, tingere nardo:
Ipse iubet mortis te meminisse Deus. Mart. lib. 2.
Pallida mors ęquo pulsat pede.
Pauperum tabernas, regumq; turres. Hor. 1 Car.

Mi-

Mihi defunctorum amicorum memoria dulcis est, habui enim illos tanquam amissurus: & amissi tanquam habeam. Sene. Ep. 64.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS

¶ Valeas mors mihi dilectissima, confiteor si possem libenter complecterer te, & testor, quia omnis cogitatio instigat me ad tui dilectionem, tantum ne intempestiuè venias. Aug.

Vocantur ante tempus boni, ne diutius vexentur à malis: mali vero & impij tolluntur, ne diutius bonos persequantur. Idem de vit. Chr.

Latet vltimus dies: vt obseruetur omnis dies. In Epistol.

Non potest male mori qui bene vixit, & qui male vixit vix bene moritur. De doct. Christ.

Mortis diem omnes affuturum scimus, & tamen omnes, aut penè omnes differre conamur, etiam qui post mortem se beatius esse victuros credunt, tanta tam habet vim carnis & animæ dulce consortium. De grat. nou. Test.

Mori nolle parui profectus indicium est. Quæst. in

Mors bonis bona est, malis autem mala. 13. de ciu. D

Mortui permissu Dei, viuis apparere possunt, De cura. mort.

Minus timet mortem, qui minus delitiarum nouit in vita.

Libenter cupit cõmori, qui scit se sine dubio esse mo riturum. Ibidem.

Offera

Offeramus Deo pro munere, quod pro debito tenemur reddere. Chrys. sup. Matth.

Mors Christianis & somnus, & mortis tãtum nomẽ est. Sup. Gen.

Morte hominis, insanabilis morbꝰ præcedit. Hom. 41

Non est nostrum mortem arripere, sed ab alijs illatam libenter suscipere. Hier. sup. Ioan.

Inter eum qui decem vixit annis, & eum qui mille: postquam idem finis aduenerit, & irrecuperabilis mortis necessitas, transactum omne tantundem est, nisi quòd senex magis onustus peccatorum fasce proficiscitur. Ad Helio.

Non quæruntur in Christianis principia sed finis, Paulus male cæpit, sed benè finiuit. Iudæ laudantur exordia, sed finis proditione culpatur. In Ep.

Qui considerat qualis erit in morte, semper pauidus erit in operatione, atq; indè in oculis suiconditoris viuet. Greg. 12. Mor.

Nemo alio tempore mori potuit, nisi eo ipso quo moritur. Greg. Ibidem.

Fit miseris mors sine morte. Ibidem.

Multò grauior est expectata, quàm illata mors. Idẽ in Mor.

Percutitur hac animaduersione peccator, vt moriendo obliuiscatur sui, qui viuẽdo oblitus est Dei. Cæsar in admon.

Probatus quidem ille est, qui mortem diebus singulis expectat: sed ille sanctus, qui singulis horis desiderat. Clem. de Mem. Mort.

Noli

Noli falli ſtulte operarie, vt tempore tempus reparare putes, nec enim ſufficit dies quæq;, vel ſuũ ipſius debitum domino integre perſoluere, nõ eſt ait quidam, præſentem diem piè pertranſiſſe, niſi hanc vltimam exiſtimemus. Ibidem.

Paratos nos inueniat certa neceſsitas, quæ ſæpè præuenit imparatos certam nobis importat ſolicitudinem, certa conditio. Euſeb. ad Mon.

Pręcioſa illa mors eſt, quam cõmendat vita, pręcioſior quam fecit cauſa, præcioſiſsima verò quam præuenit vita cum cauſa Bern. in ſent. ſuis.

Iuſtus & ſi mortem cauet, non tamen pauet. Super Epiſt. ad Rom.

Mors iuſti bona propter requiẽ, melior propter ſecuritatem, optima propter ſecuritatem. Idem in Ep.

Mors peccatorum mala, peior, peſsima: bonorum autem bona, melior, optima. Ibidem in Paru. ſerm.

Mors à morte, vita ab errore, à peccato gratia liberat. Idem ad milit. Temp.

SOMNVS ET SOMNIVM

EX GRÆCIS

SOmnus eſt requies data animalibus, propter eorum ſalutem. Ariſt. de Somn. & Vigil.

Homo qui nũquã ſomniauit, mutatur viſo ſomnio, vel in morbũ, vel in mortem. Ariſt. Ibidem.

Sónia peruerſorũ turbata ſunt. Plut. de tuẽ. bo. val.

Hoſtes diſciplinarũ ſũt labor & ſomnꝰ. Id. ḋ li. edu.

Somnus mortis frater eſt. Plat. de Leg.

EX LATINIS.

Somnus ipſe pars vitæ eſt. Quint. Decl. 2.

Nihil eſt quod facilitas humana poſsit facilius imitari, quam dormientis ſimulatio, etenim inter dormientem & ſimulantem, non eſt niſi conſcientia. Ibidem.

Somnus altiſsimas in ſecunda vigilia noctis. Liui. Dec. 1 lib. 7.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS

Somnus alicui à deo inquieta quies eſt. Aug. 2. de Ci. D.

Ille nefarius aduerſarius quod non poteſt ſubripere vigilanti, agit vt extorqueat dormienti, cum in ipſa quiete inquietus inſiſtit: demonſtrat imaginem falſam, & torquet concupiſcentiam veram, vt quem non poſſet vigilantem ſuperare certantem, captiuum teneat quieſcentem, quia cum per ſomnia ſenſus deludit, nõ nunquam etiam ſanctorum animæ in turpes labũtur affectus, quæ ſi imputaret altiſsimus, quis viueret caſtus? Idem ad Grat.

Præſta mihi domine, vt in fine me accipiat ſomnus cum requie, requies cum ſecuritate, ſecuritas cum æternitate. Idem lib. Med.

Somno mitigatur triſtitia. Idem. 10. Conf.

Somnus ſeruo iucundus eſt. Chryſ. ad anti. Pop.

Somnus animæ malus eſt, obliuiſcitur enim Deum ſuum: ſomnus autẽ corporis bonus, reparat enim

valetudinem corporis. Aug. super Psal. 62.

VIGILIA.

QVicunq; viuere & sapere cupit, maximè q̃ longissimo tempore vigilet, sanitatis tantum commoditate seruata, ad quam non multo opus est somno, si bene assuesceris somno. Plat. 3. de Leg.

Maximum peruigiliæ malum est, cum maximum temperate vigiliæ bonum sit. Iust. lib. 25.

Somnus corpori, vigilia animæ tribuatur. Ibidem.

Quo pluribus horis vigilamus, plurimus horis viuimus. Pli. in Prol.

Nocturnas lucubrationes, & intempestiua studia fugito, nam & ingenium extingunt, & valetudinem vehementer offendunt. aurora musis amica est.

Ab ipsis etiam inimicis nescientibus admonemur, quia debemus pro nobis vigilare, quãdo propter nos vigilant, etiam qui inuident nobis. August. super Psal 120.

Semper vigila, vt quod nescis quando veniat, paratum te inueniat cum venerit: & ideò fortè nescis quando venturum est, vt semper paratus sis. Ibi.

Vigilare nõ possumus, nisi per gratiã. Idẽ sup. ps. 62.

SANITAS.

EX GRÆCIS.

Optimum

OPtimum bene valere: secundum formosum esse: tertium diuitias habere nulla fraude quæsitas. Plat de Rhet.

Bona valetudo maximè diuinum, suauissimũque est condimentum. Plat. de tu. bo. val.

Maximum ad rectè, & ex animi sententia viuendũ compendium est, commoda corporis valetudo, Plu. Probl. 6.

Pauca sanitati debentur, multa voluptati. Demost. 19. Exord.

Incredibile est alicui tantam ignauiam inesse, vt salutem suam negligat. Idem. 1. Olynt.

Morbus nõ afferre debet secordiam, sed recuperata sanitas augere diligentiam. Ibidem.

EX LATINIS.

¶ Pleriq; cõualescunt negligẽtiæ bono. Quin. dec. 8.

Prima pars sanitatis est, vt libenter accipias. Idem Decl. 13.

Homines ad Deum nulla re proprius accedunt, quã salutem hominibus dando. Cice. pro Leg. Man.

Habenda est ratio valetudinis, vtẽdum exercitationibus modicis. Cat. Mai.

Salubritas loci non semper incolarum colore detegitur, quoniam assueti etiam in pestilentibus durant. Plin. lib. 18.

Nihil salubre est, nisi quod toto anno salubre est. Ibi.

Animalia omnia noscunt sibi salutaria, præter hominem. Lib. 27.

Quãquam salubritas quæ ducitur â cœlo & terra in

noſtra poteſtate nẽ ſit, ſed in naturæ: multum tñ men in nobis eſt quo graviora quæ ſunt, ea lenio ra facere diligentia poſſimus. Var. de Re. Ruſt.

Placidi mores ſalutis argumentum ſunt.

EX SACRIS ET ALIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Sanitas contemnenda non eſt propter neceſſarios vſus vitæ huius, antequam mortale hoc induatur immortalitate. Aug. ad Prob.

Vera ſanitas vera eſt immortalitas, ea nam q; pleniſſima eſt ſanitas; quæ non reficitur alimentis. Idẽ de Ciuit. Dei, libr 10.

Multi ſanantur ſibi, ſed non Chriſto: qui acceptâ ſanitate laſciuiunt, qui enim ægroti ceſſierant, ſanati adulteri fiunt: qui nondum læ debant ægroti, receptis viribus opprimunt innocentes. Idẽ, ſuppſal.

Per quemlibet detur, à quocunq; miniſtrante impartiatur ſalus, ab illo datur à quo eſt omnis ſalus. Super Ioan.

Salus perfecta, in iſto corpore cum fuerit, corruptio non erit, ipſa eſt enim perfecta ſanitas corporis incorruptio. Idem ſuper Pſal. 50.

Incolumes exercent ſalutem corporis, ad ſalutem mentis. Greg. 1. Mor.

Nemo inſanabilior, q̃ qui ſibi ſanus videtur. Suppſ.

Nihil prodeſt ſanitas in ſuperficie corporis, ſi vulnus animæ intrinſecus latet. Idem in Reg.

Ipſa hæc noſtri corporis quæ vocatur ſalus, ægritudo eſt: cum enim ibi moleſtias inuenit, & vitare nitiſ-

tiſtur, de ipſo ſuo medicamine langueſcit. Idem 8. Mor.

Quid boni habeat ſanitas, lãguor oſtẽdit Hier. in ep.

Omnia bona corporis, & quæ ei ſolum modo habemus, ſanitas eſt, nihil autem ei vltra dandum, vel quærendum eſt, ſed hic fouea eſt, quæ nolo vos lateat, inſidiatur ẽnim voluptas ſanitati, & tam ſubtili malignitate proſequitur, vt vix caueri poſsit: quòd ſi voluptati non ſanitati ſeruitur, hoc non iam de natura eſt, ſed ſub natura, quæ magis morti dat, cum magiſtram conſtituit voluptatẽ. Bern. in Sent.

MORBVS.

EX GRÆCIS.

¶INfirmus ponit fœlicitatem eſſe ſanitatem, pauper verò factus, diuitias. Ariſt. 1. Ethi.

Iuditium cum affectu ægrotans habet. Plut. dẽ Vir. Mort.

Non morbi omnes aduẽiunt taciti. Ibidem.

Præcipuus animi morbus dementia eſt. Ibidem.

Facilius eſt aliquando ægrotare, quàm ægrotantem curare. Eurip. in Hyppol.

Facilius morbum cum trãquillitate, & generoſo animo feres. Ibidem.

EX LATINIS.

¶Non quærit ægrotans medicum eloquentem, ſed ſanantem. Senec. Ep. 79.

+ Est, mihi crede, vel in lecto virtuti locus. Ep. 79.
Nullam habet salutis spem æger: quem ad intemperantiam medicus hortatur. Epist. 124.
Quæ se adhuc secari plaga permittit, in summo est. Quint. decla. 10.
Tales esse sani perseueremus, quales nos futuros profitemur infirmi. Plin. lib. 7.
Inauditum vulnus, in audito cauterio extirpádum est. Ibidem.
Ægris corporibus vna salus credenda est, si páx à dijs impetretur. Liui lib. 7 dec. 1.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Multorum experimenta morborum, coguntmultasinuenire medicinas. Aug. ad Bonif.
Ægrotare incipimus mox vbi nascimur. Sup. Ps. 111.
Quidquid adhuc hæret corpori, non desi erate sanitatis est: quicquid autem præcisum fuerit nec curari, nec sanari potest. De verb. Dom. lib. 3.
Infirmitas corporis, sobrietas mentis est. Ambr. de offic.
Languentes nec locus prohibet ab importuna petitione. Ibidem.
Infirmitas virtutum officina est. Ibidem.
Ægrotus etiam debet seruare decorum. Nazian.
Ægritudo propter prolixiora vitia diutius præmit. Greg Hom. 19.
Satius est stomachum dolere quam mentem. Hier. in Epist.

Corpo

Corporis debilitas ni nia, etiam animi vires frangit, mentis quoq; ingenium marcescere facit. quicquid cum modo & temperamento fit, salubre fit. Idem in Epist.
Ægrotationũ mater, delitiarũ vsus est. Chry. Ho. 30
Facilius morbus declinatur, quam admissus ejicitur

MEDICINA.

EX GRÆCIS.

¶Nõ potest oculꝰ mederi, nisi priꝰ caput: nec caput absq; totiꝰ corporis medicina curatur. Plat. & tẽp.
Rhetor non semper persuadet, nec medicus semper sanat. Arist. Topic. 1.
Medici non apud sanos, sed vbi sunt ægroti, coruersare debent. Plut. in Apoph.
Medicus garrulus, ægrotandi secundus morbus est. Pub. Mimi.
Multorum medicorum visitatio me perdidit. Ibidẽ.

EX LATINIS.

Nihil æquè sanitatem impedit, quàm remediorum creba mutatio. Senec. Ep. 2.
Nulla dura videtur curatio, cuius salutaris videtur effectus. Idem. de ira.
Non minus turpia sunt principi multa supplicia, quàm medico multa funera. Idem.
Iniquissimum est desperationem vocari, quoties remedium medicina non inuenit. Quint. de cla 8
Nemo magis desperat, quam qui se negat nosse

languorem. Ibidem.

Non speres vt statim gratias agat, qui sanatur inuitus. Decl 15.

Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamuis artis præcepta perceperint, quicquam laude dignum sine vsu, & exercitatione consequi possunt. Cic. 2. offi.

Ægri quia non omnes conualescunt, non ideo nulla medicina est. Cic de Nat. Deorum.

Nulla ars inconstantior est medicina, nec sæpius mutatur, cũ sit fructuosior nulla. Plin. lib. 29.

Medici famam nouitate alijua aucupante, animas nostras statim negociantur. Ibidem.

Vt quisq; inter medicos loquẽdo pollet, illico imperator nostræ vitæ cẽdisq; fit. Ibidem.

Multa milia gentium sine medicis viuunt: nec tamẽ sine medicina. Ibidem.

Non medicinam antiqui damnabant, sed artem. Ib.

Minus credimus quæ ad salutem nostram credimus si intelligimus. Ibidem.

In hac artium schola euenit, vt vnicuiq; medicum se professo statim credatur, cum sit periculũ in nullo mendatio maius. Ibidem.

Discunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt: medicoq; tantum hominem occidisse impunitas est. Ib.

Imperatoribus vna medicina imperat. Id. lib. 24.

Medicinæ præcipuus & efficacissimus magister vsus est. Ibidem.

Medici

Medici salubres cibos, sed voluptate carentes, blandioribus eloquijs prosequuntur. Plin. Iuni. lib 2.

Medici quanquam in ægritudine nihil serui & liberi differant, mitius tamen liberos tractant. Ibidem.

Male est medicina vbi aliquid naturæ pdit. Pub. mi.

Cuncta prius tentanda, sed immedicabile vulnus.
Ense rescindendum est, ne pars sincera trahatur.
Ouid. 1. Metamor.

Eripit interdum, modò dat medicina salutem. Idem de Trist.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Euenire solet vt malum medicum expertus, etiam bono se cõmittere timeat. Aug. 6 Conf.

Medicus ad curandum jam vulneratum paratus esse debet, non autem vt sanus vulneretur optare debet. Idem de Nat & Grat.

Duo sunt offitia medicinæ, vnũ quo sanatur infirmitas, alterum quo sanitas custoditur: si ergo Deus medicinã exhibet, qua sanemur infirmi, quanto magis eam qua custodiamur sani, quoniam si cum peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est, quanto magis justificati, erimus salui ab ira per ipsum. Aug. super Psal. 7.

Vt ars medicinæ cum eadem maneat, nec vllo pacto ipsa mutetur, mutat tamen præcepta languẽtibus, quia mutabilis est nostra valetudo; ita diuina prouidentia, cum sit ipsa omnino incommutabilis, mutabili tamen creaturæ, varie

subuenit,& pro diuersitate morborum alia alijs iubet aut vetat. Idem de ver. relig.

Qualis eius insania qui medicũ occidit? quanta vero bonitas & potẽtia medici, qui de sanguine suo, interfectori suo medicamẽtũ fecit. Idẽ de veri. Ap.

Bonus medicus non pecuniam, sed salutem quærit ægroti. Idem de doct Christ.

Medicinæ cognitio scripturis necessaria est. Ibidem.

Omnis medicina habet ad tẽpus amaritudinẽ sed postea fructũ doloris, sanitate mostratur. Hier. i Ep.

Medicus vbi cessat curare, desperat. Ibidẽ.

Improbus & imperitus est medicus, qui alienũ mederi appetit, & ipse quod patitur nescit. Gre. in Ez.

Nomen medicinæ a modo & temperamento impositum creditur vt non satis sed paulatim adhibeatur, nam in multo contristatur natura, gaudet autem in mediocritate. Esio. Ety. 4.

Naturalis cura est ęgro dare lætitiam, fac vt guaudeat & sanatus est. Casiod. 2. Epist.

Causam morbi ignorans, non potest curare morbũ. Apud iurisconsl.

Dat galienus opes, & lectio iustiniana.
Ex alijs paleas ex istis collige grana. Ibidem.

QVIES ET SECVRITAS,

EX GRÆCIS.

QVies à laboribus originem trahit. Plat. de leg.

Sedẽdo & quiescẽdo aĩa fit prudẽs. Arist. Phis. 7

Requies

Requies & ludus videtur necessaria in vita. Ethi. 4.

Requies necessario est delectabilis, quia est medicina iustitiæ quę consistit in labore. Idẽ polit. 8.

Hocipsum nihil agere non nullos sæpè a recta animi institutione deturbat. Plut. de Tranq. Ani.

Commoda sapientis tranquillitas est. Scobeus.

SANITAS.

EX LATINIS.

VIx quenq; inuenies: qui posito aperto ostio viuere. Senec. Epist. 15.

Dandum est aliquod interuallum animo, ita tamen vt nõ resoluatur, sed remittatur. remissione enim melior & acrior insurgit. Senec. Epist. 15.

Primum argumentum benæ compositæ mentis est, posse consistere & secum morari. Ibidem.

Multum ad tranquilitatem, locus confert. Ep. 53.

Nulla placida quies est, nisi quã ratio cõponit. Ep. 57

Interdum quies inquieta est. Ibidem.

Cum iuuenes relaxare animos, & dare se iucunditati volent, caueant intemperantiæ & meminerint verecundiæ. Cic. 1. offi.

Gratior est quies, quibus ex lassitudine calamitatũ venit. Quint. de Cla 2.

Grata est pigritia corporum, fatigatis. Cur. lib. 8.
Remissio est malorum, vitę tranquilitas.
Felix qui proprijs ęuum trans egit in aruis.
Ipsa domus puerum quem vidit ipsa senem. Claud.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Inquietudo variat affectiones, vt in altera alteram perimat, quies autem constantiam habet. Aug. lib. 3. de lib. Arbi:

Sicut præpostera securitas in periculum impellit, ita ordinata solicitudo securitatem parit, Idem de ver. immor.

Quies bonos lucratur, & malos perdit. 8; Quæst.

Nemo securus debet esse in hac vita, quæ tota tẽtatio nominatur, vt q̃ fieri potuit ex deteriore melior, non possit fieri ex meliore deterior Idẽ 10. conf.

Securitas nostra in solis Dei promissionibus est. Idem super Psal 49.

Nulla re fruitur anima cum libertate, nisi qua fruitur cum securitate. Idem de lib. Arb lib. 2.

Habet etiam in hac vita requiem suam anima, quæ de morte infidelitatis erecta est: & non ab operib⁹ justitiæ, sed ab iniquitatis se abstinet actione: vt viuens Deo, & mortua mundo, in humilitatis & mansuetudinis placita tranquillitate requiescat. Idem de Ver. Innoc.

Vocatio spiritualis tranquillitas est cordis, tranquillitas autem cordis prouenit de serenitate bonę conscientiæ. Idem de Pœni. Serm. 4.

Quidam in ipsa vocatione quietis grauius laborãt, quia tanto deteriores cordis tumultus tolerant, quanto eis licentius ad cogitationes vacant. Græ. 6. Mor.

Sancti

Sancti viri quia nihil huiusmundi appetunt, proculdubio nullis tumultib⁹ in corde premũtur Ib.

Occultatur aĩa vt audiat, audit vt occultetur: quia subtracta visionibus, inuisibilia conspicit, & istis repleta, illa contemnit. Idem 2. Mor.

Placet omnibus securitas, sed ei magis qui timuit: iucũda omnibus lux, sed de tenebris euadenti iucundior. Idem. Ser. 68.

Tanto quis dominum securius spectat, quanto quotidie vitã suam suspect⁹ exanimat. Idem in Mor.

Conuersio, securitatem parit. 24 Mor.

Quibusdam sæpe virtutis magnitudo, perditionis occasio est, vt cum de confidentia virtutum inordinate securi sunt, per negligentiam inordinate moriantur. Idem in Past:

Quies purgationis animi initium est, cum nec linguares humanas loquitur, nec oculi corporum colores circunspiciunt, nec aures audiendis voluptuosis caticis, aut scurrilibus dictis intẽtę sunt quare animi intentio maxime languescere solet. Bas. in Epist.

Nihil est securius quã illi omnia committere, qui nouit suis cultoribus congrue profutura pręstare. Casiod. super Psal. 72.

Securitatis magna portio est, nihil inique facere. cõfusam & perturbatam vitam potentes agunt, tantum metuunt quantũ nocẽt. Epist. 16.

PVLCHRITVDO ET ORNATVS.

EX

EX GRÆCIS.

PVlchritudo ſemper in magno corpore exiſtit, vnde parui formoſi dici poſſunt, non pulchri. Ariſt. Ethi. 4.

Cæci interrogatio eſt: quærere, cur amentur pulchra. Idem.

Si pulcher es bona fac, ſi deformis naturæ defectū bonis actibus compenſa Demet.

Pulchritudo alienum bonum eſt. Diog. lib. 1.

Pulchritudo ſecundū Diogenem donum eſt formę; ſecundum Socratem modici temporis tyrannus: ſecundum Platonem, naturæ priuilegium: ſecundum Theophraſtū tacita deceptio: ſecundū Theocritum eburneum detrimentum, ſecundum Carneadem regnum ſolitarium. Idem lib. 5.

Deformis ſim potius, quā pulcher & malus. Eurip.

EX LATINIS.

¶Magno cum periculo cuſtoditur quod multis placet. Pub. Mim.

Forma viros neglecta decet. Ouid.

Faſtus ineſt pulchris: ſequiturq; ſuperbia formam. Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. Idem.

Gratior eſt pulchro veniēs in corpore virtus. Verg.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Quanta amentia eſt effigiem mutare naturæ, & picturam quærere, tolerabiliora propemodum in adulterio crimina ſunt: ibi enī pudicicia, hīc adulteratur natura. Aug. de ſer. Dom. in Mot.

Fucare

Fucare figmentis quo vel rubicūdior appareas, adulterina fallacia eſt, qua nō dubito ipſos maritos ſe nolle decipi, quibus ſolis permittendæ ſunt fœminæ ornari, ſed ſecundùm veniam, non ſecundùm imperium. execranda autem eſt ſuperſtitio ligaturarum: quę non ad placendum hominibus, ſed ad ſeruiendū dæmonibus adhibentur. Id. ad poſsi.

Nolo vt de ornamentis auri vel veſtis properam habeas in prohibendo ſententiam, niſi in eis qui neq; coniugati ſunt, neq; coniugare cupiētes cogitare debent quomodo placeant Deo. Ibidem.

Anima duertendum eſt, non in ſolo rerum corporearum nitore atq; pompa, ſed etiam in ipſis ſordibus luctuoſis eſſe poſſe iactantiā, & eo periculoſiorē, quo ſub nie ſeruitutis Dei decipit. Id. d̄ ſer. Dom.

Pulchritudo, bonum Dei donum eſt, noſtro abuſu fit malum. Idem lib. 1. de Nupt.

Pulchritudo corporis & ſenectus, in vno habitare Non poſſunt. Ibidem.

Si vir vel mulier ſe ornauerit, & vultus hominū ad ſe prouocauerit, & ſi nullum inde ſequatur damnum, iuditium tamen patietur æternum: quia venenum attulit, ſi fuiſſet qui biberet. Hier. in Ep.

Inter ſericum & linteamina, quibus tibi videris fulgidus & formoſus, intellige te nudum, conciſsū, ſordidum, mendicantem. Ibidem.

Neglecta decoris cura pl⁹ placet, & hoc ipſum quod nos non ornamus, ornatus eſt. Ambr. 1 de Virg.

Delet picturam Dei mulier, quæ vultum ſuum materiali

teriali candore obliniat, quæ exquisito candore perfundit. Idem in Hex.

Pulchræ à cōditis amorem subtrahunt, qui in ipsum autorem pulchritudinis cordis passibus tendunt. Greg in Reg.

Quòd pro sola inani gloria vestimētum pręciosius quæritur, res ipsa testatur: quia nemo vult ibi pręciosis vestibus indui, vbi ab alijs non possit videri Idem in Homil.

Serico & purpura indutæ, Christum syncerè induere nō possunt, auro & margaritis adornatæ, ornamenta mētis & corporis perdiderūt. Cip. d̄ virgi.

Artificialis species superducitur, & facies obducitur naturalis, vt hominis artificium artē superet creatoris. Innoc. de vi. lit. cond. hum.

Exterior supsluitas interioris vanitatis indiciū est: mollia indumēta, animi mollitiē indicāt. nō tantū curaretur corporis cultus, nisi pri⁹ neglecta fuisset mens inculta virtutibus. Bern. in Apolog.

Decor qui cū veste induitur, & cū veste deponitur, vestimenti est, non vestiti. Idem in Ep.

Fœda admota pulchris, pulchriora reddūt pulchra. Ibidem.

Nihil refert corp⁹ ligetur ferro, vel auro. Amb. i hex.

Cum dominus dicat, non potes facere vnum capillū album vel nigrum: tu ad vincendam Dei vocem crines tuos inficis, malo præsagio futurorum, capillos iam tibi flāmeos auspicaris: hinc illa nascūtur incentiua vitiorum, vt exquisitis coloribus ora

ora depingant, dum viris displicere formidant, & de adulterio vultus, meditantur adulterium castitatis. Aug 4 de Doct. Chri.

TVRPITVDO ET FOEDITAS.

EX GRÆCIS.

Res timoris plenæ cogunt eum cui accidunt, ad actiones turpes. Arist. Ethi. 1,

Turpia tolerare non propter aliquod decorum, vilis hominis est. Ibidem.

Cognata sunt, & maximè conueniunt turpia turpibus. Plut. de Poë.

Turpe si feceris non latebit. Stobeus.

Turpe semper est turpe. Ibidem.

Turpis neminem veretur. Ibidem.

Si pulcher es, bene fac: si deformis, naturę defectum bonis actibus compensa. Demet.

EX LATINIS,

Pōt ex casa vir magn⁹ exire: pōt ex humili deformiq; corpusculo, formos⁹ aius ac magn⁹. Sen. ep. 67

Quosdam mihi videtur in hoc naturā generasse, vt approbet, virtutem omni loco nasci. Ibidem.

Non deformitate corporis fœdatur animus, sed pulchritudine animi corpus ornatur. Ibidem.

Multi naturæ vitium meditatione & exercitatione sustulerunt. Cicer. 2. de Diui.

Periculum minus fugiendum est, quam turpitudo. Idem Phili. 6.

Si

Si vnum in locum collecta fuerint omnia mala, ea malo turpitudinis non erunt comparanda. Idem Thus. 2.

Nemo repente fit turpissimus, gradatim in vitia labimur. Teren in Andr.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Fœlix nigredo est, quæ mentis parit candorem. Bern. super Cant. ser. 2.

Fœda ad mota pulchris, pulchriora reddunt pulchra. & ipsa magis fœda redduntur. Idem in Ep.

Turpitudo iniquitatis est præmiū. Chr. sup ep. ad Rom.

Verborū turpitudo honestate valāda est. Id. de Job.

Satius est totum aliquid amittere, quàm partem ex turpitudine retinere. Platina.

DIVITIÆ ET POSSESSIO.

EX GRÆCIS.

DArtarum diuitiarum, quàm possessarum maior amor est. Plat. de Rep.

Modestis hominibus, plurimi facienda pecunia est. Ibidem.

Peiores sunt nuper ditati, q̄ ditati ab antiquo. Ibidē.

Difficilis possessio est homo. Idem de Leg.

Opes honestis viris ac bonis, bonæ sunt; malis verò male. Idem de Diuin.

Fœlices ac bonos simul esse fieri potest, prædiuites autem ac bonos impossibile. Idem de Leg.

Tantas

Tantas opes habere cōuenit, quātę nec possidēti insidias parent, nec rerū necessariarū inopiam. Ibid.

Media possessio bonorū externorū est optima: quia facillimum est obedire rationi. Arist. Poli. 4.

A quibus malis nos liberant diuitię? si ne illud quidē adimunt malum, sui cupiditatem? Plu. de Pol.

Magnæ diuitiæ facile acquiruntur, paruæ autem nō sine labore & tempore. Ibidem.

Aurū nostri dat apertū documētū: cōprobatur. n. auro cuiusmodi bonorū & malorū mēs sit. Diog. li. 1

Indignū hominē diuitiarū causa laudari nolle. Ibidē.

Ideo pallens est aurum, quia multos habet insidiatores. Ibidem.

Diuitiæ nocent, nisi quis digne vtatur. Diog. lib. 1.

Nec equus sine freno, nec diuitiæ sine ratione retineri diu possunt. Ibidem.

Nec auratus lectus ægrotum leuat, nec bona fortuna stultum. Ibidem.

Appetitus frenari difficilis, adiunctis diuitijs insanit. Ibidem.

Non amare diuitias magna res est, & hoc accidit eis qui non possident eas: qui verò possident, duplo quam cæteri amant. Ibidem.

Opes & virtus haud aliter, q̄ duo in trutina pōdera, quorū altero degrauāte, alleuatur alterum. Ibidē.

Qui sua vult latere vitia, diuitias quærit. Ibidem.

Qui animam curat, se ipsum curat: qui corpus, non se, sed sua curat: qui pecuniam, nec se nec sua, sed aliena curat. Demosth.

Magnificipauperes sunt, quiimmẽsas diuitias quæ-runt. Diog. lib 6.

Malo moriens inimicis diuitias relinquere, quàm viuens amicos frustra rogare. Ibidem.

Diuitiæ sapientibus Deus, cætera inania verba sunt & ornamenta verborum Eurip in Cyclo.

Sita est in diuitijs existimatio virtutis, existimamus enim diuitem omnia scire recte. Ibidem.

Pecunia si rectè collocatur non deest. si malè, deest. Ibidem.

Nullus semper iustè viuens ditatus est. Stob.

Si quem volueris diuitem efficere: non est quòd augeas diuitias, sed minuas cupiditates. Idem.

Fortuna diuitem hodie, mendicum facit in crastinum. Ibidem.

Argentum hominibus sanguis & anima est Ibidem.

Cæcæ sunt diuitiæ, ac se inspicientes obcæcant, Stobæus.

Ridiculi sunt diuitijs operam dantes: cum eas largitatur fortuna, auaritia seruet, liberalitas auferat, Ibidem.

Diuitiæ fortunæ vomitus sunt. Ibidem.

Fælix, qui simul opes ac mentem habet: Ibidem.

Vinum mutatur pro vasis, diuitiæ autem pro moribus possidentium variant. Ibidem.

Opes tuas duplici nomine colito, vt a magna iactura facile te expedias, & vt bono homini infortunium patienti succurras. Ibidem.

Sudor prouocatus exercitijs, decentior est, so etiam etiã diuitiæ proprijs laboribus acquisitæ. Stob.

Possessio tua est, quam animo tuo habes. Ibidem.

EX LATINIS.

¶Nulli aliena respicienti, sua placent. Senec. de Ira lib. 3

Primus diuitiarum modus est, habere quod necesse est: proximus, quod sat est. Idem Ep. 1.

Diuitiæ bona insidiosa sunt, & sperantibus, quàm assecutis meliora, si quid enim in illis esset solidi, aliquando implerent. Idem Ep 17.

Multis parasse diuitias, nõ finis miseriarum fuit, sed mutatio. Ibidem.

Nihil refert animus æger in diuitijs vel in paupertate ponatur, malum suum illum sequitur. Ibidẽ,

Securius diuites erimus, si scierimus, quàm non sit graue pauperem esse, Idem Ep. 18.

Nemo alius est Deo dignus, quam qui opes contempsit, quarum possessione tibi non contradico, sed efficere volo, vt eas intrepide possideas, quod vnõ consequeris modo, si etiam sine illis beatè victurum persuaseris tibi. Ibidem.

Breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarum via est, Ep. 63,

Diuitiæ non quia concupiscendæ sunt, laudantur, sed concupiscuntur quia laudantur. Ep. 83.

Vtinam qui honores petituri sunt, cum ambitiosis: vtinam qui diuitias optaturi essent, cum diuitibus deliberarent, profecto mutassent vota. Ibidem.

Neminem diuitem pecunia fecit, imõ contra,

nulli non maiorem sui cupiditatem pecunia ingessit, quæris quæ sit, huius rei causa? plus incipit habere posse, qui plus habet. Ibidem.

Sapiens non amat diuitias, sed mauult: nec respuit possessas diuitias, sed contemnit. Idē de vit. beat.

Sapiens tunc præcipuè paupertatem meditatur, cum in medijs diuitijs consistit. Ibidem.

Id age vt diuitas potius à te, quam à fortuna petas. De Tranq. Ani.

Ibi opes, vbi amici. Quint. lib. 5.

Satis diuitiarum est, nihil amplius velle. Id. decl. 1.

Non sunt laudanda bona illa, quibus abundantem licet esse miserrimum. Cic. para. 1.

Ea maxime desideramus, quibus abundamus maximè. Ibidem.

Omnes sunt diuites (dicunt Stoici) qui cœlo & terra frui possunt. Ibidem.

Pecuniæ quærendæ, nō solum quæ necessarios vsus suppeditent, sed liberales. Idem. 2. Offi.

Copiæ singulorum sunt, eorum autem qui ijs egēt infinita est multitudo. Ibidem.

Malo virum pecunijs, quàm pecunias viro indigere. Max. lib 7.

Non est secura possessio, in quam gladio inducimur Cur. lib. 8.

Scilicet vxorem cum dote, fidemq; & amicos.

Et genᵒ & formā, regina pecunia donat. Hor. in Ep.

Protinus ad censum, de moribus vltima fiet. Quæstio. Iuue. sat. 3.

Quan-

Quantumquisq; sua numorum seruat in arca,
Tantum habet fidei. Ibidem

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Diuitiæ seculares si desunt, nō per mala opera quærantur in mundo: si autem adsunt, per bona opera seruentur in cœlo. Animum virilem & Christianum: nec debent si accedant extollere: nec debēt frangere si recedant. Aug. Ep. 140.

Veræ illæ sunt diuitiæ quas cum habuerimus, perdere non possumus. Super. Matth.

Sufficientiam vitæ non indecenter vult, quisquis eam vult & non amplius, quæ quidem non appetitur propter se ipsam sed propter salutem corporis, & congruentem habitum personæ hominis, vt non inconueniens eis viuat cum quibus viuēdum est. ista ergo cum habentur, vt teneantur cū non habētur vt habeātur orandū est. Ad prob.

Aurum ideo carum, quia rarum. Idē de Ciui Dei.

Omnis copia, quæ Deus meus non est, egestas mihi est. 14. Confes.

Diuitiarū morbus superbia est, grādis enim animus est qui inter diuitias isto morbo nō tenetur: tolle superbiam & non nocebunt diuitiæ. Idē ser. 24.

Diues nihil ex suis diuitijs habet, quàm quod postulat pauper. De Verb. Dom.

Diuitiæ vtilius tenentur humiliter, quàm relinquantur superbè. Epist. 24.

Diuitias Christiani tenent, non tenētur ab eis. Ep. 89

Aurũ aliter laudat auar⁹, aliter religiosus. Cõt. Iuli.
Facile est homini tũc diuitias despicere, cum habet; difficile autem cum non habet viles æstimare. Græg. 2. Mor.
Res suas diues secum tolleret cum moritur, si ad potentis vocẽ cum viueret dedisset: nam terrena omnia quæ seruanda amittimus, largiẽdo seruamus. Idem in Hom.
Maior inter fratres substãtia, maioris est causa discordiæ. Ibidem.
Vbi aurum pluit, ibi pluit vitium. Ibidem.
Diuitiæ vt impedimenta sunt improbis, ita adiumẽta virtutis sunt bonis. Amb. super Luc.
Præstat alijs, quàm sibi diuitem esse. Ibidem.
Illud possidemus, quo vtimur. Ibidem.
Diuitiæ vix sanctis domini contemptui sunt. Idem 1. Offic.
Aurum homines in dæmones mutat. Chry. Hom. 7.
Diuitum est, litigare. Super Matth.
Opes, malitiæ sunt schola. Hom. 7.
Pecunia, causa mæroris est. Ibidem.
Diues vere est, qui in Deo diues est. Sup Ep. ad Heb.
Nihil clausum constat, quod non auro pateat. Val.
Si possibile esset in diuites vindictã procedere, videres ex eis repleri carceres vniuersos; sed cũ omnibus malis suis, hoc vnũ malum habent diuites, qđ in malignitate peccantes ab vltionibus eruũt. Ib.
Vt opulentia bonum videatur, acerbitas ægestatis facit. Lact. li. 2.

Nummus vincit, nummus regnat, nummus imperat vniuersis. Alan. de Conq. Nat.
Qui diuitiarum seruus est, custodit eas vt seruus: qui autem seruitutis discusserit iugum, distribuet eas vt dominus. Hier. super Mat.
Diues non præsumitur aliquis nisi probetur. Iurisco.
Locupletior dicitur factus, etiam qui non est factus pauperior. Ibidem.
Patrimoniũ Deo creditũ, in tuto est. Cipr. de Elem.
Pars mendicitatis est, congestam secretò pecuniam possidere. Val. in Quod. scr.
Aurum & argentum & huiusmodi, quantum ad animi bonum spectat, nec bona sunt, nec mala: vsus tamen horum bonus est, abusio mala, solicitudo peior, quæstus turpior. Bern. de Consid.
Gen. Adam, genus auarum: quid vobis cum terrenis diuitijs, quæ nec veræ, nec vestræ sunt. vere aurum & argentum terra est alba & rubra, quàm solus error hominum reputat & facit pretiosa. denique si vestra sunt tollite ea vobiscũ Idem ser. 4.
Interdum diues grauius fastidio, quàm pauper inedia cruciatur. Ibidem.

PAVPERTAS.

EX GRÆCIS

VIRO ægeno, verecundia non conducit. Plat. de Fort.

Nemo pauper eſt earum rerum quæ naturæ ſuffi-
ciunt. Plat d.fort.
Cum ſis pauper, diuitibus non iraſcaris. Idem.
Qui pecunijs eget ab amicis repetat, non petat.
Diog,lib.1.
Diuinus ille eſt, qui nullius indiget: proximus, qui
paucis. Ibidem.
Odi pauperem diuiti dantem. Ibidem.
Ne properes diteſcere, ne citô fias pauper. Ibidẽ,
Paupertas integritatis ſignum eſt. Ibidem.
Non aſparnendi pauperes, ſatis illis in ipſa pauperta
te eſt mali. Demoſt.Cont.Eub.
Difficile pauper inuenit cognatum. Ibidem.
Homine paupere nihil fortunatius eſt, mutationem
enim in deteriorem ſtatũ non expectat. Scob.l.1.
Paupertas ſecundum naturam non turpis eſt, illa
vero quę propter turpem cauſam accedit, turpis
eſt. Ibidem.
Paupertas ſubſidium eſt adphiloſophandum. Ibid.
Propter paupertatẽ nullum vnquam torqueri vidi,
propter diuitias multos. Ibidem.
Fames nunquam produxit adulterium, nec pecu-
niarum inopia luxuriam: breuis eſt quædam tem
perantia paupertas, & compendioſa legum obſer
uatio penuria. Ibidem.
Paupertas efficax virtutis gymnaſium eſt. Ibidem.
Paupertas virtus eſt per ſe docta. Diog.lib.2.
Inopia prompta eſt in perpetrandis malis, Ibidem.
Paupertas non parua ægritudo eſt. Ibidem

Pauper

Pauper ad omnia formidoloſus eſt, & ſe putat ad
omnia ſperni. Ibidem.
Pauperum finis eſt nox, obumbrat enim ipſorum
mala. Ibidem.
Diuites non ſic miſerentur infelicium, quàm paupe
res. Ibidem.
Paupertas & diuitiæ nomina ſunt indigentiæ & ſa
turitatis, quamobrem nec diues dicendus eſt vir
dignus, nec pauper indignus. Ibidem.
Non poteſt ſpoliari nudus. Apul.

EX LATINIS.

Honeſta res eſt lęta paupertas. Senec.Ep.2.
Cui cum paupertate bene conuenit, diues eſt. Ibid.
Nudum latro tranſmittit: etiam in obſeſſa via pau-
peri pax eſt. Idem Ep.14.
Paupertas nulli malum eſt, niſi repugnanti: Ep.124
Vnum paupertatis præſidium eſt, manus habere.
Ibidem.
Egẽs eſt qui non ſatis habet, & is cui nihil ſatis eſſe
poteſt. Cic.4.ad Her.
Magna indigentia nó naſcitur ex inopia magna, ſed
ex copia magna: multa enim deſyderãtur ad mul
ta quę habemus tuenda. Gel.lib.9.
Securitas in paupertate fœlicior, quàm imperium
metu retentum. Ibidem.
Pauperes ſatis ſtipendij pendunt, ſi liberos educant.
Liui.1.Dec.lib.2.
Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores.
Quid.

Cantabit vacuus coram latrone viator. Iuuen.
Nihil habeat infelix paupertas durius in se,
Quàm quod ridiculos homines facit. Ibidem.
Quis diues? qui nihil cupit: quis pauper? auarus. Auson.
Semper eris pauper, si pauperes Emiliane:
Dantur opes nulli nunc, nisi diuitibus. Mart.
Miserũ & pessimũ verbũ est, habuisse. Plut. in Rud.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS

Si vix toleratur diues superbus, pauperem superbum quis ferat? Aug. de Amic. lib. 1.

Paupertas amissa plus dolenda est, quàm opulentia perdita. Idem Ep 5.

Paupertas in animo, nõ in sacculo est. Super psal. 136.

Soli illi qui se cognoscunt pauperes, & confitentur tibi domine Deus paupertatem suam, ditabuntur à te: quoniam qui se diuites existimant, cum sint pauperes, à tuis diuitijs inueniẽtur excluſi. Idem in Solilo.

Forte contemnis pauperem & egenum? noli contẽnere Christum in cælo sedentem, & in terra egentem Idem Hom. 8.

Audite me pauperes, quid non habetis? si Deum habetis? Idem in ser. de Ap.

Beati pauperes spũ suo, diuites spũ dei. Id. sup ps. 14

Vobis dico pauperes qui mendicatis, qui de eleemosynis viuitis, consolamini, consolamini, tribulatio vestra vertetur in lætitiam, & dolor vester in gaudium. Idem de Nat. Domi.

Ideo

Ideò te fecit pauperẽ, vt sufferendo brevem inopiã æternam vitam acquireres: & diuitem ideo fecit, vt dum tibi superflua daret, remedium suis peccatis adquirent. Ibidem.

Quicũque de paupertate gloriamini, cauete superbiam, ne forte vincant vos diuites humiles: cauete impietatem, ne vincant vos pij diuites: cauete ebrietatem, ne vincant vos sobrij diuites. Idem in Com. ser.

Habendi amor nisi ex integro resecetur, ardentior est in paruis, & plus torquet in minimis, & nisi ex corde & toto affectu pauper sis, paupertas ipsa non virtus, sed miseria iudicanda est. Idem in ser. ad Herem.

Pauperi datum, non est datum, sed mutuum. Greg. in Mor.

Hoc vno distamus à diuitibus pauperes, tranquillitate scilicet animi, & vigilias eorum videmus ipsi dormientes. Basil.

Egestas sanitatis est mater, & ad virtutem conducibilior quam diuitiæ. Chrys Hom.

Paupertas manu ductrix quædam est, quæ ducit ad cœlum. Idem ser. 18.

Horreum pauperum venter est, & pauperum pecunias venter conseruat. Ibidem.

Vt opulentia bonum videatur, acerbitas egestatis facit. Lanctan.

Plus sentimus quod habuimus, postquam habere desinimus. Hier. in Ep.

Non

Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur Egestas & pudor. Ibidem.

Paupertatē quo animo ferre virtus patiētię est, ipsū te appetere sapientiæ laus est. Ber. super Cant.

Pauperes aliqui esse volunt eo pacto, ut nihil eis desit, Idem de Aduent. Dom.

Paupertas, nobis titulus est. Ibidem.

Paupertas penna magna est, qua cito in regnū volatur. Ibidem.

Paupertatem Dei filius concupiscens, descendit vt eam eligeret sibi: & nobis sua ęstimatione faceret preciosam. Idem in Virg. Nat.

Sic vos filij Adam diuitias quæritis, diuitias desyderatis vsq; adhuc, cum iam beatitudo pauperum diuinis commendata sit: prædicata mundo, credita sit ab hominibus: quærat eas paganus, qui sine Deo viuit, quærat eas iudæus, qui terrenas repromissiones accepit. Idem ser. de omni. sanct.

Vis obtinere cœlum: paupertatis vilitatem amplectere, & tuum erit. Ibidem.

BELLVM.

EX GRÆCIS.

OPtimus locus in bello est medius, quia fortes tenent locum medium inter timidos & audaces. Arist. Pol. 2.

Iniquū certamen est, vbi victor priuatus esse potest, victus autem rex. Plut. de Fort. Rom.

Necesse

Necesse est cum multis pugnet, qui multis vult imperare. Ibidem.

Bellum statuta non quærit. Ibidem.

Procul domo pugnandum est. Ibidem.

Maximè Mars odit cunctantem. Ibidem.

Vir armatus graui armatura, seruus est armorū. Ibi.

Cœsi prælio, inter victores numerantur. Demosth.

Raræ fœlicitatis est, multa prælia, eaq; fœliciter gerere. Ibidem.

Qui foris bellum gesturus est, operam det vt domi omnia in tuto sint. Ibidem.

Nec amicis maius beneficium præstare potes in bello, quam si ipsorum inimicus esse videaris: nec hostibus magis nocere poteris, quàm si amicitiam ipsorum simules. Stob.

EX LATINIS.

Nō ille sol⁹ militat, q in acie stat. Sene. de trāq. ani.

Quicquid in pugna patimur, virorū est. Quin. li. 12.

Certissima mensura militaris ætatis est, posse fortiter facere. Ibidem.

Rei militaris virtus præstat cæteris virtutibus. omnia nostra studia, & hæc forensis laus, iacent sub tutela ac præsidio bellicæ virtutis, & simulac increpuit tumultus, artes illico conticescunt. Cicer. pro Mur.

Suscipienda bella sunt, vt in pace sine iniuria viuatur. Idem 1. Offi.

Non solum aduentus belli, sed metus ipse affert calamitatē. Idem pro Leg. Man.

Omnia

Omnia ſunt miſerā in bellis ciuilibus: ſed nihil miſerius quàm ipſa victoria, quæ etiam ſi ad meliores venit, tamen eos ferociores reddit. Idem ad Marc.

Difficile eſt poſt pugnam inceptam, aciem inſtruere. Ibidem.

Aſpero & præciſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget: quia vires armis conſtant, quę vbi à recto itinere deſciuerunt, oppreſſura ſunt, niſi opprimantur. Max. l. 2.

Non eſt cum hoſte confligendum, niſi occaſio obtuliſſet, aut neceſsitas accidiſſet. Idem. lib. 7.

Sæpe in bello paruis momentis, magni caſus interdunt. Cęſ. lib. 1.

In magna paucitate contra magnam vim hoſtium, artificio magis quàm viribus decertandum eſt. De Bel. Afric.

Bellum ex arbitrio ſumitur, non deponitur. Ibidem.

Victoris in manu eſt bellum mutare. Saluſt.

Arma armis irritantur. Ibidem.

Fortuna belli, artem, victoſq; docet. Curt. lib 3.

Bellum ex victoria naſcitur. Ibidem.

Bellum non ſuſcipiendum, niſi cum maius emolumentū ſpei quàm damni metuę oſtēditur. Tráquil.

Bellum eſt iuſtum, quod neceſſarium eſt: & arma ſunt pia, quibus nulla niſi in armis relinquitur ſpes. Liu. lib. 9. Dec. 1.

Euentus belli, quaſi iudex iuſtus. Liu. 1. dec. lib. 3.

Bellum ſeipſum alit. Cato.

Luxuria & otiū, militaris diſciplina tollitur. Ibidē.

Luxu-

Congruus clamor magni refert in acie. Ibidem

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Bellum quod gerendum Deo autore ſuſcipitur, recte ſuſcipi dubitari fas non eſt. Aug. Cont Fauſt.

Vtile tuis tibiq; dabo consilium: arripe manibus arma, oratio aures pulſet authoris: quia quando pugnatur, Deus apertis cælis proſpectat: & ibi dat palmam, vbi cauſam aſpicit iuſtam. ad Bonif.

Cum iuſtum bellum ſuſcipitur, vtrum aperte cuis, an ex inſidijs pugnet, nihil ad iuſtitiam pertinet. Idem in Quęſt.

Non prohibuit militare, qui proprium ſtipendium ſufficere præcepit. Ibidem.

Orado mortalium paci accommodatus hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli authoritas atq; conſilium penes principes ſit. Idem Cont. Fauſt.

Militari non eſt delictum, ſed propter prædam militare peccatum eſt. Idē de Verb. Dñi.

Bellum, a belluis nomen habet. Idem de Verb. dñi.

Bella cum ſuo genere nō gerūt: beſtiæ. 12. de Ciu. D.

Integros honor lapſos iniuria ad pugnam reuocat. Ap. in. Ep.

Fortitudō quę per bella tuetur à barbaris patriam, vel defendit infirmos, vel a latronibus ſocios, plena iuſtitia eſt. Amb. de offi.

Ars bellandi ſi non precluditur, cum fuerit neceſſaria non timetur. Caſi. in Epiſt.

Quemadmodum certātibus ventis mare cōcutitur, ſic

sic regibus sibi aduersantibus, populus regnive xarur. Chrys. super Matth.

Aduersariorum pugna constanter aliquando appetenda, & prudenter aliquando declinanda. Greg. 3. Mor.

Nunquam ad publicum certamen produxeris militem, nisi cum eum videris sperare victoriam. Veg. lib. 3.

Scientia rei bellicę, dimicandi nutrit audatiam. Ibid.

Nemo prouocare bello audet, aut facere iniuriam ei, quem intelligit prōptum ad vindicandum. Ibid.

Vtilius constat erudire armis suos, quā alienos mercede conducere. Ibidem.

In aliis rebus si quid erratum est, potest postmodum corrigi, præliorum delicta emendationem non recipiunt. Idem libr 3.

Plurimum terroris hostibus armorum splēdor importat. Ibidem.

Qui desyderat pacem, præparet bellum. Ibidem.

Qui secundos euentus desyderat, dimicet arte, non casu. Ibidem.

Animis penè omnium hoc naturaliter euenit, vt trepident, cum ad conflictum venerint. Ibidem.

In prælio amplius solet iuuare occasio quàm virtus. Ibidem.

Difficile vincitur, qui de suis & aduersarij copijs vere potest iudicare. Ibidem.

Qui dispersis suis hostem insequitur, quam accepe-
rat vult hosti dare victoriam. Ibidem.

Qui

Qui necessarium cōmeatum non prepārat, vincitur sine ferro. Ibidem.

Cum consilium tuum aduersario proditum cognoueris, dispositionem mutare conuenit. Ibidem.

Quo genere pugnaturus sis nesciat hostis, ne aliquibus remedijs resistere moliatur. Ibidem.

Pugnantibus supremam pugnam inire credendum est, vincentibus iam primam. Ibidem.

Si desit pugna & hostis, nulla victoria est. Lact. lib. 6.

Via hostibus qua fugiant, non est munienda. Ibidē.

EXERCITVS.

EXercitui opus est vt suo fungatur officio: nunquam vacare, vel hostibus nocens, vel sibi prodens. Stob. lib. 1.

Exercitus sine duce, magna est bestia sine capite, & sine spiritu corpus. Ibidem.

Quo maior multitudo eo pluribus casibus subiacet. Veg. lib. 2.

Melius est post aciem multa seruare præsidia, quàm latius militem spargere. Ibidem.

Exercitus labore proficit, otio consenescit. Ibidem.

Ita incommoda exercitus tegenda sunt, vt spem aduersario non augeamus. Cæs. de Bel. Ciuil.

HOSTIS.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

QVamuis hostis, audiat bene vir bonus. Eurip. in Heracl.

Hostium dona, non sunt dona. Ibidem.

Ad reprimendum cõmunẽ & potentiorem hostem, etiam hostium societas expetitur. Ibidẽ.

Nostris animum addere non melius possumus, quã extenuatis hostium viribus. Ibidem.

Principijs obsta, nisi velis hostem progredi longius. Demosth. in Olynt.

Hostiũ incõmoda, nostra esse cõmoda dicẽdũ est. Ibi.

Tunc commodissimè inuaduntur hostes, cum eorũ fines infestantur. Ibidem.

Subita conterunt hostes, vsitata vilescunt. Veg. li. 3.

Hostis recõciliatus, vehementer cauendus. Ibidem.

Hostis in domo, formidabilis res est. Ibidem.

Pati hostilia non indignetur, qui fecerit. Liui. libr. 6. Dec. 3.

Barbari naturaliter sunt hostes, ijs qui non sunt barbari. Ibidem.

EX SACRIS.

¶ Hostes hõis Chr̃iani, sunt facta carnis. Aug. dẽ Cõt.

Dũ paruus est hostis interfice, vt nequitia elidatur in semine. Hier. in Epist.

Philosophus sic inter hostes viuendum censuit, tanquam inter amicos, & inter amicos tanquam si in medijs hostibus viueretur. Chrys. Homil. 6.

Nihil in bello pernicioſius, quàm hostem quamuis imbecillum contemnere. Ibidem.

EX

EX GRÆCIS.

DVX qui bellicis rebus præest, non in fronte tantum, sed à tergo oculos habere conuenit. Plut. in Apophteg.

Turpissima imperatoris vox est dicere, non putaram. Ibidem.

Cautus imperator audaci præferendus est. Stob. li. 2.

Dux non potest omnibus gratificari. Ibidem.

Imperator habeat aduersus hostes audaciã, erga subditos beneuolentiã, in opportunitate consiliũ. Ib.

Idem est inter imperatoriam & oratoriam artem, qd̃ inter bellum & pacem. Ibidem.

EX LATINIS.

¶ Duę sunt artes, quę possunt homines locare in amplissimo gradu dignitatis, vna imperatoris, altera oratoris boni: ab hoc enim pacis ornamenta retinentur, ab illo belli pericula repelluntur. Cicer. pro Leg. Mani.

In summo imperatore quatuor hæ virtutes inesse debent, scientia rei militaris, virtus, authoritas, fœlicitas. Ibidem.

Fœlicitas rerum gestarum, exercitus beneuolẽtiam imperatoribus, & res aduersæ odia conciliant. Cæs. de Bel. Ciuil.

Nihil minus in perfecto duce, quàm festinatio & celeritas, conuenit. Tranq.

Ad ducis laudẽ subditorũ pertinet virtus. Veg. li. 3.

Inter hostes discordiæ serere causas, sapientis est ducis. Ibidem.

Viso in acie imperatore, animi militũ accenduntur. Liui. lib. 2. Dec. 1.

Impatoris prudẽtis est, nihil inexplorato agere. Ibi.

Artes imperatoriæ & militares non eadem sunt, Ibi.

Ducis est fortunæ se præbenti, non deesse. Ibidem.

Signe imperium consulis, aspernantur milites. Ibid.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Exercitui nõ nisi probatus pręficiatur dux. Greg. Epist. 8.

Imperator nullum inuitum militẽ producat in aciẽ. Veg. lib. 3.

Quomodo potest dux militum suorum probare virtutem, nisi habeat hostẽ. Lactan. lib. 5.

Multo glorioſius est ciuitates cõdere, quã euertere.

Magnanimitas in impatore necessaria est. Apud Iur.

MILES.

PArere imperatori melius est quàm hostem necare. Plut. in Apoph.

Miles metuat ducem magis quam hostẽ. Ibid.

Verecundum militem apud sanctas imperatoris aures minus pudet confiteri, q̃ queri. Quint. Decl.

Non minus in milite continentiam, ac modestiam, quàm animi magnitudinem desydero. Cæs. de Bel. Gal.

Quis credat militem bellicosum, cuius dissimulatione ferrugine arma fœdantur? Ibidem.

Faci

Facilius est ad virtutem instruere nouos milites, q̃ reuocare perterritos. Ibidem.

Militem pœna & timor in sedibus corrigunt, in expeditionibus spes & præmiũ faciunt meliorẽ. Ibi.

Miles horridus esse debet, non cælatus auro & argento. Ibidem.

Milites indignati in imperatorẽ, ex industria torpẽt in acie. Liui. libr. 9. Dec. 1.

Deuotus miles non sentit sua, cum benigni ducis intuetur vulnera. Ber. in Ser.

Pulchrior est miles in prælio occisus, quàm in fuga saluus. Tertul.

VICTORIA.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

VIctoria tota posita est in consultatione bona. Eurip. in Phœnis.

Omnia bona illorum qui victi sunt, victoribus accedunt. Stob.

Inter victores numerãdi sunt, prælio cœsi. Demost.

In victoria multa facienda sunt eorũ arbitrio, p̃ quos vicit, etiam ab inuito imperatore. Cicer. ad Mar.

Victoria semper insolens est. Ibidem.

Facile est vincere non repugnantem.

Multò se ipsum, quã hostem superasse operosius est. Max. lib. 3.

Victoris in manu erit bellum mutare. Salust.

Pulcherrimum victoriæ genus est, terrore do-

domare. Plin.in Ep.

Tam victoribus quàm victis peregrina lingua discenda est. Cur.lib.6.

Ex victoria nascitur bellum. Ibidem.

Tanto clarior laus est, quanto clarior quem vicer is. Lib.8.

Bis vincit, qui se in victoria vincit. Pub mi.

Pars victoriæ est, inimicum turbare antequam dimices. Veg lib.3.

Vincere quidem bonum, superuincere autem inuidiosum. Ibidem.

Vincere, quàm vti victoria facilius est. Ibidem.

Victores nusquam honestius quam in castris hostium pereunt. Iust.lib 2.

Conditiones pacis dicere eius est, qui dat pacem. Liui.lib.10.dec.3.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Inuicti esse volumus, & recte: hoc enim habet animi nostri natura post Deum, à quo ad imaginem eius factus est homo, sed eius erat præcepta seruãda quibus seruatis, nemo nos vinceret. Aug. de Ver. Relig.

Qui sic vincitur, non vincitur sed cõsentit. Ibid.

Quædam melius fugiuntur quàm vincuntur. Lact.

Interdum vinci est beneficio affici. Ibidem.

Victorem esse passionis, beatum est, non autem esse in passione. Amb.

Non est tanti gaudij excelsa tenere, quanti mœroris est

est de excelsis corruere: nec tanta gloria sequitur post victoriam, quanta ignominia sequitur post ruinam. Idem.

Non est glorioſa victoria, nisi vbi fuerunt laborioſa certamina. Amb. in offi.

Victoria turpis est, quæ ĩ honestè quęsita est. Idẽ 3. of.

CAPTIVITAS.

SErui quos bellorum iniquitas victoribus in præda dedit, eisdem legibus, eadem fortuna, eadem necessitate nati sunt, & ex eodem loco spiritũ trahunt: nec natura illis, sed fortuna dedit dominum. Quint. dec.3.

Conditiones accipiendæ sunt á victis: non ferendæ. Liui.dec.lib.4.

Captiuitatis nulla maior calamitas est, quam ad alienam libidinem trahi. Hie. in Ep.

Captiuitatis nescia est pudicitia. Amb.

Captiuitatis persecutio imputatur ad martyrium. Chrys. de Asc. Dom.

CVRA, INDVSTRIA, ET SOLICITVDO.

EX GRÆCIS

INcõmoda naturæ, industria corrigũtur. Demost.

Stulta verborũ cura ẽ: vbi rerũ negligẽtia est, Ib.

Dulce vitæ genus est, agere sua. Arist.

In multis negotijs oportet vnum negociari ad vnũ

opus: quia melior est cura intentain vnum, quàm circa plura. Idem 3. Poli.

Simplex cura recti est, multiplex praui. Sene. ep. 12.

Stulta cura est, quæ spem non habet. Quint. decl. 6.

Humanũ ingenium pro illis habet maximã curã, in quibus suã posità videt esse substantiã. Veg. lib. 2.

Cura curam trahit. Ibidem.

Cura fertilitatis causa est. Pli. in Pan.

Alterum mater, alterum industria gignit. Max. li. 8.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Si Deus quæ propter te fecit sua sustentatione non deserit, & quę plasmauit propter te, nunquam repellit à se, quomodo repellet à te? August. de non Cog. in Craft.

Ipsius cura velamur, cuius iussu formamur, curergo Christianæ vitæ temporalis cura solicitat: cui totum dominus subministrat? Ibidem.

Quanto quis altior erigitur, tanto curis altioribus oneratur. Greg. 17. Mor.

Qui adhuc se vitijs impugnari sentiunt, aliorum curam susciperenon præsumant. 13. Mor.

Terrenæ solicitudines, impediunt orationis effectũ.

Soliciti esse vetamur, laborare iubemur. Chr. su. mat.

Solicitudo desperationis est filia. Ibidem.

Cura & & solicitudo, æstimatur precio. Apud Iurisc.

Sicut homo nunq̃ inuitus bene seruit: ita nec occupatus commendata bene custodit. Max. in sermo.

Negotium ex negotio seritur. Ibidem.

facito aliquod opus, vt te semper diabolus inueniat occupatum. Hier. in Ep.

Quidiem dedit, dabit etiam quæ ad diem necessaria sunt. Cle. Alex.

Solicitus est Deus de ijs, qui de ipso sunt soliciti. Ber. super Cant. serm. 79.

Solicitudo officium prælati est, non celsitudo. Ibid.

Vt in speculo non repurgato videri nõ potest imaginis species: sic animus curis victus, & perturbationes obtenebratus, quæ à carnis sensibus suggeruntur, spiritus sancti illustrationem recipere nõ potest. Basil.

LABOR, OPVS, ET EXERCITIVM.

EX GRÆCIS.

EXercitatio infantium confert ad robur capessendum. Pla. de Leg.

Repletis, & lassatis, nõ cõuenit exercitiũ. Plut.

Vt nauigatio iuxta littus, sic ambulatio iuxta mare iucundissima est. Ibidem.

Qui exercitio vtitur, caueat lassitudinem: qui bona fortuna, caueat inuidiam. Stob.

Plures fiunt exercitatione boni, quàm natura. Ibid.

Labor exiceat, & senium inducit: vndè multum laborantes senescunt magis. Ibidem.

Laborando viri pecunioſi fiunt, & qui laborat magis à dijs amatur. Hesiod.

Per labores virtus incedit. Ibidem.

Labores cum abiere, dulces sunt. Scob.
Laborare nolle iuueni turpe est. Ibidem.
Hanc rationem Deus sequitur in bonis viris, quam in discipulis suis præceptores: qui plus laboris ab ijs exigunt, quibus certior spes est. Plat. de Prof.

EX LATINIS.

¶Non est viri, timere sudorem. Senec. Ep. 30.
Labori incumbendum est, vbi effectus promittitur. Quint. Declam. 6.
Viris labor, mulieribus munditiæ cõueniũt. Salust.
Magnitudo instãtis laboris, animos debilitat. Coll. 4
Labor & voluptas dissimilia natura, societate quadã iuncta sunt. Liui.
Onus non est apellandum, quod cum lætitia feras. Cic. in Ver.
Quem in ipsa re trepidare nolueris, ante ipsam rem exerceas. Senec, Ep. 18.
Ea solidissima pars est, quę exercitatur crebrius, Ib.
Omnis virtus in actione consistit. Ibidem.
Commodè agendo factum est, vt sæpe agerem: sępe agendo, vt minus commode: quia assiduitate nimia facilitas magis quam facultas paratur. Plin. l. 6.
Omne opus difficile videtur antequam tentes. Veg. lib. 2.
Quod sęmper agitur, aliquando succedit. Ibidẽ.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Operamur tanto attentius, quanto difficilius. Aug. 6. De musi.

Homo

Homo ad laborem natus est, & si non ad laborem creatus est: si refugiat laborem, non facit ad quod natus est. Ibidem.
Ad laborem cum veneris, sic temperabis opus agendum, vt solicitudo operis, intentionem animi tui ab ijs quę Dei sunt, non auertat. Ibidem.
Laborãt etiã, qui mãte operantur. De Oper. Mon.
Inter laborandum, psallendum est. Ibidem.
Nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet, quo gloria æternitatis acquiritur. Hier. in Epist.
Nemo vult, in incertum laborare. Lact. lib. 3.
Opus, inferius est artifice suo. Tert.
Labor malos mores corrigit. Chrys. super Psal.
Laborantibus, finis dulcis est. Ibidem.
Bos lassus fortius figit pedem. Ibidem
Non sufficit tibi, quòd ad te nõ perueniunt tela inimici: age aliquid, nec cessent manus tuæ, opera enim tua bona gladij sunt interficientes inimicũ. Super Psalm. 60.
Omne laboris remedium, alterius laboris initium est. Ibidem.
Dei seruum sine intermissione legere, orare, & operari oportet, ne forte mentem otio deditam, spiritus fornicationis obrepat. Isid. de Sum Bon.

PERICVLVM.

EX

EX GRÆCIS.

Circa labores fortitudine & patientia opus est. Plut. de Fort.

Nullus sibi similis in periculis homo, quoties ad audatiam ex periculo venit. Eurip. in Tau.

Periculum pro dignis subeundum est. Ibidem.

Commune periculum sępè cõiungit, qui alioqui inter se diuersi erant. Demosth. in arg.

EX LATINIS.

¶Ab homine homini quotidianum periculum est. Senec. Ep. 104.

Quantũ possumus nos à lubrico recedamus, in sicco etiam parum firmiter stamus. Ep. 117.

Auida est periculi virtus. Ibidem.

Miraris apud te aliquando pericula accessisse: quæ circa te semper errauerunt. De Tranqui. Anim.

Sero animus ad periculorum patientiam, post pericula instruitur. Ibidem.

In periculis maximè versatur affectus. Quint. li. 6.

Periculo quæsita, maximè placent. Plin. lib. 9.

Nunquã periculum, sine periculo vincitur. Pub. Mi.

Metus & periculum, exhortationem audire non sinunt. Ibidem.

Labor & periculum impenditur, vbi honor & præmium speratur. Liui. Dec. 1. Lib. 6.

Plus animi est propulsanti periculum, quàm inferenti. Ibidem.

Incautum est magnas res eisdem casibus, eisdemq; tempestatibus subere. Pli. lib. 3.

EX

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Cætera pericula quiescere possunt: pericula à falsis fratribus quiescere vsque in finem non nouerunt. Aug. Hom. 50.

Non quisque sibi ꝓponat & dicat; habere volo quòd vincam. hoc enim est dicere, viuere desydero & volo sub ruina. De sing. cle.

Periclitatur castitas in delitijs, humilitas in diuitijs, pietas in negotijs, veritas in multiloquijs, charitas in hoc mundo. Idem.

Nemo diu tutus est, qui periculo proximus est. Cypr. in Ep.

Nunquam securus cum thesauro latro tenetur inclusus, nec in vna cauerna cum lupo tutus est agnus. ipse voluit penetrari qui hostem in suas partes induxit: & intestinum gladium sibi ipse supponit, qui domum suam aduersario patefecit. Hier. de cos. cl. & mul.

Etsi de cæteris apostoli virtutibus nihil facimus, in hoc tamen vno apostolum vincere possumus, nõ enim ter tantummodo naufragauimus, quorum omnium penè vita naufragium est. Salust. Cont. Gent.

Singulare periculum, singularem exigit operam. Bernard ser.

Ex consideratione remedij, periculi estimatur quantitas. In Nat. Domi.

Periculum non incurris, quantumcunque te humil-

milies. Super Cant. ser. 17.

FESTINATIO ET DILIGENTIA.

EX GRÆCIS.

DIligens industria vtilior est, quàm bonum ingenium. Stob.

In tumultu festinatio quoq; mora est. Ibidē.

Quorum opes ignauia nostra auxit, eadem diligentia destruat. Demosth. 1. Olynt.

Quod quæritur comprehendi potest, effugit autem quod negligitur. Ibidem.

EX LATINIS.

¶Sat celeriter fit, cuicquid satis bene fit. Cæsar.

In bellicis rebus amplius solet prodesse diligentia q̄ virtus. Veg. lib. 4.

Non potest in eo esse succus diuturnus, qui nimis celeriter est maturitatem consecutus. Cicer. 1. de Orat.

Diligentia in omnibus rebus plurimum valet, hæc præcipuè colenda est nobis, hæc semper adhibenda, hęc nihil est quod non assequatur, qua vna virtutæ reliquæ omnes continentur. Idē 2. de Orat.

Diligentia nimia sæpè nocet. Plin. lib. 25.

Ad res gerendas simul adhibeatur & industriæ celeritas, & negligentiæ tarditas. Gell. lib. 10.

Somnium & vinum vtraque sunt diligentiæ inimicissima. Colu. lib. 12.

Plerumq; casus a comittur industriam. Ibidem.

Dij facientes adiuuant. Varro. de re. rust.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Quo fugiturus est à Deo irato, nisi ad Deum placatum? quia si peccator es, & vis à Deo fugere, ad ipsum fuge. Aug. super psal. 94.

Seculum hoc corde, non corpore est fugiendum. De Fut. Sec.

Quod diligentius quæritur, solet dulcius inueniri. Super psal. 103.

Fieri non potest quadam diuina prouidentia, vt religiosis animis se ipsos, & Deum suum, ideſt veritatem pie, caste, & diligenter quærentibus, inuenię di facultas desit. De Quant. Anim.

Nimia diligentia suspitionem facit. Hier. in Ep.

Animæ cupienti nihil satis festinatur. Ber. ser. 73.

Festinemus vt habitemus sine metu: abundemus sine defectu: epulemur sine fastu. Ibidem.

SOLVS ET SOLITVDO.

EX GRÆCIS.

HOmo solitarius aut angelus, aut bestia. Arist. 1. Poli.

Vnus vir non omnia videt. Eurip.

Vnius manus imbecillis pugna est. Ibidem

Hominem solum, quamuis angusta fortuna alit. Ibidem.

¶Turba ſtrepitum habet, viſio Dei ſecretum deſyderat. Aug. ſuper Ioan.

Solitudine vitia multa vitantur. Hier. in Ep.

O deſertum Chriſti floribus vernans: ò ſolitudo in qua illi naſcuntur lapides, de quibus ciuitas magni regis conſtruitur! ò eremus familiarius Deo gaudens. quid agis frater in ſeculo? qui maiores mundo? crede mihi, neſcio quid plus lucis videor aſpicere, libet, ſarcina corporis abiecta, ad purum ętheris euolare fulgorem paupertatem times? cui Chriſtus beatus pauperes prædicarit: labores times? cum nemo athleta ſine labore coronetur: de cibo cogitas? ſed fides famem non cogitat. & vt breuiter ad cuncta audias apoſtolum reſpondentem, non ſunt condignæ paſsiones huius ſeculi. Idem ad Heliod.

Eremus nudos amat. Ibidem.

Malum quod nemo vidit, nemo arguit, vbi autē nō timetur reprehenſor, ſecurus accedit tentator, licentius perpetratur iniquitas. Ibidem.

Eremus aliquando deſerendus eſt. Ad Ruſt.

Non prodeſt ſolitudo corporis, ſi deeſt ſolitudo mentis. Greg. 3. Mor.

Sicut difficile eſt arborem iuxta viam poſitam fructus ſuos vſq; ad maturitatem ſeruare, ſic difficile eſt virum fidelem iuxta mundum iſtum viuentem, in actibus ſuis, juſtitiam immaculatam vſque ad

ad finem ſeruare. recede ergo a via, & plantare in loco ſecreto, vt nec mundus tecum habeat aliquid commune, nec tu cum mundo. Chryſ. ſuper Mat.

Solitaria vita cœleſtis doctrinæ ſchola eſt, ac diuinarum artium diſciplina. Pet. Rau.

Fugit hamum celeriter piſcis: ita & animus voluptati deditus, auerſatur ſolitudinis quietem. Clem.

Solitudo ſuperborum eſt, quia ſolos ſe reputant, & appetunt reputari. Bern. in Ep.

Experto crede, aliquid amplius inuenies in ſyluis, quàm in angulis: ligna & lapides docebunt te, qđ à magiſtris audire non poſsis. Ibidem.

Eremi ſolitudo, multo ſpiritu feruentes euomuit. Super Cant. ſer. 64.

Solitarius incedere curans, cæteris moleſtus eſt In Pur. Mar.

SORS ET FORTVNA.

EX GRÆCIS

FOrtuna non eſt in rebus anima carētibus, nec in infantibus, nec in brutis. Ariſt. Ph. 2.

Muliebre dictum eſt, neminem mutare poſſe factum. Plut. de Rhe.

Quidam anteuertunt fortunam, ipſamq; occupāt. De Tranq. Ani.

Fortuna non eſt infœlicitatis effectrix, niſi improbitatis præſidio. De Curioſ.

Naturæ operatio, fortuna non indiget. Ibidem.

Fortuna nobis cyatos exiccãtibus, si vnum bonum infundit, tria mala refundit. Stob.

Fortuna diurna est. Eurip.

Fortuna diuitibus pecunias non donauit, sed multo dedit. Stob.

EX LATINIS.

¶Quod non dedit fortuna, nõ eripit. Senec. Ep. 6.

Malo me fortuna in castris suis, quàm in delitijs habeat. Ep. 68.

Nulli fortuna tã dedita est, vt multa tentanti vbique respondeat. De Ira. lib. 2

Quid refert qualis status tuus sit, si tibi videtur malus? Idem Ep. 8.

Cuiuis potest accidere, quod cuiquã põt. De Trã. An.

Non solum ipsa fortuna cæca est, sed etiam ipsos plerumq; efficit cæcos, quos amplexa est. Cic. in Læl.

Fortunam laudare stultitia est, vituperare superbia. 1. de Inuent.

Ferenda est fortuna, præsertim quæ abest à culpa. Ad Torq.

Fortuna multis in pœnam parcit. Plin. lib. 6.

Multum tum in omnibus rebus, tum in re militari fortuna potest. Cæs. de Bel. Gall.

Fortunę quisq; faber est. Salust.

Fortuna nunquam simpliciter indulget. Curt. lib. 4.

Nullum numen abest, si sit prudẽtia: sed te.

Nos facim⁹ fortuna Deã, cæloq; locam⁹. Iuue. Sat. 14

Si fortuna volet, fies de Rhetore consul.

Si volet hæc eadem, fies de consule Rhetor. Idẽ Sat. 7

Horat. 1. Serm.

Qui fit Mœcenas, vt nemo, quam sibi sortem,
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa
Contentus viuat, laudat diuersa sequentes?
O fortunati mercatores, grauis annis
Miles ait multo iam fractus membra labore.
Contra mercator, nauem iactantibus austris,
Militia est potior. quid enim? concurritur, horæ
Momento, aut cito mors venit, aut victoria læta;
Fata viam inuenient. Verg. 3. Æneï.

Sibi quisq; dat mores: conditiones casus assignat. Liu. 3. dec. lib. 10.

Efficatior est ad breue tempus fortuna; ad longum virtus. Ibidem

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Sola fortuna prospera est, quæ otium dat philosophandi Aug. 2. cont. Acad.

Fortuna intelligenda est pro ijs rebus, quæ fortuitu videntur accidere: non quia numen aliquod sit eũ etiam quæ fortuita videntur, causis occultis diuinitus dentur. Idem lib. quæst.

Sors non aliquid mali est, sed res in dubitationẽ humana diuinam indicãs volũtatẽ. Idẽ super Psal 30

Sorte Ionas in mare missus, sorte Mathias in Apostolum electus est. Greg. super. 1. Reg.

Cessat fatalis necessitas, vbi potestas est voluntatis. Ambr. sup. Mat.

FAMA.

EX GRÆCIS.

FAmam, quàm multi populi celebrant, non ex toto perijt Arist Eth 7.

Non curandum multos cognoscere, sed à nullo ignorari. Plut.in Apoph.

Fit natura quadam, vt ignauissimi homines nihil curent, quæ sit de ipsis futura opinio, probatissimi autem viri cuncta faciant, quæ in futuris seculis bene inter homines audiant. Plat.Ep.2.

Si bene vis audire, discito bene loqui, & cum benelo qui didiceris, rectè facere conator: hoc enim modo bonam famam acquires. Stob.

De homine mortuo bene ominare. Ibidem.

Omnibus hæc consuetudo est præconibus, bis tantum exaggerare, ác facta sunt. Euripin Heracl.

EX LATINIS.

¶In rumore cuius probationes, cuius argumenta non habes, calumniæ genus est primum credere. Quint.in Decl.11.

Famam accendit contentio non credentiũ Decl 8.

Famam ex malo quærunt aliqui. Pli.lib 8.

Rumoris publici authoritas, instar oraculi est. Cice. in Orat.

Multi famam, conscientiam pauci verentur. Pli.lib.

Summam rerum nunciat fama, non ordinem. Ibid.

Bona opinio homini, melior tñ pecunia est. Pub.mi.

Honestus rumor, alterum patrimonium est. Ibid.

Fama rerum gestarũ post mortẽ viuere facit. Liui. 3.Dec.lib.8.

Insita

Insita cupido hominibus est, augẽdi rumores. Ibid.

Otium plebis rumores excitat. Ibidem.

Sed famam vigilare iuuat, quis nosset Homerum Illius æternum si latuisset opus? Ouid.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS

¶Duę res necessarię sunt tibi, cõscientia & fama: cõscientia tibi, fama proximo tuo qui fidens conscientię suæ, negligit famã suã, crudelis est. Aug.de cõm.

Maiòr misericordius operãtur erga animas infirmorum, qui famæ bonæ seruorum Dei consulunt, q̃ erga corpora egentium, qui panem esurientibus frangunt. De Oper.Mon.

Quisquis volens detrahit famæ meæ, nolens addit mercedi meæ, Ibidem.

Dolet etiã de bonis, mala fama mentiri. Ad Paul.

Quos fama bene commendat, se inuicem videre desiderant. Ibidem.

Falsus rumor cito opprimitur, & vita posterior iudicat de priori. Hier in Ep.

Etiã si copia plurimũ solet habere fastidij, bonum tñ nomẽ repetitũ, semp efficitur gloriosũ. Casi.i Ep.

Fama absentes, præsentes facit. Ibidem.

Minus tutum est rumores subnascentes negligere, quàm eis non credere. Ibidem.

ACCVSATIO.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

FAcillimum est alienam culpam accusare, vbi fateris tuam. Quint. lib. 2.

Si accusatores multos esse in ciuitate vtile est, vt metu cōtineatur audacia, ita est vtile, ne plane illudamur: & hoc ab accusatoribus. Cic. pro Ros.

Non solum accusator, sed nec obiurgator, ferendus est ijs, qui quod in altero vitium reprehēdit, in eo ipso deprehenditur. Idem in Ver.

Ex accusatione accusatoris, optime intelligitur accusatoris veritas. Plin. lib. 3.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Rectus est, & bene inuocat Deum, qui in omnibus malis quæ patitur se accusat, non Deum: & in bonis quæ facit non se laudat, sed Deum. sicut enim repellit Deus peccata sua defendentem, sic recipit confitentem. Aug. de Ver. Innoc.

Accusatur frustra, qui à iudice laudatur. August. de Ciuit. Dei.

Apud iustum & misericordem iudicem, qui se accusat excusat. Ibidem.

Præsumitur semper quod accusatio fiat causa inuidiæ. Apud Iurisconsul.

Actio non datur contra patrem. Ibidem.

Accusationes deserēs propter promissiōes, punitur. Greg. in Reg.

Accusare se & non corrigere, tentare Deū est. Chry. super psalm. 50.

Accusantes aliena peccata, grauiora facimus nr̄a. Ib.

EX

EX GRÆCIS.

REcta solutio est manifestatio falsi. Arist. Elē. 2

Probabilia sunt: quæ videntur omnibus, aut pluribus & sapientibus. Idem. Top. 1.

Mihi contingat nec latere virtutes, nec turpia agenti multos habere testes. Eurip. in Hip.

Tutius est, famam citare testē, quām ipsum aliquid affirmare. Demosth. 1. Olynt.

EX LATINIS.

¶Nullum probationis genus debet inimicum videri, quod solum est. Quint. Dec. 7.

Frustra asserimus, quod fingimus, cum vix prodest verum fateri. Ibidem.

Satis absolutum existimo, de quo in tanta diuersitate regionum discreta hominum iuditia consentiūt Cicer. de Orat.

Nullius calumniæ subijcienda sunt, quę dij comprobauere. Liui. 4. Dec. li. 5.

Non potest de veritate dubitari, quoties cum incertis experimenta consentiunt. Ibidem.

Pluris est oculatus testis vnus, quam auriti decem: qui audiunt, audita dicūt: qui vidēt, plane sciūt. Plat. in Truc.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Testes dei sunt martyres, voluit enim Deꝰ testes hr̄e hoīes, vt & hoīes testē habeant Deū. Aug. sup Ioā.

Si sub ipso percussoris ictu veritatem seruauimus testimonio: mortem contemnimus in mundo:

vitam consequimur in cœlo. Idem lib Hom.

Humana decet diuinis, nō diuina humanis testimonis comprobari. Idem ad sac. Virg.

De certis incerta probantur. Lact. lib. 3.

Magis credunt homines ornatæ veritati. Ibid.

Firmum probationis genus est, quod ab aduersario sumitur. Iur. cons.

Efficatior probatio requiritur eb eo, qui vult probare quod non est verisimile. Ibidem.

Quamuis vera sint, credenda non sunt, nisi quæ certis inditijs comprobantur: nisi quæ manifesto examine conuincūtur: nisi quæ ordine iudiciario publicantur: non enim qui accusatur, sed qui conuincitur reus est: Isid. 5. sol.

DEFENSIO ET EXCVSATIO.

EX GRÆCIS.

Si turpe est nō posse se defendere corpore, turpi⁹ erit nō posse defendere sermone. Ar. 1. Rhe.

Odit Deus vim: sed parta possidenda iubet. nō ad rapinas relinquendę sunt diuitiæ. Eur. in Hel.

Ea sedulò defendenda sunt, quibus perditis, & tibi certò pereundum est. Demost. 1. Olynth.

Si gratè & vrbaniter recuses, non minus grata erit excusatio, quam cōpotatio. Plu. de tuen. bon. Val.

Oportet qui ciuitatis causam defendit, ciuitatis ingenium imitari. Stob.

EX LATINIS.

¶Ali-

Aliquando exigit communis vtilitas, vt etiam falsa defendantur. Quin. lib. 2.

Difficili⁹ semper est defendere, quā accusare. Lib 5.

Qui confessum defendit, non absolutionem sceleris quærit, sed licentiam. Ibidem.

Nihil minùs conuenit aduocati partibus, quàm reo capite periclitanti, subsidium miserationis auferre. Idem Declam. 2.

Melior est causa suam non tradentis, quam alienū poscentis. Cur. lib. 7.

Vt cunq; succedat res, malo defensionem meam displicere, quàm causam. Ibidem.

Tua cum defendis, aliena oppugnas. Liu. l. 9. dec. 3.

Ingenia humana facunda sunt, ad suam cuiquā culpam leuandam. Ibidem.

Domus iurisconsulti, est totius ciuitatis oraculum. Cic. 1. de Orat.

Culpam præsertim deprehēsam excusare, altera culpa est. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Cæpisti non defendere peccatum tuum, iam inchoasti iustitiam: perficietur autem in te, quando nihil aliud facere delectabit. Aug. Ser. 22.

Non debet iudex vendere iustum iuditium, aut testis verum testimonium, quia vendit aduocatus iustū patrociniū: illi enim ad vtrāq; partē ad examē adhibētur, isti ex vna cōsistūt. Idē ad. mac.

Nulla est peccati excusatio, si amici causa peccaue-

ris. Idem de Amic.

Criminis socius est, qui male defraudantem defendit Idem Epist 54.

Apud causidicos,& tacere venale ẽ. Casi.sup.ps.73.

Fit plerũq;,vt dum iniqui correcta in se vitia defendere nequeant,ex verecundia,peiores fiãt:&sic in sua defensione superbiant, vt quædam vitia cõtra vitam corrigentis exquirant. Greg.10. Mor.

Nemo quem crimen aggrauat proprium intercessor fieri appellat pro culpis aliorum. Idẽ in Past.

Cum is qui mittitur ad intercedendum,displicet:irati animus ad deteriora prouocatur. Ibidem.

Incassum munita sunt omnia,cum locus vnus,quo hosti pateat aditus,non est munitus. Idẽ in Mor.

Consultor perdit memoriam,si sibi non reddatur debita merces. Iurisconsu.

Habens loquendi locum apud diuitem,dãnationem pro retento talento timeat:si non apud eum,sicut valuit,pro pauperibus intercedit.Amb.in Hexa.

Si alienum opus excusare non potest:excusa intentionem. Ber.super Cant.ser.2.

Verbosum aduocatum,&studentem eloquentię,cũ sapientiæ sit inanis,non aliud, quàm iustitiæ hostem reputes. Idem de Considerat.

Culpa cum defenditur,geminatur. 4.Mor.

Excusatio perfecta est,testimoniũ cõsciẽtiæ suæ.Ib.

Excusatiõis genꝰest,cũ argueris,aliũ incusare.par.se.

CONIECTVRA ET SVSPITIO.

EX

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Oportet ex vsu,& ex ijs quæ confinia sunt,& similem habẽt speciem,colligere.Chrysip.

Ex manifestis occulta deprehẽdũtur.Deme.

Sæpè quodam animi præsagio diuinamus,à quibus nobis bona vel mala impendantur. Demost.

Suspitio calumniam parit. Ibidem.

Tutissimũ iter est,quod suspectissimũ est.Sen.ep.6.

Inter supecta male viuitur. Ep.75.

Fœlicior inocẽtia,quę citra suspitionẽ ẽ.Id delch 17

Suspicio graue est hominibus malum. Pub.Mim.

Periude vt est opinio de cuiusq; moribꝰ:ita qđ ab eo factũ est,& nõ factũ existimare pót Cicer.p Cluẽt.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Non tantum curemus habere bonam conscientiã, sed quantum potest nostra infirmitas:quãtum diligentia fragilitatis humanę:curemus etiam nihil facere,quod veniat in malam suspicionem infirmo fratri. Aug.de vt.cred.

Suspitiones suas quisq; cognitiones putat Ibidẽ.

Multi non dederunt locum errori,& dederunt suspitioni. Amb.in Hex.

Innocentiam præstare possum: quid homines de me loquantur non possum.

Nunquam sic eluuntur magna crimina,quin hæreat animis hominũ aliquod suspitionis vestigiũ.Ibid.

Coniecturæ declarant,qualis fuerit animus. Iurisc.

In incertis,non in certis,est locus coniecturæ. Ibid.

Ex

Ex vsu vel consuetudine viuentis, præsumitur voluntas ipsius morientis. Ibidem.

Talis quisq; præsumitur esse, qualis est habitus quẽ gestat. Ibidem.

Suspicari de illo creditur: qui à pluribus admonetur. Cassiod. lib. 7.

Sicut difficile aliquem suspicatur malum, qui bonus est: sic difficile aliquem suspicatur bonum, qui malus est. Chrys. super Matth.

EXEMPLVM ET IMITATIO

EX GRÆCIS.

ARduum est, absq; exemplo res magnas lucidè ostendere. Plat. de Reg.

Eorum qui Reip. præsunt, non modò singula verba, nec res tãtum publicè gesta animaduerti notariq; solent, sed virtus quoq;, tociq; simul, & seria quoq;, domus ipsa, familiæ, vxor, & cubile curiosius conquiruntur. Idem de Pol.

Laudatur imitatio, quę rei similitudinem artificiosè assequitur, siue illa sit pulchra, siue deformis. Plu. de Poët.

Vt plantarum semina, sic homines regionibus similes fiunt. Ibidem.

EX LATINIS.

¶Longum iter est per præcepta, breue & efficax per exemplа: plus ex moribus, quàm ex verbis trahimus. Senec. Ep. 6.

Ali-

Aliquis vir bonus nobis eligendus est, & semper ante oculos habendus, vt sic tanquam illo spectante viuamus, & omnia tanquam illo vidẽte faciamus. Idem. Ep. 6.

Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat aliquem habeat animus quem vereatur, cuius auctoritate etiam secretum suum, sanctiùs faciat. Felicẽ, qui aliquem sic vereri potest, vt ad memoriã quoq; eius se componat, atq; ordinet: qui sic aliquẽ vereri potest, cito erit verendus Ibidem.

Magna pars artis, imitatio est: nam vt inuenire primum fuit, estq; præcipuum: sic ea quę bene inuẽta sunt, sequi vtile est. Quint. lib. 10.

Non qui maxime imitandus, etiam solus imitandus est. Ibidem.

Nihil est quod facilius humana calliditas possit imitari, quam dormientis simulationem. Decl. 2.

Magni interest quos quisq; audiat domi quotidie: quibus cum loquatur a puero: quemadmodũ patres pædagogi, & matres etiam loquantur. Cic. de Clar. Orat.

Imitãdi sunt maiores: illud primum exemptum, ne vitia imitentur. Cic. 2. Offi.

Cùm sit arduum similitudinem fingere a vero: tum longe difficillima est imitationis imitatio. Pli. li. 4.

Hoc fere homini a natura datum est, vt qua in familia laus aliqua fortè floruerit, hanc fere qui sunt eius stirpis, cupidissime prosequantur. Cic. pro Rab.

Quod

Quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant homines Ad Seuer.

Graues pœnæ, exempla dicuntur. Ibidem.

Exẽpla mala ex bonis initijs orta sunt. Salust. in cat.

Cẽs dociles sum⁹, imitandis turpib⁹ ac prauis. Iuuen.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Exemplum alicuius malum, tibi fit bonum, si caues. Aug. super Psalm. 83.

Vterq; sexus & ætas, habet sanctorũ hominũ imitationis exemplum: imitentur senes Thobiam: iuuenes, Ioseph pulchrum corpore, pulchriorẽ mẽte: imitentur virgines sanctæ, sanctam dominam matrem: imitentur viduæ Deo deditam Annam: imitẽtur cõiugatę, castã Susannã. Idẽ de Cathe. Rud.

Non omnia, quæ a sanctis vel iustis viris legimus facta, transferre debemus in mores: ne violemus præcepta: dum passim sectamur exempla. Ibidem

Sana quippe ratio exemplis anteponenda est: cui quidem nec omnia exempla concordant, sed illa quæ tãtum digna sunt imitatione, quantũ excellentiora pietate. Idem de Ciu. Dei.

Nemo sibi soli viuit, & nemo sibi soli moritur, & ideo omnis homo quantiscunq; exemplum sanctæ conuersationis præbuerit: cum tantis, & pro tãto ad præmia ętèrna perueniet. Idem in Com. Serm.

In rebus incomprehensibilibus, exempla non suppetunt disputanti. Idem. cont. Fel.

Pudendum est ijs velle placere, quos nolis imitari: aut

aut enim mali sunt, & nihil magnum est à malis laudari: aut boni sunt, & eos oportet imitari. Idem Gest. 83.

Qui in cõspectu populi male viuit, quantum in illo est, eum à quo attenditur, occidit. Greg. in Past.

Sic sit opus in publico, quatenus intentio maneat in secretõ: vt de bono opere, proximis præbeamus exemplum, & tamen per intentionem, qua soli Deo placere quærimus semper optemus secretum. Idem. Hom. 11.

Plerunq; cõtingit, vt qui de se mala opinari permittunt, per semetipsos nulla vnquam mala faciant & tamen per eos qui se imitati fuerint, multiplicius delinquant. Idem in. Past.

Ad exemplum non sunt extendenda, nisi quæ firma sunt. Ibidem.

Seruata veritate historiæ, imitari spiritualiter possumus, quod carnaliter audimus. Idem in Mor.

Deum imitari desiderat, qui fastigium potentiæ adeptus, alijs prodesse desiderat, non præesse. Idẽ 26. Mor.

Nullum exemplum maius est, illo exemplo, cuius est exemplum. Tertul.

Quisquis malos non imitatur, offendit. Apocal. 2. Epist.

In ijs duobus mandatis, verbi scilicet, & exempli, summam officij, ad conscientiæ securitatem, pendere intelligo. Bern. ad Bald.

Pulcherrimus ordo est, & saluberrimus: vt onus

quod

quod portandum imponis: tu portes prior, & ex te discas qualiter oporteat alijs mederi. Ibidem.
Post Deum pauci, ad Deum omnes ire cupiunt. Ide super Cant. ser. 12.

SIMILITVDO ET FICTIO.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Similis simili semper hæret. Plat. de Amore.
A similibus, similia non licet fieri. Arist. Rhet. 2.
Non est natura comparatum, vt quilibet homo, cuiq; conueniat: nec fortuna finit eadem quibus uis esse paria. Plut.
Assiduum inter pares, discordiæ malum. Iust. lib. 6.
Comparatio aliarum, fœlices etiam quasdam miserias facit. Quint. Dec 5.
Aliud est proximum esse, aliud secundum. Lib. 10.
Multum signa faciunt, & ex alia memoria venit altera. Lib. 11.
Omnibus veris falsa quędá adiuncta sunt tãta similitudine, vt nulla sint iudicandi & discernendi vota. Cice. de Nat. Deo.
Signis opus est apud non intelligentes. Pli. Ep. 1.
Antiquis in rebus, si qua similia veris sunt, pro veris accipiuntur. Liui. lib. 1. Dec. 2.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Quæ per comparationem dicũtur, non per omnia esse

esse similia necesse est. Aug. Con Faust.
Fingimus aliquando sine mendatio. Ibidem.
Similitudo falsitatis est mater. Lib. 2 soli.
Vt æqualium vsus dulcior, ita senũ tutior est. Amb. de offit.
Par in parem non habet imperium. Iur. cons.
Simile dicitur, quod concordat in multis: licet in vno discrepet. Ibidem.
Pictores imitantur arte naturam. Chrisf. sup Euãg.
Pictura gentibus pro lectione est. Greg. in Mor.

CONTRARIVM ET DISSIMILITVDO

Contraria iuxta se posita magis eluescunt. Arist. 2. Rheto.
Omne quod corrumpitur, à contrario corrũpitur. Phis. 1.
Eiusdem scientiæ est, oppositã cõsiderare. Mataph. 4
Omnis commoditas sua fert incommoda, & omnis incommoditas sua fert cõmoda. Demos. 2. Olinth
Dispares mores, disparia studia sequũtur. Cat. maior
Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi.
Sedatũ celeres, agilẽ gnauũq; remissi. Hor. Ep. li 1.
Contraria sicut simul esse non possunt, sic nec carnales, nec spirituales diuitiæ. Bern. ser. 4.

ÆMVLATIO ET AMBITIO.

EX GRÆCIS.

NAtura comparatum est, vt inter eos æmulatio contentiosa non oriatur, qui diuersa virtute, diuersis moribus, non eodem studij genere operam rei cuipiam dent. Plut. de pol.

Æmulatione virtus cognoscitur. Home, Ili. 22.

Æmulus est figulus figulo: atq; fabro æmulus artis protinus consors. Plut. de Tranq. Ani.

Exhortandi cunctantes, optima ratio est adhibere æmulum, qui quod ipsi dubitat accipere, alij intercipere studeant. Ibidem.

EX LATINIS.

Nihil est tam pronum ad simultates, quam æmulatio: in fœminis præsertim. Plin. in paneg

Tũc maximè fauor, & ambitio dominatur, cum sub aliqua seueritatis specie delitescit. Idem. lib. 3.

Cum præstare cæteris concupieris, difficile est præstare cæteris æquitatem. Cic. 1. offit.

Ambitio virtuti, quã auaritia affinior est. Sal. in Cat.

Tunc bene fortis equus reserato carcere currit cum Cũ quos prętereat, quosq; sequatur hẽt. Ouid. 3. d. art.

Qui agit vt prior sit, forsitan si non transibit, æquabit. Quint. lib. 10.

Quisquis intelligit, habere se vitæ famæq; æmulũ, attẽtè sibi cauet: facta sua circũspicit: vitã oẽm cõponit, quãdoquidẽ & hoc hẽt peculiare malitia, vt i peccãdo magis vereatur inimicos, quã amicos. Ibi.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS

Quoties

Quoties huminibus præesse desydero, toties Deo meo præire contendo. Aug. super. Psal.

Ambitio possidet omnium virtutum præmia. Ibid.

Sicut is qui inuitatus renuit, quęsitus refugit, sacris est altaribus admouendus: sic qui vltro ambit, vel importunè se ingerit, est procul dubio repellẽdus Greg. in reg.

Ambitiosus semper est prouidus: semper attentus, ne dicat quod displiceat: humilitatem simulat, honestatem mẽtitur, affabilitatem exhibet subsequitur, & obsequitur: cunctos honorat, vniuersis se inclinat, frequentat curias, visitat optimates, assurgit & amplexatur, applaudit & adulatur. Inoc. de Vilit. Condit. hum.

Ambitiosi tractantur eleganter. Hier. ad rus.

Offitium aliquando putatur ambitio. Ibidem.

Potestatis ambitio, angelum potestate angelica priuauit: scientiæ appetitus, hominem immortalitatis gloria spoliauit: non Euam cibus deflexerat, non mandatorum destituerat obliuio, sed promissi honoris ãbitio illecebrosa decepit. Ber. sup. cãt. ser. 49

Æmulationi discretio necessaria est. Ibidem.

Ambitio latere vult, & hypocreseos est mater. Ibid.

HOMO.

EX GRÆCIS

HOmo aliud est quã corpꝰ sũũ Pla. d. nat. nom

Homines vt in pluribus sunt mali, in

paucioribus autem boni. Arist.2. Top.
Difficilis possessio, homo est. Ibidem.
Nos sumus quodam modo finis omniũ Phis 2.
Homo naturaliter est animal politicum. Polit 1.
Masculinum naturaliter, est dignius fœminino, Ibi.
Sicut omniũ animalium melior est homo lege fruẽs, sic pessimũ est homo ã lege & iustitia separat⁹. Ib.
Homines vehementer boni vel mali, perpauci sunt: medij autem plurimi. Pla. in phæd.
Homo nihil omnino, quam ipsa calamitas est. Stob.

EX LATINIS.

¶Quod naturæ satis est, hõi satis non est. Sen Ep.120.
Homo in adiutorium mutuũ generat⁹ est. Idẽ d̃ Ira.
Hoc natura præscribit, vt homo homini quicunq; sit, ob eam ipsam causam tantum, quòd homo est consultum velit Cic 3 offi.
Sunt in terra homines non vt incolæ, & habitatores: sed quasi expectatores supernarum rerum, atq; cœlestium Idem 2. De le.
Nec figura hominis, nec excellens vis ingenij significat ad hanc vnam rem natum hominem, vt frueretur voluptatibus. Idem 1. de fi.
Sic habeto, te nõ esse mortalem sed corpus hoc. De Somnio Scip.
Hominum industria belluarum vim longè superat. Sal. in Catil.
Homines aut mortalitatem suam, aut immortalitatem cogitare debent. Plin in Ep.
Animalia cuncta noscunt sibi salutaria, pręter homi nem

nem. Ibidem.
Si conuiuerare volumus, quæ sit in homine excellẽtiæ natura & dignitas: intelligemus quàm sit turpe defluere in vitia, & delicate ac molliter viuere: quàm honestum, parce, continenter, sobriè ac seuerè. Cic.1. offi.
Cum voles hominis veram æstimationem inire, & scire qualis sis: nullum inspice: ponat patrimonium: ponat honores, & alia fortunæ mendatia: corpus ipsum exuat, animum intuere, qualis, quantusq sit. Senec. Ep.42.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Homo medium quodammodo est inter pecora & angelos: vt quia pecus est animal irrationale, atq; mortale: angelus autem animal rationale, atq; immortale medius homo est, inferior angelis, superior pecoribus: habens cum pecoribus mortalitatem, rationem verò cũ angelis. Aug.9. de Ciu Dei
Quã excellens bonũ sit humana natura, ex hoc maximè apparet: quòd summi, & in commutabilis boni potest adhærere naturæ. Idẽ de Ver. Innoc.
In homine est omnis creatura, & miraculum magnũ homo est. Idem quæst.67.
Homo & peccator, quasi duæ res sunt. Idẽ sup Ioh.
Oẽs hõies in Christo vnus sunt homo. super Ps 29.
Homine nulla immanior fera esset: si sibi relinqueretur. Idem. 2. de Ciu. Dei.
Homo in se ipso Deum cognoscit. De spi. & lit.

Animalia fecit Deus propter hominem, hominẽ autem propter se ipsum: si ergo animalibus ministrat propter hominem, quomodo hominibus nõ ministrabit propter se ipsum. Chrys. super Matth.

Præ omnibus malis homo est pessimũ malũ: etenim quælibet bestia, vnum habet & propriè malũ, homo autem omnia. Ibidem.

Optima medicina homini est homo.. Ibidem.

Homo põt dici Deus, nõ coli vt Deꝰ. Gre. 29. Mor.

Quid te ò homo erubescendis cupiditatibus exhonoras? nobilem vult esse vitam tuam, qui tibi commisit imaginem suam. si factorem forte non credis, interroga redemptorem, quàm pretiosus sis. Eus. Emis. Hom. 2.

Consulo consyderes homo quid es: quomodo natus es: nude nudum consydera. Ber. 2. de Cons.

Homo exterior per faciem cognoscitur, interior autem per voluntatem. Idem in ser. beat. Pet.

Homines (proh dolor) plus ad ea, quæ facta sunt, q̃ ad quid facta sunt respiciunt. Ibidem.

Homo paruus mundus est. Ibidem.

MVLIER.

EX GRÆCIS.

MVlier melioris est pietatis, quàm vir, sed maioris inuidiæ: & malitiosior est viro, & facilius decipit. Arist. 8. de Ani.

Mulierum nullum in tenebris discrimen est. Plut.

Nisi sermonum optima semina mulieres suscipiant, & participes eruditionis virorum fiant, absurda prauaq, consilia, atq; cogitationes pariunt. Ibid.

Mulier ad lachrymas nata est. Eurip.

Habet vim quandam ad mouendam misericordiam mulier. Ibidem.

Ardua res, contra reptiles bestias remedia præbuerunt Dij, contra mulierem malam remedia adhuc nullus inuenit. Idem in Andron.

Mulieres beneuolæ ad inuicem sunt, & ad seruandũ res communes aptissimæ. Ibidem.

Bona mulier inter malas mixta, odio habetur. Ibidẽ.

Perpetuum, & necessarium mallũ mulier est. Stob.

Muliebre genus, exempta parente, odi. Ibidem.

Non est, vel murus vel pecunia, tam difficilis custoditu quàm mulier. Ibidem.

Egregios mulierum mores, improbi sermones corrumpunt. Ibidem.

Mulier nec alios videre, nec ipsa videri debet vtrunque enim ad res inhonestas incitamentum est. Ibidem.

Mulier nõ in ciuilibus negotijs, sed in domesticis ingeniosa sit. Ibidem.

EX LATINIS.

¶ Facilius mulieres incorruptam antiquitatem conseruant: quòd multorum sermonum expertes, ea tenent semper, quæ prima didicerunt. Cic. 3. de Orat.

Mulieri imperare non concedit natura. Pub. Mim.
Mulier domui damnum est, & salus. Ibidem.
Mulier à muliere parum distat. Ibidem.
Thesaurus malorum est, mulier mala. Ibidem.
Aut amat, aut odit mulier, non habet mediũ. Ibidẽ.
Malo in consilio fœminæ vincunt viros. Plaut.
Intolerabilius nihil est, q̃ fœmina diues. Iuue. sat. 6.
Nulla diu fœmina pondus habet. Proper.
Neue puellarum lachrymis moueare caueto,
Vt flerent, oculos erudiere suos. Ouid.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Nihil esse arbitror quod magis animum virilẽ deficiat, quã blandimenta fœminę, corporumq́, ille cõtact⁹, sine quo vxor haberi nõ põt. Aug. 1 solil.
Mulier nec docere põt, nec fidẽ facere, nec iudicare; quanto magis nõ potest imperare. Quæst. vtroq;.
Vix est ita turpis aut senio confecta mulier, quæ nõ gaudeat ac libenter audiat, si dicatur esse pulchra. Delectant castas etiã præconia formę. Hier. in ep.
Mulier dicitur à mollitię mentis, & ideo varium est & mutabile testimonium eius. Iurisconsul.
Mulierum genus auarissimum pręsumitur. Ibidem.
Omnia mulierum vitia, excepta fornicatione, ferenda sunt à viris.

LACHRYMÆ.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

La-

Lachrymare ignobilibus liberum est, & misera loqui. Eurip. in Alcest.
Afflictis hominibus suaues sunt lachrymæ. Idem in Troad.
Hominibus etiam in luctu aliqua est gratia. Ibidem.
Mortuum sepelito, nec supra vnam diem lachrymãdum est. Home. Iliad. 7.
Suspirium morsus doloris est. Apud Stob.
Per lachrymas argumentum doloris quærimus, & dolorẽ non sequimur, sed ostẽdimus: nemo enim sibi tristis est. Senec. Ep. 63.
Ingemiscere nunquam viro concessum est, eiulatus nemulieri quidem: nihil est enim viro muliebri fletu turpius. Ibidem.
Lachrymæ prius nobis deerunt, quàm causę dolendi. Ibidem.
Sunt qui gratum facere mortuis, si grauiter eos lugent arbitrentur. Ibidem.
Nihil facilius quàm lachrymæ inarescunt. Ibidẽ.
Lachrymæ pœnitentiæ sunt indices. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Lachrymæ pœnitentium cadunt in conspectũ domini. Aug. cont. Faus.
Lachrymæ infantiũ miseriæ nostræ testes sunt. Ibi.
Vincit lachryma inuincibilem, ligat omnipotentẽ, inclinat virginis filium. Hier. in Ep.
Est pijs affectib⁹ quædã flendi voluptas, & plerũq; graues lachrymas euaporat dolor. Amb. de Offi.

Lachrymas Petri lego, satisfactionem non lego, & quod defendi non potuit, ablui potuit. lachrymæ veniam non postulant, sed merentur. Ibidē.

Quosdam flentes video, sed si de corde procedere illæ lachrymæ, non tam facile soluerentur in risum. ideo nō lachrymas istas sentio, quibus cōsolatio diuina promittitur, in quando post illas tam facile consolatio vilis admittitur. Bern. in sent.

Sæpè quod torpentibus latuit, flentibus innotuit, & afflicta mens citius inuenit malum quod fecerat, & cuius secura non meminit: hunc in se commota deprehendit. Greg. 8. Mor.

Sicut post vehementes pluuias, mundus ac purus aër efficitur: ita & post lachrymarum pluuias, serenitas mentis sequitur. Chrys. super Mat.

Multis consolationi sunt lachrymæ, & magnitudinē doloris minuunt: dolor siquidem speciē ignis gerit, qui dū plus tegitur, plus ignescit. Petr. Blesen.

Etsi pietas pro fidelibus defunctis flere iubet, fides tamen pro eis lugere vetat. Isid. de Sum. Bon.

Lachrymæ cibus sunt dolentis animæ. Idem.

Fletus multus, apud multos: sed fructus nullus Basil. de lib. Arbit.

Lugendum est, post luctum consolandum est, post consolationem ad cælestia contemplanda accedēdum. Ber. super Cant.

Vnde plangis, medicina est, non pœna; castigatio nō damnatio, Idem ad Claros.

Ne

Nemo ad Deum aliquando flens accessit, qui non impetrarit quod postulauit. nullus ab eo dolenter beneficia optauit, qui non acceperit. ipse est enim qui consolatur flentes, dolentes curat, pœnitētes informat. Idem in serm.

ORBITAS ET VIDVITAS.

NVllum est viro maius malum, quàm frustra fida vxore. Eurip in Alce.

Nullum inter homines maiorem doloré reperies, quàm filios mortuos aspicere. Ibidem.

In cæteris minus offendi potest mulier: at si marito priuatur, vita priuatur. Stob.

Libenter se orbitas decipit, magnas calamitates vera ratio sustentat. Quin. Decl. 10.

Quisquis orbitatem facilé credit, festinat ad patientiæ securitatem. Decl. 10.

Senectus & orbitas, licentiam præstant. Max. lib. 6.

Quæ viduæ estis, custodite viduitatem: non estote verbosæ, sed cum silentio expectate dominum Aug. de Nati, Dom.

Si nondum vouisses continentiam vidualem, hortaremur profecto vt voueres: quia vero eam vouisti, hortamur vt perseueres. Ibidem.

Vidua grauius contra concupiscentiam confligit, q̄ virgo. Cont. Iulianum.

Orbitatis magnitudo, religiōis occasio est Hier. ī ep.

FOELICITAS.

EX

EX GRÆCIS ET LATINIS.

FOElix non differt á misero, per dimidium vitæ. Arist. Ethic 1.

Infirmás ponit fœlicitatem esse sanitatem, pauper verò factus diuitias. Ibidem.

Duplex est fœlicitas, contemplatiua & politica: quarum prima est maior. Eth 9.

Fœlicitas perfecti, vsus virtutis est. Ibidem.

Secundis maximè rebus homines memores esse debent Dei. Plut.

Perpaucis contingit fœlices esse & sapere. Ibidem.

Fœlicitas non fortuito, sed ex se contingit. Ibidem.

Nihil tam superbum & intractabile est, quàm homo quem fœlicitatis opinio corripit. Ibidem.

Fœlicitatis splendor ac magnitudo, sæpenumero inuidiam extinguit. Ibidem.

Non curo fœlicitatẽ ex funibus pendentẽ. Plut. ibi.

Ille maiore anxietate tenetur, qui se maximè cupit esse fœlicem. Diog. lib. 4.

Impartire amicis tuam fœlicitatem, quin etiá intercipe labores vicissim. Eurip. in Alcest.

Virum bonum non conuenit, auctum honoribus mores mutare. Ibidem.

Fortunato quæuis terra patria est. Ibidem.

Difficilius inuenitur, qui secundam fortunam bene ferat, quàm qui aduersam. Ibidem.

Cladis causas, si aliæ deficiant, ipsa sibi nimia fœlicitas inuenit. Senec. Ep. 92.

Non egere fœlicitate, fœlicitas nostra est. De prosp.

Horum

Horum qui fœlices vocantur, hilaritas ficta est. Ibi.

Complurium seruus est, quem vulgus fœlicem appellat. De vit. beat.

Non est calamitatis loco numeranda parua fœlicitas. Quint. Dec. 6.

Tristis mẽsura calamitatũ est, magna fœlicitas. dec. 8

Difficilis ẽ fœlicibꝰ miseriarũ vera ęstimatio. Decl. 9.

Difficile est virtutes eum reuereri, qui fortuna semper vsus sit. Cice. ad Heren.

Fœlicitas, & moderatio diuiduum contubernium habent. Max. lib. 8.

Consuescunt Dij immortales, quo grauius homines ex cõmutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum vlcisci volũt, ijs secũdiores interdũ res, & diuturniorem impunitatẽ concedere. Cæsar. li. 1.

Res secundæ insolentiam pariunt. Salust.

Vtile est, ad vsum secundorum per aduersa veniſſe. Plin. in Paneg.

Fœlicitatis est, quantum velis posse: magnitudinis, posse quantum velis. Ibidem.

Vera fœlicitas est, fœlicitate dignum videri. Ibidẽ.

Hoc habet magna fœlicitas, quòd nihil occultum patitur. Ibidem.

Fortunati semper pares quærunt. Lib 5.

Fœlicitas pręsis manibus tenenda est, lubrica enim est, nec inuita teneri potest. Lib. 7.

Qui suę fœlicitati frænũ imponit, melioꝰ eã regit. Ibi.

Fortuna cum blanditur, captatum venit. Pub. Mi.

Fortuna vitrea est, cum splendet, frangitur. Ibidem.

Leuis

Leuis, ſt fortuna, cito repoſcit quę dedit. Ibidem.
Res ſecundæ negligentiam creant. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Felicitas non dea eſt, ſed Dei donum, non igitur colenda, ſed à deo petenda. Aug. 4. de Ciu. Dei.
Magnæ virtutis eſt cũ fœlicitate luctari, magna fœlicitas eſt à fœlicitate non vinci. De verb. Dñi.
Proſpera huius mundi, proſperitatem habent veram iucunditatem falſam. Epiſt. 36.
Temporalia & carnalia bona dona Dei ſunt: & propterea largitur ea etiam malis, ne magna videátur bonis, & ne deſerto magno bono & bonorum proprio, lábantur ad bonorum minimum, non bonis proprium: ſed bonis malisq; commune. 14. d. C. D
Fratres mei: aduerſus fœlicitates fortius eſt vigilandum, adulterium ſimul & homicidium non fecit Dauid, cum Saul perſecutorem pateretur: at vbi hoſtibus deuictis, factus eſt ſecurus, tumoré exercuit. Sup. pſalm. 50.
Nõ omne quod fœliciter ſuccedit, bene ſuccedit: nec omne quod bene, fœliciter. Ibidem.
Omnis copia, quæ Deus meus non eſt, egeſtas mihi eſt, Lib. Confeſs.
In proſperitate turbatur iuſtus. Græg. in Mor.
Præſentis vitæ proſperitas aliquando ideo datur, vt ad meliorem vitam prouocet: aliquãdo vt in ęternum plenius damnet. In Paſt.
Fœlicitas ſeculi contrarius ventus eſt. Anſel. ſuper Euang.
Proſpera temperantur aduerſis. Chr. ſuper Mat.
Proſperitas nouerca virtutis eſt. De Nug. Cur.
Nulla res longa mortalium eſt, omniſq; felicitas ſeculi dum tenetur amittitur. Dum enim tribulationis tempus aduenerit, omne quod præteritum eſt, nihil adiuuat ſuſtinentem. Hier. ſuper Oſeam
Difficile eſt, immo impoſsibile, vt præſentibus quis fruatur bonis, & futuris, vt hic ventrem, & illic impleat mentem: vt de delitijs ad delitias tranſeat, & in vtroq; ſeculo primus ſit: vt in terra & in cœlo appareat glorioſus. In Epiſt.
Magnę felicitatis eſt nihil magnopere mirari, Lact. de Ira. D.
Non leta fœlicitas eſt, quæ multorum emitur infelicitate. Ibidem.
In hoc potiſsimum ſita eſt hominũ felicitas, ſi ad hoc applicetur quis, ad quod ẽ à natura cõpoſit⁹. Ibid.
In omni infœlicitate, infœliciſsimum infortunij genus eſt, fuiſſe fœlicem. Boec. de conſ.

DESYDERIVM AFFECTVS ET Voluntas.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

VEhemens cuiusq; rei appetitio, comitẽ habet formidinẽ illius amittẽdæ. Plut. de Trãq.
Gnæ voluntatis ſunt, deſideria & triſtitia. Ar. 2 Eth
Voluntas euentibus accommodanda eſt. Stob.
Affectus iuditio tenebras infundit. Ibidem.

Affectus ex animo tollendi non sunt, sed cum decore & moderatione conciliandi. Ibidem.

Facillimum est seipsum quisq; decipere: quod enim cupit, id in animum inducit. Ibidem.

Efferatos affectus non parui negotij est componere. Plut. de Tranq Anim.

In becillis est omnis affectus: non obtinebis vt desinat si incipere permiseris: admittitur facili⁹ quam expellitur. Senec. Ep. 117.

Summa circa mouendos affectus hæc est, vt moueamur ipsi. Quint. lib. 6.

Hic solus affectus est maior quam filios amare, filijs misereri. Decl. 5.

Quidquid rationem vincit, affectus est, Decl. 10.

Suum cuiq; pulchrum est. adhuc neminem cognoui poëtam qui sibi non optimus videretur. Sic res habet, me delectant mea, te tua. Cic. Tusc.

Ad omnes affectus impetu rapimur. Curc. lib. 7.

Vt quisq; audit, mouetur. Ibidem.

Nulli assequuto satis fuit, quod optanti maximum videbatur. Ibidem.

Cupiditas agendi aliquid, adolescit vna cum ętate. Cic 5 de finib.

Inutiliter aliquid concupiscere, & in eo vehementer morari, exitio ea dulcedo vicina est. Max. lib. 7

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Voluntas ad male agendum libera est, ad bene non ita. Aug. de verb. Ap.

Mala

Mala voluntate miser quisq; efficitur, sed miserior tum desiderium malæ voluntatis impletur. 13. de Trin.

Absit, vt id quod propter bonum & licitum facimus si ex hoc quicquá mali acciderit, præter nostrā voluntatem, nobis imputetur. In Ep.

Voluntas non libertate gratiam, sed gratia libertatē consequitur. De con & grat.

Sic sit opus in publico, quatenus intentio maneat in secreto, vt & de bono opere præbeamus exemplū & tamen per intentionem, qua soli deo placere quærimus semper optemus secretum. Ibidem.

Non sunt omnia bona, quæ bona fiunt intentione. Ibidem.

Affectus animi qui non habent, recte non viuunt. 14. de Ciu. Dei.

Hoc habet quilibet affectus proprium, quòd quáto feruentior est interius, tanto minus explicari valet voce exterius. De Orando, Deum.

Passiones mentis ita sunt moderandæ atq; frenádę vt in vsum iustitiæ conuertantur: deniq; in disciplina nostra non tam quæritur, vtrum pius animus irascatur, sed quare irascatur. nec vtrum sit tristis, sed vnde sit tristis: nec vtrum timeat, sed quid timeat. irasci enim peccanti vt corrigatur: contristari pro afflicto vt liberetur: timere periclitanti ne pereat, nescio vtrum quisq, sana consideratione reprehendat. 9. de Ciu. Dei.

Cuncta desideria dilatione crescunt, si autem desi-

ciunt, desideria non sunt. Greg. in Mor.

Valentiores voces apud secretiss. mas auresDei, non voces faciunt, sed desideria. Ibidem.

Desiderijs religiosis facile cõcedẽdũ est Ide Ep. 5.

Affectus promerendi cœlestia, tanto fit capax, quanto fuerit expectando longanimis. 20. Mor.

Affectanti cœlestia, terrena non sapiunt. Ibidem.

Quantum ad peccati rationem attinet, nocuit, qui nocere disposuit. Hier. in Ep.

Omnia reliquit, qui voluntatẽ habẽdi deseruit. Ibi.

Quod ardenter volumus, moderatè dissimulare nõ possumus. Ibidem.

Sicut fabrica columnis, columnæ autem basibus innituntur: ita vita nostra in virtutibus, virtutes autem in intima intẽtione subsistunt. Greg. in Mor.

Est aliqua pietatis pars, velle fieri piũ. Lact. lib. 5.

Affectus tuus pretiũ imponit operi tuo. Amb. de of.

Voluntas non est, vbi necessitas est. Bern.

Bonum prorsus condemnat intentio mala, & malũ non penitus excusat intentio bona. Ibidem.

Voluntati nec leges imperant, nec principes dominantur, libera est, & maximè si spiritu ducitur: quia vbi spiritus, ibi libertas, & quia voluntas non cogitur, sola meretur, vel demeretur. Bern. in Epist.

Intentio bona & recta requirit duo, scilicet rem & causam. Idest quid intendit & propter quid. Ibidem.

Iterario, expressio affectus est. Ibidem.

Affectibus nostris tempus non est dandum. Ibidem.

Affectio alia est quam caro gignit, alia quam ratiõ regit, alia quam sapientia condit. Sup. Cant.

Affectiones moderatæ virtutes sunt, immoderatæ vitia. in par. serm.

Affectionum animæ mutabilitas, diuina mutat nomina. Idem de diui. aff.

Affectus suas voces habet. Super Cant.

Appetitus vanitatis, est contemptus veritatis & cõtemptus veritatis, causa est nostræ cæcitatis. Ibi.

Voluntatem Dei scrutari tutum & pium est, maiestatem vero, temerarium & formidandum. Ibi.

Voluntas propria cesset & infirmus non erit. Ibid.

Qui nondum habet rectam voluntatem, sciat quia impedit eũ carnalis intentio: qui habet rectam & non validam, sciat quia impedit eum carnalis cõsuetudo: qui habet deuotam & non dum plenam, sciat quia impedit eum terrena inhabitatio. Idẽ. in sent.

Grande malum propria voluntas, quo fit vt bona tua bona non sint, etenim si in die ieiunij mei inueniatur voluntas mea, non tale ieiunium elegit dominus. Sup. Cant.

Dico fiducialiter, nemini qui sit in propria voluntate vniuersus mundus sufficere potest: etenim ipsum Deum, quantum in ipsa est, perimit: omninõ enim vellet Deum sua peccata vindicare non posse, aut nolle, aut ea nescire. Idem de resur.

Quæ maior ſuperbia, quàm vt vnus homo totæ cõgregationi iudicium ſuum præferat, tãquam ipſe ſolus habeat ſpiritum Dei? eant nunc qui ſe iactant religioſiores alijs, qui non ſunt ſicut cæteri hominum, ecce ariolæ & idolatræ facti ſunt. Ibidem.

Nullum credimus ad ſalutem, niſi Deo inuitante venire, nullum inuitatum ſalutem ſuam niſi deo auxiliante operari, nullum niſi orantem auxilium promereri, nullum voluntate Dei perire, ſed permiſſu, pro electione arbitrij, ne ingenuitas poteſtatis ſemel homini tributæ, ad ſeruilem cogatur neceſsitatem. Aug. de Eccle. dog.

NECESSITAS.

QVæ neceſſaria ſunt, turpe eſt neſcire. Plat. de leg.

Neceſſarium non contingit aliter ſe habere. Ariſt. 4. Meth.

Neceſſe eſt alteram partem contradictionis eſſe veram. Ibidem.

Nulla res neceſſaria turpis eſt hominibus. Stob. li. 2.

Effugere non poteris neceſsitates, vincere poteris. Senec. Ep. 37.

Da operam, vt quicquid neceſſe futurum eſt, nunquam inuitus facias. Ep. 62.

Neceſsitas faſtidium excutit, ſuperuacua recipiunt delectum. Ibidem.

Ne-

Neceſsitas grauiſsimus morbus eſt. Cice. cont. Catil.

Neceſsitas pars rationis eſt. Plut. 6.

Ferenda eſt potius omnis neceſsitas, quàm perpetranda aliqua iniquitas: tamen aliud eſt ex neceſsitate peccare, aliud ex abũdantia. Aug. ſup ps. 72.

Fœlix neceſsitas eſt, quæ in meliora conuertit. Ad Pauli.

Neceſsitas, omnium operationum mater eſt. 1. De Ciuit. Dei.

Neceſsitatis tempore, omnia ſunt cõmunia. Iuriſp.

TEMERITAS.

TEmeritas, fallax res eſt. Diog. lib. 2.

Omnis actio, & temeritate & negligentia vacet. Cice. 1. Ofiic.

Temerarium eſt, ſecundis non eſſe contentum. Plin. lib. 4.

Temeritas fœlix nunquam inuenit modum. Ibidem.

Vnum eſt temeritatis ſolatium, perpetua fœlicitas. Ibidem.

Nimium præceps eſt, qui tranſire contendit, vbi cõſpexerit alium cecidiſſe. Aug. in ſer. de Aſcenſ.

Qui ſe dicit ſcire quod neſcit, temerarius eſt: qui ſe negat ſcire quod ſcit, ingratus eſt. Ibidem.

Cõpeſcat ſe humana temeritas, & id quod nõ eſt, nõ quærat, ne quod eſt non inueniat. Cont. Manich.

Non ſibi quiſq; proponat & dicat, habere volo quod vincam. Ibidem.

nperitiam comitatur temeritas. Nazant 3. ortitudo si non pro causa honesta, aut nulla necessitate cogente, certum periculum subierit, in temeritatem conuertitur. Lact.

COGNITIO ET NOMEN.

EX GRÆCIS.

NOti maximè de se inuicem soliciti sunt. Pla. de Phil.

Nosce te ipsum. De Nat. Nom.

Omnibus innata est cupiditas quædam cognoscẽdi & innotescendi. Plut de bona val.

Difficile est in voluptatibus se bene cognoscere. Diog. 4.

Pulchra nomina imponenda sunt pueris Ibidem.

Denominatio fit à fine, & digniore. Arist. Polit. 2.

Non oportet ex significatione nominis de moribus iudicare. Ibidem.

EX LATINIS.

¶ Discite omnia, præter virtutem; mutare nomina. Senec. Ep. 96.

Multò ad rem magis pertinet, qualis tibi videaris, q̃ aliis. Ep. 28.

Cognitio peccati, initium salutis est. Ibidem.

Noscat se quisq;, & non tantùm ex cõmunibus præceptis, quàm ex natura sua capiat consilium formandæ actionis. Quint. lib. 12.

¶ Cognitione turpiũ, vehemẽtius amatur honesta Ib.

Caput

Caput est in omni negotio, noſci quid agendum sit. Col. libr. 1

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ In nominibus non est laborandum, vbi de re constat. Aug contr. Cresc.

Non sunt contemnenda vocabula, nec facile à consuetudine recedendum est, nisi quæ rationi aduersatur. 2. Music.

Vna eademq; res ideo multis modis dicitur, vt ipse modus dicẽdi propter fastidium varietur, & propter concordiam vna teneatur. Super psal 46.

Cum cognitio & ratio dona sint Dei, cauendus est in cognitione error, cauenda in actione nequitia, De Agon Chr.

Qui vult intelligere qualis est, tales debet aspicere qualis non est. Greg. in Mor.

Quanto quis minus se vidit, tanto minus sibi displicet: & quanto maioris gratiæ lumen percipit, tanto amplius reprehensibilem se esse cognoscit. Ibidem.

Absq; notitia sui creatoris, omnis homo pecus est. Hier. ad Hel.

Nomina apud veteres ratione aliqua ponebantur. Ambr.

Cognomen debet imponi, quando ex nomine proprio redundat incertitudo Iurisp.

Nosse Deum, doctum facit hominem: timere autem sapientem. Bernar. in Ep.

Vestigare quid tibi desit non sit tibi pigrũ: nec quod desit verecundum sit fateri. De Consid.

Quiterrenus rex esse creditur, licet non omnium oculis conspicuus sit, per leges tamen ipsius, per statuta & potestatem, per virtutem atq, imagmẽ eius cognoscitur: tu vero deum ex suis operibus & virtutibus, intelligere non vis. Theoph.

ARS ET INGENIVM.

EX GRÆCIS.

PEritiam, ars imperitiam fortuna sequitur. Plat, de Reth.

Quod caret ratione ars non est. Ibidem.

Res omnes, vel natura, vel fortuna, vel arte fiunt. Ibidem.

Oportet aut ars in hoc naturam imitetur, vt quid. quid agat, propter finem agat. Arist. de poẽ. 2.

Omnes artes vtũtur quibusdã cõmunibus, Elẽch. 1.

Ars multa complet, quæ efficere natura non põt. Ibi.

Artifex qui se potest assimilare naturę secundum suum posse, semper est melior. De sen. & sens.

Artifex sapientior est experto.. Metaph. 1.

Ars gubernandi ciuitates, principatum tenet in omnibus artibus. Eth. 2.

Vnusquisq; artifex diligit opus suum. Eth. 4.

Quisnam sagittarius artis suæ tam peritus est, qui non aliquando aberret à scopo? Demost

Bonis ingenijs minore periculo cõsulitur. Ibidẽ.

Mul-

Multa opportuna fortunatis & ingeniosis subito veniunt in mentem. Ibidem.

Ingenium magnum & prauum, calamitosum est Reipub. Ibidem.

Hominem ingeniosum, mansuetum & virilẽ simul, difficile inuenies. Plat.

Consentaneum est, in genere nobili quàm ignobili ingenia meliora esse. De nat. nom.

Hominis ingenium ceu carie & senium in otio contrahit. Plut.

Nullum magnum ingenium sine mixtura dementię fuit. Ibidem.

Bonum ingenium seruitute opprimitur. Homer.

Nullus est vsus statuæ, & si pulchrè fabricata sit, nisi accedat qui vim artis intelligat. Stob.

EX LATINIS.

¶Felix illud seculũ antè architectores fuit. ista nata sunt iam nascente luxuria. Senec. Ep. 91.

Non desiderabis artifices, si naturam fueris sequutus. Ibidem.

Quidquid fieri potuit, potest. Epist. 99.

Accuratiora ingenia, & ad intelligendum apertiora eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aër sit purus ac tenuis, quam eorum qui vtuntur crasso cælo ac concreto. quin etiam cibo quo vtaris interest ad mentis aciem. Cic. de Nat. Dei. or.

Artes, virtutis sunt magistrę. Ibidem,

Quam quisq; nouit artem, in ea se exerceat. 1. Tusc.

Nulla ars imitari naturæ solertiam potest. 2. d. N. D.

Meliora sunt quæ natura, q̃ quæ arte pfecta sunt. Ib.
Paritas ingeniorum æmulationem facit. Gel. lib. 14.
Ferè fit vt ingenia acriora, corpuscula sortiantur imbecilliora. Ibidem
Nulli tam clarum statim ingeniũ est, vt possit emergere, nisi illi materia, occasio, fauor atq; commendator contingat. Plin. li. 2.
Aliud solicitudinis, aliud securitatis ingeniũ est. Ib.
Infœliciter euenire solent, quæ tentantur inuita Minerua. Ibidem.
Omne quod ars cõsumauit, à natura duxit initium. Quint. lib. 2.
Tradi omnia quæ ars efficit, non possunt. Ibidem.
Quod ars adũbrare non valet, casus imitatus est. Ib.
Vt nulli venatori fuit vitio, non omnes feras capere: ita diffusam artem tractãtibus, satis est maximam partem tradidisse. Ibidem.
Indubitatæ artis approbatio est, rerum semper effectus. Veg. lib. 2.
Omnes artes in meditatione consistunt. Ibidem.
Opus nullum certum est mercedis incertę. Ibidem.
Nauita de ventis, de tauris narrat arator.
Enumerat miles vulnera, pastor oues. Propert.
Aurum & opes & rura frequens donauit amicus,
Qui velit ingenio cedere, rarus erit. Martial.
Singula quid referã, nil non mortale tenemus.
Pectoris exceptis, ingenijq; bonis. Ouid.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Dis-

Displicet mihi quod multum tribui liberalibus disciplinis, quas multi sancti nesciunt, quidam autem qui sciunt eas sanct. non sunt. Aug. 1. Retrac.
Artifex nouit suum opus. Idem in super Ioan.
Tria sunt quæ in vnoquoque artifice desyderantur, vt aliquid efficiat: natura, doctrina, vsus. natura ingenio, doctrina scientia, vsus fructu dijudicãdus est. 11. De Ciuit. Dei.
Id circo desidiosus ingenium sæpè accipit, vt negligentia sæpius puniatur: quia quod sine labore assequi potuit, scire contẽpsit. & ideo studiosus tarditate intelligẽtiæ præmitur, vt eo maiora præmia retributionis inueniat, quo magis in studio inquẽtutis elaboret: nihil ẽ ergo in terra sine causa, quãdo & studioso tarditas ad præmium proficit, & desidioso veloçitas ad supplitium crescit. Ibidem.
Vbi intenderis ingenium, valet. Ibidem.
Omnes artes instructore indigent. Hier. in Ep.
Grandes materias ingenia parua non sustinent. Ibi.
Qui nõ intelligunt artes, nõ mirãtur artifices. Isid.
Doctrina, politiora quidem, sed nõ meliora ingenia facit. Tertul.
Sicut qui tardus est ad percipiendum, pro intentione tamen boni studij præmium accipit: ita qui præstitum sibi à Deo ingenium negligit, condemnationis reus existit, quia donum quod acceperat negligit. De Sum Bon.

ELOQVENTIA.

EX

EX GRÆCIS.

MOres dicentis sunt, qui persuadent, non oratio. Plut. de Polit.

Rhetor non semper persuadet, sicut medicus non semper sanat. Arist. Top. 1.

Rhetorica non dicendi opifex est, sed adiutrix. Ibi.

Dicendi peritus, dicendi quoq; tẽpus cognoscit. Ibi.

Præclara gesta, præclaris indigent oratoribus. Ibidẽ.

Quantum in bello potest ferrum, tantum in Rep. potest eloquentia. Diog. li. 2.

Oratoris est cõsiliũ dare, populi rẽ gerere. Demost.

Grata, quàm vtilia dicere difficilius est. Ibidem.

EX LATINIS.

¶Non esset in rebus humanis eloquentia, si tantum cum singulis loqueremur. Quint. lib. 1.

Eloquentia, quæ admirationem non habet, non eloquentiam iudico. Lib. 8.

Minus est totum dicere, quàm omnia. Ibidem.

Nemo est orator, qui non se similẽ Demosthenis esse velit. Cicer. de Opt. Orat.

Miser, & vt ita dicam pauper, orator est, qui nullum verbum æquo animo perdere potest. Ibidẽ. lib. 8.

A philosopho si afferat eloquentiam non aspernor: si non afferat, non admodum desidero. 2. Tusc.

Pacis est comes, otijque sotia, & iam bene constitutæ ciuitatis velut alumna quædam, eloquentia. De Clar. Orat.

Eloquentia principibus maximè ornamento est, 4. De Fin.

Vt

Vt hominis decus ingenium est, sic ingenij lumen eloquentia est. Ibidem.

Sunt aliqui ita naturæ muneribus ornati, vt non nati, sed à Deo aliquo facti esse videantur. De Orat

Scholasticæ declamationes sunt eiusdem hominis, & eiusdem fortunæ, non eiusdem tamen quotidie fœlicitatis. Gel. lib. 4.

Supremus fœlicitatis cumulus est, laudator eloquẽtissimus. Plin. lib. 2.

Inuenire præclarè, enunciare magnificè, interdum etiam barbari faciunt: disponere aptè, figurare variè, non nisi erudito concessum est. Ibidem.

Comes facundus in via pro vehiculo est. Pub. Mim.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Qui dicendo persuadere nititur quod bonum est, nihil horum spernat, vt doceat, delectet, flectat: quod cum apte & conuenienter facit, & si auditoris non sequatur affectus, meritò tamen eloquẽs dici potest. Aug. 4 de Doct. Chr.

Qui eloquenter dicunt, suauiter: qui decenter saluiter audiuntur. Ibidem.

Nihil est ab re etiam nota repetere, vt qui non nouerunt instruantur, & qui nouerunt confirmentur. Super Ioan

Rhetoricam nisi quis cito potest, nunquam omnino potest perdiscere. 4. De Doctr. Chri.

Cauendũ est ne fugiant ex animo quę dicenda sunt, dum attenditur vt arte dicantur. Ibidem.

Elo-

Eloquentiæ facultas, quam uis mala persuadere po-
test, non est culpabilis, quia & vera etiam persua-
dere potest, sed ea male vtentium peruersitas
est. 2. de Rheto.

Eloquentiæ præceptis loquuntur, etiam qui num-
quam didicerunt. 5 Confes.

Eloquentiæ in homine prauo, venenum in poculo
aureo est. li. 1 de anim.

Ex duobus imperfectis, melius est rusticitatem sa-
ctã habere, cũ eloquẽtiam peccatricẽ Hier. in Ep.

Nõ habet inter lachrymas eloquẽtia locum. Ibidem

Non flagito linguæ victorem, sed animę puritatem,
apud Christianos enim solecismus est, & magnũ
vitium, turpè quid dicere vel facere. Ibidem.

Bene dicere ad paucos pertinet, bene autem viuere
ad omnes. Lact lib. 1.

Rectus & nudus orationis ductus, simplici oratori
conuenit. Ibidem.

Artificiosa oratio, stultos non sapientes flectit. Pl.

Oratio difficillima est moderatu. Ibidem.

Oratio non longa est, quæ ordinata est. Ibidem.

BREVITAS.

Frustra fit per plura, quod potest fieri p pauciora.
Arist Phis. 2.

Breui loquium silentio finitimum est, & ideo cõmẽ-
dabile. Stob.

Breuitatem in hoc ponimus, vt nec minus nec plus
quam oportet dicatur. Quint. lib. 4.

Pau-

Paucis opus est, & efficacibus. Senec. Ep. 28.

Quod inter principium & finem clauditur, breue
est. Aug. 3 retrac.

Breuitas obscuritatem parit. Ibidem.

Nihil ita absq; labore manifestam facit veritatem, si-
cut breuis & pura narratio. Bern. ad. Eug.

VISVS, DIES ET LVX.

Difficile est multa simul conspicere. Arist. Elene.

Oculi morum sunt indices: in ducenda itaq; vxo
re, oculi inspiciantur. Demost.

Non licet præsentem diem recte viuere, nisi quasi vl
timam cogitaueris. Senec. in Epist.

Instar totius vitæ dies est. Ep. 62.

Vnum quemq; diem non tanquam vltimum capio,
sed tanquam posset vltimus esse. Ibidem

Nullus agenti dies longus est. Ep. 123.

Discipulus est prioris posterior dies. Ibidem.

Impudicus oculus, impudici cordis est nuncius.
Aug. de vita Eccle.

Cæcitas ipsa visus præstantiã cõmendat. 22. de C D.

Dies vitæ imago est, nox mortis. De fid. & op.

Oculo prauo vitiatoq;, mala sunt etiam quæ opti-
ma. Ibidem.

Nouũ iudiciũ habem⁹, quotiẽs aliquid cõrẽplamur.

CÆCITAS ET NOX EX GRÆCIS ET LATINIS.

Cæ-

Cæcus ex natiuitate non potest disputare de colore. Arist phis.2.

Cæcus à natiuitate, sapientior est surdo & muto. De sens.& sens.

Nati sine visu & auditu, habent virtutes interiores perfectiores. De Somn & vig.

Noctu plerunq; reuerẽtiam habent tenebrę. Eurip.

Paruulis noctium turbamur offensis, excitant nos plerunq; exigui motus, vox incerta & longinqua, & aliquando ipsum silentium. Quint. dec.2.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Noctem non tenebrę, sed lucis discessus facit. Aug. quæst.ex vtroq;.

Cæci magis vident dormientes, quam vigilantes.10. lib. super gen.

Tenebrę non nisi in cõparatione lucis malæ sunt.lb.

Tenebræ morũ, nõ oculorũ timẽdæ sunt. sup Euág.

Tenebræ non videndo videntur. 11. de Ciu Dei.

Sicut tenebræ oculos, sic delicta mentem: nec lucem veritatis sinunt videre, necse. Ps. 118.

Vide quid contingat animę malæ, recedit à Deo: & quia ipsa non videt Deum, putat se non videri à Deo. Ps 63.

Adulterium tenebras quærit, castitas quærit lucem: quo modo vis innotescere, sic viue: quoniam qui fecit te etiam tenebris videt te. 3. de.verb. Apo.

Tenebrarum portenta, sua sponte euanescunt ad lucem. Ambr.

EX GRÆCIS.

Diuersitas alimẽtorum facit diuersas vitas animalium: Arist. pol. 9.

Mali ideo viuunt vt edant: boni ideo edunt vt viuere possint. Plut, de Poet.

Vtere legibus antiquis, obsonijs vero recẽtibus. Demetr. phaler,

Cibus vt famis medicamentum sumitur. Ibid.

Qui suauissime comedit, obsonijs nõ idiget. Diog. l. 1

Hora prandendi est diuiti quando vult, pauperi quãdo potest. Ibidem.

Venter, imperiosa corporis pars est. Hom odis. li. 11.

EX LATINIS.

¶Parabile & appositum est quod natura desiderat: ad superuacua sudatur, ad manum est, quod satis est. Sen. Ep. 4.

Copia ciborum subtilitas animi impeditur. Ep. 15.

Facile est pascere ventres bene instítutos, & nihil aliud desiderantes, quam impleri paruo fames constat, magno fastidium. Epist 17.

Dij boni quot hoium vn⁹ venter exercet. Sen, Ep. 96

Cum optimis saciati sumus, varietas etiam ex vilioribus grata est. Quint. lib. 10.

Incunditas victus in desiderio est, non in satietate.

Cibi condimẽtũ fames est, potionis autem sitis. Ibi.

Cibus simplex vtilissimus est Plin. lib. 42.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Alimenta vt medicamẽta sumẽda sunt, Aug. 19. cõf.
Malè ciborum cupiditas, sub munditiæ nomine excusatur. De Mor. Ecl.
Ita se res habet, vt pro cuiusq; corporis congruentia vel delectet esca, vel offendat. Cont. Faust.
Filij sapiẽtię sunt, qui quãdo mãducãt, nõ spernunt nõ manducantes, & quando non manducant, non iudicant manducantes. 1. de Civi Dei.
Non cibus sed appetitus in vitio est, vnde lautiores cibos plerunq; sine culpa sumimus, & abiectiores non sine reatu conscientiæ gustamus. Gr. 3. Mor.
In cibo hæc mihi mensura tenenda videtur, vt nec contra honestatem, nec supra necessitatem sumatur. Hug. Didasc.
Cibus in ore, psalmus in corde sapit. Bern.
Cibus meus Christus est, & ego eius. Ibidem.

POTVS AQVA VINVM.

VInum remedium est, aduersus senectutis duritiem. Plat. de leg.
Inter pocula non est admonendum. Plut.
Vinum ad moderationis legem ingenia reuocat: placidiorem reddit hominem, asperitatemq; mitigat. In proble. deca. 1.
In vino tanquam in speculo, multorum ingenia prę uidentur. Ibidem.
Vitis tres vuas profert: primam necessitatis, secundam voluptatis, tertiam ebrietatis. Diog. lib. 2.
Vinũ & caro vires augẽt, actiões mẽtis ipediũt. Ibi.
Vinum

Vinum laborum pharmacum est. Eurip.
Vino sublato non est venus. Ibidem.
Aquà & panis, naturę satisfaciunt. Senec. in Epist.
Quis sit vini, quis musti sapor, iam scis: nihil interest centum per vesicam tuam, an mille amphoræ transeant, saccus est. Idem. Ep. 78.
Mulier quæ vini vsum immoderatè appetit, & virtutibus ianuam claudit & vitijs aperit. Max. li. 5.
Vinum ad lętitiam, non ad ebrietatem datum est. Aug. de Salu. doct.
Aqua omnium nascentium mater est. Super. Gen.
Vinum medicamentum est, plus iusto sumptum, venenum est. Chr. de Bap.
Omnes ex quo monachi sumus infirmos stomachos habemus, & tam necessarium Apostoli de vtẽdo vino consilium meritò non neglimus, modico tamẽ quod ille permisit, prætermisso. Bern. in Apol.

CONVIVIVM.

EX GRÆCIS.

SI dextrè vrbaniterq; recuses non minus grata fuerit excusatio quã potatio. Pl. ã Tuẽ bo. val.
Odi memorem compotatorem. Ibidem.
Eiusdem est viri, & aciem terribilissimam, & conuiuium lætissimum instruere. Ibidem.
Non edendi bibendiq; causa sed conbibendi comedẽdiq; causa nos mutuo inuitamus. Ibidem.
Lingua semper certè sed præsertim in cõuiuio retinẽda

nenda est. Diog.lib.1.

Præsens frequentia hominum in conuiuio, habet ex sese delectationem. Eurip.in Med.

Non conuenit epulantes audire luctus. Ibidem.

ET LATINIS ET SACRIS.

Cura, ne conuiuiorum ministri, pluris sint pretij quã quibus ministratur: dedecet enim paucis toris quibus accumbitur, multas animas inseruire. Stob.

Contendere, cum vbiq; sit vitiosum, tum inter pocula maximè. Ibidem.

Quidam cœnent tecum, quia digni sunt, quidam vt sint. Idem Ep.77.

Cõuiuiũ vix sine culpa celebrari põt. Greg.1.Mor.

Quædã sunt vitia, quæ à conuiuijs vix separari possunt. Ibidem.

Conuiuia prohibẽtur, cũ sacerdotalis sensus tenuis esse debeat, ne pinguis grossam exerceat mẽtẽ. Ib.

FAMES.

ESuriens, necessarijs vtitur potius quã suauibus. Plu.de Tuend.Val.

Difficile est verba facere ventri aures non habenti. Ibidem.

Paruo fames constat, magno fastidium. Sen.Ep.17.

Ambitiosa non est fames, contenta est desinere Ibid.

Expecta, nec ante edas quam aut bonum panẽ habere cæperis, aut malũ desinas fastidire. Ep.124.

aliena fame, sui quisque miseretur. Quint.Decl.5.

Non

Non habitant simul pudor, & fames. Decl.12.

In magna inopia, quicquid emi potest, vile est. Ibid.

Fames auaciam præitat. Cicer.

Fames ac frigus, miserrima mortis genera. Ibidem.

Fames, multorum magistra est. Ibidem.

Fames naturalis morbus est. Aug.psal.97.

Aliud fames est, aliud edendi amor. Cont.Iul.

Fidem nostrã & facta nostra esuriuit Christus, pascamus illum beneuiuendo, vt ipse nos pascat in æternum nobis viuere donando. Super Psal.34.

Fames mentis est silentium diuinę elocutionis. Greg.6.Mor.

Fames crudeles mortes tentauit. Chry.ad Pop.aut.

Mirabile & graue martyrium est, inter epulas esurire. Bern.in par.ser.

IVRAMENTVM.

EX GRÆCIS.

IVramenta non fidem afferunt viris, sed viri iuramentis. Stob.lib.4.

Præsente flagello, non postules iuramenta. Ibid.

Qui iuramentũ à malo viro postulat insanit. Ibidẽ.

Amatorum iuramenta, Deorum non subeunt aures.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Dico vobis ne iurare omnino, ne scilicet iurando ad facilitatem iurãdi veniatur, de facilitate ad cõsuetudinem, de consuetudine in periurium de-

cidatur. Aug.cont.Mend.

Qui hominem ad maiorem iurationem prouocat, & sciteum falsò iuraturum, vincit homicidam: quia homicida corpus occidit, ille animam: imo duas, eius quem iurare prouocauit, & suam. Idem Decol.Bap.

Non penitus iurare prohibuit, sed occasionem periurij quod perfectus est, euitare docuit. Gregor. super Matth

Quacunq; arte verborum quis iuret, Deus tamen qui cõscientiæ testis est, sic illud accipit, sicut ille, cui iuratur intelligit. Isid.de Sum Bon.

Dei iuratio promissionis est cõsumatio. Idẽ sup ps.88

Iuramẽtum magis inditium incredulitatis est, quàm fidei. Chrys.Epist.ad Ephe.

Ad iurandum facilis, parum pietatis habet. Ibidem.

DIFFICVLTAS ET IMPOSSIBILITAS.

DEus hoc solum priuatur, infecta facere quæ facta sunt. Arist.Ethic.6.

Difficile est idẽ factis præstare, quod deliberando promittimus: nam consultamus securi, in operę autem cum timore deficimus. Stob.lib.2.

Difficilia sunt, quæ præclara. Plat.de Rep.

Quicquid vult habere nemo potest: illud põt nolle quod non habet. Senec.Ep.124.

Non tentanda sunt, quæ effici omninò non possunt. Quint.libr.4.

Dif-

Difficile videtur omne opus anteq; tentes Veg.li.2.

Difficile est, quod non potest expediri, nisi per principem. Apud Iurisconsul.

Nonnunquam dominus, eis etiam quibus magna dona tribuit: parua quædam reprehensibilia relinquit, vt semper habeant contra quod bella gerãt: & deuictis magnis hostibus mentem non erigant, videntes ab aduersarijs, minimis etiam fatigari. Greg.in Mor.

LÆTITIA ET RISVS.

EX GRÆCIS

IN communi re gaudens solus, nõ recte facit Euripid.in Ion.

Multa quę naturaliter non sunt delectabilia, cum sunt assuefacta delectabilia fiunt. Arist.in Rhet.

Vnicuiq; est delectabile quod amat. Ethic.1.

Qui delectari velit sine tristitia, ad philosophum recurrat. Polit.2.

Omnes habemus vnde delectemur. Plut.de Tranquilit.Anim.

Quod iucũdissimum est idem calamitosissimum est.Ib.

EX LATINIS.

¶ Animus debet esse alacer & fidens, & super omnia erectus. Senec.Epist.23.

Ieuera res est, verum gaudium. Ibidem.

Nihil difficilius est, q̃ differre gaudia. Quin.decl.2.

Spem gaudia parant, aduersa contritionẽ. Decla 15.

Recto ordine prius metus tollatur, quàm gaudium infundatur. Ibidem.

In profuso gaudio lachrymæ oriuntur. Ibidem.

Gaudia principium nostri sunt sæpè dolori Ouid.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Lætitia nostra sit timore permixta. Aug. sup. ps. 85.

Delectatio animæ pondus est. 6. Mus.

Delectatio laboris tolerantiam parit. Ibidem.

Vnde quisq; gaudeat, plurimum interest. 5. Conf.

Populi applausus ex eorum est numero, quæ fortuna non iuditio contingunt. Lib. de Mus.

Risus grauitate sit mixtus. Aug. de Spe. & Ani.

Lætitia iusti comes est.

Gaudere prosperitate aliorum generosius est, quàm deflere calamitatem. Epi. ad Rem.

Quicquid facis cum hilaritate fac bonum, & tunc bene facis; si autem cum tristitia facis, sit de se bonũ, non tu facis. Aug. super psal. 91.

Solet lætitia arcana mentis aperire, aduersa verò cum nos exterius deprimunt, cautiores reddunt. Greg. 28. Mor.

Præsentis temporis ita agenda lætitia est, vt nunquam amaritudo sequentis iuditij recedat à memoria. Hom. 22.

Dulce est esse in rebus humanis, sed ei qui adhuc de cœlestibus gaudia nulla gustauit, quia quanto minus æterna intelligit, tanto delectabilius in temporalibus requiescit. Super Ezech.

Verum

Verum gaudium non possidetur, nisi pax & iustitia teneatur: prima enim est, & quasi radix iustitia: secunda pax: tertia gaudium. de iustitia nascitur pax, de pace gaudium generatur. Ibidem.

Gaudium properat, & non fert lætitia mores. Cypr. in Epist.

Vis nunquam esse tristis, bene viue: beata vita semper gaudium habet. Hug. de Ano.

Miseria nulla maior est quam falsa letitia. Bernard. de lib. Arb.

Gaudendum est de ijs quæ expectamus, & gaudendum de ijs quæ sustinemus. Super Cant.

Lætos vos esse volo, sed non dum securos. Sup. psal.

TRISTITIA, AFFLICTIO, ET ADVERSITAS.

EX GRÆCIS.

TRistitia maxima ægritudinum. Stob. lib. 4.

Melancholici naturaliter indigẽt semper medicina. Arist. 7. Eth.

Natura omnia tristia & molesta fugit. Plut.

Non fœlix appellandus est, qui multas habet pecunias, sed qui non tristatur. Ibidem.

Vbi quis dolet, illic animum conuertit. Ibidem.

In fœlicitas inops consilij est. Eurip. in Or.

Malorum suorum homo sibi causa est. Home. odis.

Siego miserè habeo, nihil in hoc glorieris, etenim & tu miserè habere poteris. Ibidem.

Quando miseris benè volunt dij, cædit calamitas in bonum. Eurip.

Bona quærentibus vix obtingunt, mala etiam non quæsita vltro adsunt. Ibidem.

Et ventorum flatus, & mortalium calamitates non semper impetum faciunt. Idem in Her. f.

Quibus est aduersa fortuna, non surdi solum sunt, sed nec videntes quidem res conspicuas vident. Stob. lib. 2.

Homo semper infœlix, natura credulus est. Ibidē.

Dolor apud illos libenter manet, apud quos alitur & augetur. Ibidem.

Si infœlicitates in commune conferrentur, & vnusquisq; ex æquo partiretur, futurum erat vt quisq; suas capiens discederet. Plut.

Non potest vllum tam graue dici verbum, nec afflictio diuinitus immissa, cuius molem hominis natura ferre non possit. Ibidem.

EX LATINIS.

¶ Nō debemus causas doloris accersere. Sen. ep. 100.

Nihil est præcipue dolēdum in eo quod accidit vniuersis. Cicer. ad Torq.

Tristitia, somno mitigatur. Ibidem.

Est aliqua doloris ambitio. Ibidem.

Plus est ostentatio doloris, quàm ipse dolor, etenim sine spectatore cessat dolor. Ibidem.

Bonum virum in delitijs nō habet, experitur in dura, sibi illum præparat. Senec. Epi 100.

Nihil infelicius eo, cui nihil euenit aduersi. Ibidem.

Cala

Calamitas virtutis occasio, nemo duraret si eandem vim haberet calamitas, sicut primos impetus. Idē de Tranq. Anim.

Omnia ad quæ gemimus & expauescimus, tributa vitæ sunt. Ibidem.

Oportet alios esse miseros, alios fœlices. Pub. Mim.

Repente infœlicem esse, generat furorem. Ibidem.

Est naturalis pro laborantibus fauor. Quint. Decl. 4.

Qui intermittere in agendo dolorem potest, potest & deponere. Ibidem.

Non debet dolere, qui potest gloriari. Ibidem.

Nihil crudelius calamitate, quàm gaudia reducunt. Quint. Decl. 12.

Quod vltimum miseris est, miserationem perdere. Ibidem.

Difficile est tacere cum doleas. Ibidem.

Doloris magnitudo, vim quandam dicendi tribuit. Cicer. ad Attic.

Dolor dissimulatione crescit. Iust. lib. 8.

Si dolori fræna remittas, nulla materia magna non est. Plin. 4 Ep.

Multa luctuosa dolor inuenit. Ibidem.

Optimē miserias ferunt, qui abscondunt. Curt. li. 4.

Nisi mutuò essemus miseri, alius alio potuissemus esse fastidio. Ibidem.

Dignus est omni malo, qui fortunæ suæ erubescit. Ibidem.

In communi calamitate, suam quisque habet fortunam. Quint. Dec. 6.

Nouus

Nouus dolor præteritum reuocat. Ibidem.
Miserrima est fortuna quæ inimico caret. Pub. m.
Non est miser, nisi qui se esse credit. Idem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Tribulantur boni & mali, sed magno discrimine: deciduntur mali, cõfirmantur boni. Aug. de cõt. coni.
Tribulatio cordis pœnitentiæ merces est. Idẽ quæst. ex vtroq;.
Tribulationum omnium maxima est, delictorũ cõscientia. Idem. super. Psal. 45
Persecutio non semper signum iniustitiæ est. Ibidẽ.
Non omnis persecutio bona, sed quæ propter iustitiam toleratur. Idem de serm. D.
Intelligat homo medicum esse Deũ, & tribulationẽ medicinam esse ad salutem. Idem super Psal. 21.
Si putas te non habere persecutionem, non putas te Christianum. Ibidem.
Tribulationes non tantum patienter, sed & gratanter ferunt sancti. Aug. quæst. ex utr.
Non facile inueniuntur in aduersitate præsidia, quæ non fuerunt in pace quæsita. Idem in Ep.
Sicut prosperitas malorum vlcera sunt animarum: sic aduersitas iustorum, æternorum sunt præmia gaudiorum. Ibidem.
Quicquid temporalis afflictionis nobis proponat aduersitas facilius toleramus, si inspicimus quòd pro nobis iuit ad patibulum, qui nos inuitat ad præmium. Ibidem.

Tristi-

Tristitia pia est, aliorum vitijs tribulari. Aug. 10. Confes.
Tristis ex propinquo habet iram. Greg. in past.
Nemo quantum proficit, nisi inter aduersa cognoscit. Idem. in Mor.
Cruciatus corporis malas animas miserabiliter cruciat, bonas fortiter purgat. Ibidem.
Moderata afflictio lachrymas exprimit magna reprimit. Ibidem.
Ille bene nouit exterioribus miserijs resistere, qui cit de spe interne gaudere. Idem super Ezech.
Tormenta sæpe crutiant, sed non emendant, Greg. 27 Mor.
In omnipotente Deo tunc certa fiducia est, cum pro bone opere aliquid in hoc mundum aduersitatis recipitur, vt plena merces in æterna retributione seruetur. Idem in reg.
Sicut aromata fragrantiam suam nõ nisi cum incenduntur pandunt: sic sancti viri omne quod virtutibus redolet in tribulatione innotescũt. Idẽ ĩ Mor
Pœna præseus si afflicti animũ cõuertit, finis est culpæ præcedentis, si autem ad timorem domini nõ conuertit, initiũ est pœnæ sequentis. Idẽ in reg.
Cum recognosco Iob in sterquilinio, Ioannem esurientem in Eremo: Petrum æstensum in patibulo: cogito qualiter Deus cruciabit in futuro quos reprobat, qui ita dure affligit, quos amat. Greg. ĩ Hom.
Aduersitas nostra, non est ira Dei, sed admonito & pedagogus noster. Chr. super Euang.

Impos

Impossibile est scire afflictiones afflictorum, qui afflictiones non habet. Idem super Ep. ad Hebr.

Vexatio, dat intellectum. Ibidem.

Quæuis calamitas in sacra scriptura suam habet medicinam. Ibidem.

Dolor immodicus immergit animam. Chr. sup Luc.

Breuius miser est, qui non sua culpa miser est. Ibid.

Nostris peccatis barbari fortes sunt, nostris vitijs superamur. Ibidem.

Tristibus semper Deus læta miscet. Ibidem.

Incrementum doloris est, id quod dolet scribere. Amb. de off.

Solatium dolentis est, doluisse. Ibidem.

Animus liberalis, quem pro se videt anxium, contristare erubescit. Ber. ser de pas.

Vulnere vetusto calus obducitur, & eo insanabilior; dolor verò acerbus diuturnus esse non potest. Bern. de consid.

Gratus est miseris, de misericordia sermo. Idem in Epist.

Ex infortunio sunt aliqui felices. Ibidem.

LAVS.

EX GRÆCIS.

Reprehenditur laudatio, in qua vt magna & maxima proferantur, falsa etiam proferuntur. Plat. de amor.

Non est qui viuus gloriari possit. Ibidem.

Sic

Sic lauda hominem, tanquam animal mutabile. Plutar.

Graui sermoni non conuenit laus ridicula. Ibidem.

In nobis est benè vel male audire, Ibidem.

Qui à malis laudatur, timeat ne aliquid mali fecerit. Lact. lib. 1.

Boni cum laudantur quodammodo laudantes odio habẽt, si id præter modũ fecerint. Stob.

EX LATINIS.

¶ Gloria vmbra virtutis est. Senec. Ep. 74.

Non debet dolere, qui potest gloriari. Quint. dec. 6.

Lucri facit mortis atrocitatem quisquis laudatus occiditur. Dec. 11.

Ea est profecto iucunda laus, quæ ab ijs proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. Cic. ad Marc.

Exiguum nobis vitæ periculum natura circũscripsit, immensum gloriæ. Pro Rab.

Honos alit artes, omnesq; gloria ad studia incendimur: iacentq; ea semper, quæ apud quosq; improbantur. In Tusc.

Opifices etiam post mortem nobilitari volunt. Ibidem.

Cum optimus quisq; maximè posteritati seruiat, esse aliquid verisimile est, cuius sit postmortem sensum habiturus. Ibidem.

Non vita hæc dicenda est, quæ spiritu & corpore continetur: illa inquam illa vita est, quę viget memoria seculorum omnium, quam posteritas alit: quã ipsa ęternitas semper intuetur. Pro Mure.

Com-

Compendiaria ad gloriam via, si quis qualis haberi velit, talis esset. 2. Offi.

Cuius prædicatio omnibus non dum grata est, hunc memoriæ potius quàm vocis testimonio comprobamus. 2. Phil.

Laudare se vani, vituperari stulti est. Max. li. 7.

Nulla tanta humilitas est, quæ dulcedine gloriæ nõ tangatur. Lib. 8.

Gloria nec ab ijs etiam, qui contemptum eius introducere conantur, negligitur. Ibidem.

Nemo tam efferis moribus est, quin faciat aliquando, aut dicat aliquid, quod laudari queat. Gel. li. 1

Magna laus non abest ab admiratione, admiratio autem quę maxima est, non parit verba, sed silentium. Lib. 4.

Gloria maiorum posteris lumen est. Salust. in iug.

Sequi gloria, non appeti debet. Plin. lib. 1.

Multo deformius est amittere quam assequi laudem Lib. 8.

Laudabilia multa etiam mali faciunt, laudari autem nisi optimus non potest. In pan. g.

Magnum est differe honorem, gloriam maius. Ibid.

Eximia gloria aliquando fortuna est, non virtutis beneficium. Curt. Lib. 8.

Eo clarior laus est, quo maior est quem viceris. Ibi.

Cito gloria absolescit in sordidis hostibus. Lib 9

Excitat auditor studium, laudataq; virtus

Crescit, & immensum gloria calcar habet. Ouid. de pont.

EX

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Bonum laudare, non laudato, sed laudantibus prodest. Aug. super Ioan.

Laus mundi parum prodest, si conscientia criminis mordet. Ibidem.

Remotis obstaculis vanæ opinionis, scelera nuda pẽsentur, fallacia, tegmina & vanæ gloriæ auferãtur, & apparebunt miseriæ peccatorum. Ibidem.

Securitas laudis in laude Dei est, vbi non timet laudator, ne de laudato erubescat. Super psal.

Quid est quod dicis, ego diues, ille pauper, sarcinam tuam commemoras, pondus tuum laudas: taceas laudes tuas, qui miserationes tuas non cõmemoras. De Doct. Christ.

Non valde gaudere debemus quãdo laudamur, nec contristari quando vituperamur: quia nec deprauare iniuria, nec laus coronare potest. In Epist.

Laus hominum, crudeliter aliquando cõtemnitur. De Bon. Vid.

Laus humana non appeti, sed subsequi debet recte operantem. Ser. Dom. in Monte.

Gloriæ cupiditas piæ fidei inimica est. 3. De Ciu. D.

Malus Deum laudare non potest. Idem.

Qui Deum laudat lingua, nõ semper potest: qui moribus semper potest. Super Ioan.

Non facis mala: sed si laudas malè facientem, nõ parum malum est. Epist. 49.

Sicut vera laꝰ ornat, ita falsa castigat. De Decol. Ioã.

Laudari à beneviuentibus, si dicam nolo, mentior: si dicam volo, timeo ne vanitatis, quâ soliditatis appetentior sim. Lib. sol. Hom.

Gloriam concupiscens, nõ cogitat de labore. Chry. super Luc.

Si gloriari cupis, gloriam despice, & omnibus eris glorioſior. Ibidem.

Laudamus sæpè, vt mordeamus. Ibidem.

Cum bene viuitur valde timendum est, ne mens despectis cæteris, de gloriæ singularitate eleuetur. Greg. in Mor.

Nescit laudem fugere dum suppetit, qui ad hanc anhelauit, dum deesset. 22. Mor.

Qui laudes humanas appetit, testem suum quærit in terra. Greg. 13. Mor.

Cum pro bono opere laus transitoria quæritur, res æterna retributione digna, vili pretio venundatur. Idem in Past.

Malo mihi gloriam serius contingere, sed solidam: quàm maturius, verum pœnitendam. Idem.

Natura ad laudem vel ignauos impellit. Lact. lib. 5.

Vilium satis hominũ est, & suam laudem quærentiũ, alios viles facere: qa alterius vituperatione se laudari putant. & qui suo merito placere nõ possunt, placere volunt in cõparatione malorũ. Hier. 1 Ep.

Velle addere laudem in vere laudato, decerpere est. Ambr. in Hex.

Gloriari in solo Deo, nõ nisi à solo Deo est. Bernad. super Cant. ser. 13.

Habe-

Habere quod te nescias non gloriam habet, porro hoſse quòd habeas, sed quia à te non habeas ignorare, habet gloriam, sed non apud Deum. vtrũq; ergo scias necesse est, & quid sis, & quòd à te ipso non sis. Ibidem.

Quo gloria plus affectatur, minus deprenditur, vbi deprenditur affectari. Idem ad Epiſc.

De vniuersali vanitate inest nobis, & velle laudari cum simus vituperabiles: & nolle laudari quos scimus esse laudabiles. Idem ad Diac.

MEMORIA.

EX GRÆCIS.

MAter musarum memoria est. Plat. de Scien.

Minus conseruant orationes, homines perturbati. Arist. Eth. 1.

Memoria magis valent, qui habeti sunt ingenio: reminiscentia vero magis vigent, qui acuto. Ibidẽ.

Rerũ præteritarum memoria, ad futurorũ cõsultationẽ exẽplar quoddã exiſtit. Plut. de Educ. libe.

Faciendus est ex iugi memoriæ exercitatione habitus. Apud Diog.

Omnes disciplina memoria constat: fruſtraq; docemur, si quicquid audimus præterfluat. Quint. libr. 15.

Multum signa valent, & ex vna memoria venit altera. Ibidem.

Habet præteriti doloris ſecura recordatio delectationem. Cice. ad Brut.

Memoria minuitur niſi exerceas: nunquam tamen vidi ſenẽ aliquem oblitum, quo loco theſaurum obruiſſet. Cato. Maior.

Multo acrior memoria eſt improborum, quàm bonorum. Ibidem.

Mallem obliuionis, quàm memoriæ artem: memini enim eorum quæ volo, obliuiſci non poſſum quæ nolo. Idem 4. de Finib.

Exultat animus, magnorum virorum memoriâ perluſtrans. Max. lib. 4.

Stultum eſt eorum meminiſſe, proprer quæ tui obliuiſceris. Curt. lib. 4.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Infida rerũ cuſtos, memoria eſt Aug. contr. Acad.

Memoriam optimam iracundi & contentioſi habẽt. Idem, 7. de Ciuit. Dei.

Memoria, quaſi venter eſt animi. Idem 10 Conf.

Reuocandus eſt animus ad recordandum, cum quadam delectatione de præteritis, ne repente ſub cõcupiſcẽtia redeam⁹ corde i Ægyptũ. Id ẽ ver Ino.

Recordatio iniuriæ magis inſtigat, quàm mitigat. Ber. in Ep.

Oſtiarius voluntatis, ſit recordatio cœleſtis gloriæ: & eius thalami cuſtos, ſit recordatio profundę gehennæ. Idem in Par. ſer.

Delectat bonos audire mala ſua præterita, quia iam

iam carent eis: non tamen ideo delectant, quia mala ſunt, ſed quia fuerunt, & non ſunt. 10. Conf.

OBLIVIO.

O Veneranda obliuio malorum, quàm es ſapiens & venerabilis dea! Eurip. in Oreſt.

Obliuiſcere præterita, quibus male vixiſti: contemne præſentia, quibus temporaliter viuis: ne te aliquando præſentia non permittant peruenire ad futura. Idem ſuper pſal. 57.

Bona obliuio eſt, ſi te ipſum neſcias, vt proximo proſis. Bern. ad Henr.

MARE ET NAVIGATIO.

FIdelis terra, infidele mare, inſaciabile lucrum. Demet. Phal.

Vt nauigatio iuxta littus, ſic ambulatio circa mare iucundiſsima eſt. Plut. in Prob.

Qui nauigat tantum à morte diſtat, quanta navis craſsitudo eſt. Diog. lib. 1.

Securiſsima è nauibus eſt, quæ in portum venit. Ibi. Iucundum eſt mare ex terra intueri. Stob. lib. 1.

Magna pars hominũ, quæ nauigatura eſt, de tempeſtate non cogitat. Senec. de Tranq. Anim.

Mare nauigare coẽgit auaritia. Idem lib. 22.

Improbè Neptunum accuſat, qui naufragium iterũ facit. Pub. Mim.

Nec violasse fidem tentantibus æquora prodest.
Perfidiæ pœnas exigit ille locus. Ouid.

Mare viua in se corpore retinet, mortua exigit. Gr. 6. Mor.

MVSICA.

MVsica valet à deductionem temporis, & delectationem: & ideo pueris conuenit studere musicæ. Arist. pol. 8.

Musicam docebit amor, imperitus sis licet. Plut. in Prob.

Musicis Iupiter canenda suggerit. Homer. Odissi. 9

Occultæ musicæ nullus est fructus. Sueto. Tranq.

Musicæ ignoratio scripturarum intellectum impedit. Aug. 11. de doct. Chr.

Spiritus sctūs, videns resistentē ad viam virtutis hominis animum, & ad delectationes vitæ huius magis inclinari, delectabilib⁹ modulis cātilenæ vim suæ doctrinæ permiscuit: vt dum suauitate carminis mulcetur auditus diuini sermonis pariter vtilitas inseratur. Idem in Prol. super Psal.

Cum mihi accidit vt me amplius cantus, quam res quæ cantatur moueat, me peccare pænaliter confiteor, & tunc mallem non audire cantantem. Idē 10. conf.

Qui vocē æquare cæteris nō potest, melius debet tacere aut lenta voce psallere quanquam clamosa omnibus obstrepere. Ibi.

Cibus in ore, psalmus in corde sapit, Ber. sup ca. ser. 7

Nihil

Nihil ita propriè in terris, quēdam cœlestis habitationis statum repræsentat, sicut alacritas laudantium Deum. Idem, ser. 11.

REPREHENSIO.

EX GRÆCIS.

REbus malè succedentibus, iracundè succēsere non conuenit. Plut. de Tranq. Ani.

Non modò peccantes castiga, sed peccaturos etiam cohibe. Stob. lib. 4.

TEmerarium est vmbram hominis mortui affligere, viuos castigare decet, non mortuos: & ipsa iustitia mortuos vindicat. Ibidem.

Cum verecundè reprehendit amicus, verecundiam gignit in amico. Ibidem.

Exagitamur verecundia & dolore, cum arguimur apud eos quos probari cupimus. Ibidem.

Obiurgationi laus est admiscenda. Ibidem.

Optimè ac iustissimè viuemus, si quæ in alijs reprehendimus, ipsi non fatiamus. Diog. lib. 2.

EX LATINIS.

¶Sunt qui magis emendare volunt Deos, quam se. Senec. Ep. 108.

Quātū potes te ipū argue, inquire in te accusatoris primū partes fungere, deinde iudicis, nouissima deprecatoris, aliquādo etiam te offende. Idē Ep. 18

Nulli patientius reprehenduntur, quam qui maximè laudari merentur. Plin. lib. 7.

Non ſatis eſt reprehendiſſe peccantem, ſi non doceas recti viam. Col. lib. 7.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Cum in omnibus litteris meis non ſolum pium lectorem, ſed etiam liberum correctorem deſiderem: vtinam tam multos adiutores habere poſſim, quã multos cõtradictores habeo. verũtamen ſicut lectorem meum nolo mihi eſſe deditum, ita correctorem nolo ſibi. Lector meus non me amplius amet quam catholicam fidem, corrector meus non ſe amet, ſed catholicam veritatẽ. Aug. 3. d Tri.

Sicut viri boni per leuiſsimã correctionem corrigũtur, ita è contra omnes ſuperbi per duram admonitionem ad peiora præcipitia prouocantur. Idẽ. de Ioan. Bap.

Nunquam alieni peccati obiurgandi ſuſcipiendum negocium eſt, niſi cum examinata conſcientia noſtra, liquido nos coram Deo reſponderimus, dilectione nos facere. Idem ſuper Ep. ad Gal.

Sæpe pullos quos fouet calcat mater, ſed nõ toto pedis põdere: nec ideo deſinit eſſe mater. Idẽ li. Ho.

Non poteſt eſſe ſalutaris correctio, niſi cum ille qui corripitur non habet ſociam multitudinem, cum vero idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis reſtat, quam dolor & gemitus. Idem cont. Ep. Par.

Non putes te amare ſeruũ, quando eum non cędis, aut tũc amare filiũ tuũ quãdo eũ nõ corripis, non eſt

eſt iſta charitas, ſed languor. Aug. de char. ſer. 7.

Quæ peccantur coram omnibus, coram omnibus corripienda ſunt, vt omnes timeant. qui autem ſecreto peccauit in te, ſecreto corripe: nã ſi ſolus noſti, & eum vis coram alijs arguere: non es corrector ſed proditor. Idem de verb. D.

Qui poteſt emẽdare & negligit, participem proculdubio ſe conſtituit qui alterius bonum iuuat, ſuũ facit. Greg. in Reg.

Iuuenes plerumq; ſeueritas admonitionis ad profectum dirigit, ſenes vero ad meliora opera deprecatio blanda componit. Ibidem.

Si ab increpatione ideo reticem⁹, quia inſurgere in nos deriſionis odia formidamus, iam non lucra Dei ſed noſtra quęrimus. Ibidem.

Correctio errantes corripit: conſilium bonis datur Amb. de offi.

Malum ſi comprimas tuum, reputabitur tibi ad iuſtitiam, ſi alienum ad gloriam, Ibidem.

Quicquid lacerato animo dixeris, punientis eſt impetus, non charitas corrigentis. dilige & dic quicquid voles, Aug. ſuper Ep. ad Gal.

Circa vitam tuã eſto auſterus: circa alienam benignus audiant te homines magnafacientẽ & parua mandantem. Chryſ. ſuper Matth.

Corripere peccantem plus eſt quã orare. Idẽ Ho. 24

Difficilius malũ corrigitur, quod perfectionis proſperitate fulcitur. Greg. 23. Mor.

Non vniformiter, ſed ſecundum mẽſurã delictorũ

increcrepationes quoq; inferri debent, sed diligẽter aspicere eorum. qui deliquerunt vires atque propositum, ne forte volẽs rupta sarcire, maiorẽ operetur diruptionem. Idem super Matth.

Reprehensio generalis, nõ vnius personę iniuria est: Hier. super Esai.

Altius vitijs indormientes, asperius inclamare necesse est. Ibidem.

INTELLECTVS.

EX GRÆCIS ET LATINIS

Plura cõtigit scire, sed nõ intelligere. Idẽ Top. 2

Vbi plurimꝰ intellectus, ibi minima fortuna: & vbi plurima fortuna, ibi minimus intellectus. Idem de bon. fort.

Maximũ inditiũ est malæ mẽtis fluctuatio. Cic. ꝺ of.

Ita magis intelliges quædam placuisse: si quædam displicuisse cognoueris. Plin. li. 3.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS

Intelligere superflua non nocuit, nocuit autem didicisse. Aug. de vtil. Cred.

Intellectui fides viá aperit: claudit aũt infidelitas. Ib.

Intellectus merces est fidei. Idem super Euang.

Deputemus intelligentiam datam, quasi pecuniam mutuatam, quo plus nobis creditur ex benignitate, eo debitores tenemur ãpliꝰ in opere. Gr. i Mor.

Qui vult intelligere qualis est, talis videri debet qualis nõ est. Gr. 34. Mor.

Punge

Pũge & dabit lachrymas, stringe & dabit intellectũ Orig super Exo.

Intellectus donũ exercitandũ est, ne in otio torpeat Idem. 22. Mor.

Quidá de intelligẽtia: alij de operatione exultãt. Ib.

Intelligẽtes & illuminati, plures inueniuntur: sed affecti pauci. Ber. de Asc. Dñi.

Intellectꝰ rerũ spũaliũ verꝰ est aíę panis. Ber. sup cá.

DVBITATIO.

EX GRÆCIS ET LATINIS

Solutio dubitatiõis est inuẽtio veritatis. Idẽ eth. 7

Satius est id ipsum de quo ambigitur concedere, quàm impudenter resistere. Cic. de offi.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Indubio, plꝰ alieno q̃ pprio credimꝰ cõsilio. Ber. ĩ Ep.

Tepidi, quasi in inferno sunt. Ibidem.

Ambigua in meliorẽ partẽ sũt vertẽda. Ansel. ad Ro.

Res dubia hominẽ negligentẽ facit. Chri. sup Matth.

In rebꝰ dubijs nõ debet eẽ iudiciũ absolutũ. Gr. ĩ m.

Dubitatio electis oritur ex virtute humilitatis. Idem super. 1. Reg.

Melius est dubitare de occultis, quàm litigare de incertis. Aug. 9. super. Gen.

Discedat de corde petitoris dubitatio, & veniet ei largitoris inundatio. non trepidet, qui rogat: & non se subtrahat qui erogat. Ibidem.

SENSVS.

EX

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Sensus ad plurima inrētus, minor est ad singula. Apud Iurisconſ.

In quibusdam sensib⁹ nos superant cętera animalia, quoniam iustum fuit vt quibus nihil dandum fuit intellectus, aliquid amplius daretur in sensu. Aug. de spiritu. & Anim.

Vnusquisq; in suo sensu abundat. Hyer. ad Dem.

Sensibus nostris velut naui vtimur. Idem 10. Sol.

AVDITVS.

Avditus in homine via est ad disciplinam. Ar. de sens. & sens.

Audienda magis, quam loquēdi studioſos esſe oportet. Diog. lib. 1.

Qualia dixeris, talia audies. Homer. lib. 1.

Qui libenter audiunt, & magis attendunt, & facilius credunt. Quint. lib. 8.

Legendi semper occasio est, audiendi non semper. Plin. lib. 1.

Sunt quędam audientium auribus danda: prędertim si materia non refragetur. Ibidem.

Me potius magistrum delectat audire, quam velut magistrum audiri. Aug. de orig. Ani.

Admonemus charitatem vestram, vt ea quæ audiendo tanquam ventre memoria reconditis, rursus reuoluendo & cogitando, quodammodo ruminetis. Idem super Psal. 14.

Qui legere non potest quia non vacat, aut quia litteras

ras ignorat: Saltem audiat. Ibidem.

Etiam scientibus, ipsa quę sciuntur prodest audire. Chr. Ep. ad Heb.

Auditor in delitijs agēs, oscitās est. Idē sup act. Apoſ.

Auditores benęuoli alacres reddunt prædicatores. Idem super Gen.

Vocem illius doctoris audite, qui non sibi plausum, sed mihi planctum moueat. Ibidem.

Non æquè amici audiunt, & inimici. Hier. in Ep.

Propter bonos auditores malis doctoribus sermo datur, & propter malos auditores bonis doctoribus sermo subtrahitur. Idem super Ezech.

Auditu & nō visu peruenitur ad notitiam veritatis. Bern. super. Cant.

Auditus ad meritum, visus ad præmium est. Ibidem.

ORDO ET REGVLA

Lapis componi debet ad regulam, non regula ad lapidem. Plut. de Prof. Mor.

Nihil ordinatum est, quod præcipitatur & properat. Senec. Epiſt. 40.

Ex ordine rerū cognoscitur Deus. Aug. de Ver. Reli.

Illud a me accipiatis volo, si quis temere ac sine ordine in diciplinarum & rerū cognitionem audet irruere, pro studioso curiosum, pro docto indoctum pro cauto incredulum fieri. Ibidem.

Ordinatissimum est aliquando, aliquid sine ordine facere. Bern. in Ep.

Accedendū est ad Deū, non irruendū. Idē. sup Cāt.

Ordines

Ordines in Eccleſia debẽt eſſe ad inſtar angelorum in cœlo. Greg. in Reg.

Ordinatum ad vnum finem, non debet eius cõtrarium operari. Ibidem.

AFFINITAS.

QVid prodeſt affinitas, vel tẽporalis ſalus, ſi æternam Chriſti hereditatem ſalutemq́, perpetuã in noſtra cognatione contemnimus. Aug. ad ſen.

Eſt approbãda liberalitas, vt proximũ ſeminis tui nõ deſpicias, ſi egere cognoueris: non tamẽ vt illi ditiores fieri velint, ex eo qđ tu potes aũ ferre pauperibus. Amb. de Offic.

Nõ ſanguinis nectitudo ſed virtutis, cognitio proximos facit. Idem ſuper Matth.

Fratris neceſsitati impendendum, quicquid vltra vitæ neceſsitatem habemus. Ibidem.

MORES ET QVALITAS.

EX GRÆCIS.

QVot mores hominũ, totidẽ Reſpub Plat. đ Rep. In re frequenti cognoſcuntur habitus. Ariſt. Ethic. 3.

Mores hominũ boni, approbãt verba. Plu. đ of. audit.

Ne ſis nimium moribus facilis: nec nimium difficilis. Demet.

Sis in adoleſcentia cõtinens, in media ætate iuſtus, in ſenec-

nectute ſapiens, in morte non doleas. Ibidem.

Nec vinum auſternum aptum eſt potioni: nec mores agreſtes conuerſationi. Stob. lib. 2.

Mores iuſti, peculium ſunt præcioſiſsimum. Ibidẽ.

Bonus mos ſtabilior eſt lege. Ibidem.

Mores dicentis, non verba perſuadent. Ibidem.

Perſarũ reges anteq̃ ſacrificẽt, depietate diſſerũt, anteq̃ bibãt đ tẽpãtia: pugnaturi vero đ fortitudĩe. Ib.

EX LATINIS.

Sibiq́ſq; dat mores miniſteria caſus aſsignat. Sen. ep.

Plura moribus quã viribus vincimus. Quint. Dec. 3.

Magna voluptas eſt æqualẽ verbis vitã agere, & ita viuere, vt omnis oro morib⁹ cõſonet. Cic. cõt. Sal.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Mores nri ex eo qđ diligimus iudicãtur. Aug. ep. 52.

In moribus noſtris nihil fiat, qđ cuiuſq; offendat aſpectũ: ſed qđ noſtrã deceat ſanctitatẽ. Idẽ in Reg.

Quiſquis rebus prætereuntibus ſtritius viuit, quã ſe habent mores cum quibus viuit, aut intemperans eſt, aut ſuperſtitioſus. Idem. 3. de Doct. Chri.

Quoniam in diſponendo ſtatu ordinãdiſq; morib⁹, maiori periculo peccatur, maior diligentia adhiberi debet. Lact. lib. 2.

REMEDIVM.

REmedia malorum in ipſa mora ſunt. Euripid. in Herc. Fu.

Qui-

Quibusdam remedia danda sunt quibusdam inculcanda. Senec. Ep. 27.

Gubernator vbi naufragiũ timet, iactura quæquid seruari potest redimit. Curt. lib. 5.

Tutius arbitror mali remedium ab animo quam à loco petere. Ibidem.

Qui remedium expectat, celare suum malum non debet. Ibidem.

Ex consideratione remedij periculi æstimatur quantitas. Ber. in Nat. Dom.

Remedia superstitiosa fugienda sunt. Chr. Ho. 8.

VVLTVS ET FACIES.

FAcies Dei, manifestatio eius intelligenda est: non aliquod tale membrum, quale nos habemus in corpore. Aug. 22. de Ciuit. Dei.

Quando Deus nobis aliquo miraculo adest, faciem ipsius oculis nostris non videmus, sed affectu mirabili, suam præsentiam insinuat hominibus. Idē Psalm. 44.

Non ita exprimit affectum digitus, sicut vultus Bernard. super Cant.

Formarum varietas, & specierum numerositas in rebus conditis, quid sunt nisi quidam radij deitatis? Ibidem.

Iusti aspectus in plerisq; admonitio correctionis est: in perfectioribus autem lætitia. Amb. super psal.

EX

EX GRÆCIS.

CVi nihil restauratur, habita finiuntur velociter. Arist. Eth. 4.

Lucrũ turpe accusatio naturæ est. Stob. li. 4.

Lucrum auxilium est indigentis. Arist. Eth. 8.

Fidelis terra est, infidele mare, insatiabile lucrum est. Demosth.

Nisi lucrum esset, nemo esset improbus. Ibidem.

Pecunia in emendo & vendendo æquat summos infimis, tollitq; deissidium. Idem in Arg.

Vt paucis dicam, quantumuis sapiẽtem animum, lucrum vi superat. Stob.

EX LATINIS.

¶Nullus nisi ex alterius damno quæstus est. Senec. de Ira, lib. 2.

Malo emere quàm rogare. Cicer. in Ver.

Emptum cũm male est, semper pœnitet. Pli. lib. 18.

Quid non facit, aut patitur mercator? Ibidem.

Publicum à paucis emi periculosum est. Sal. in Cat.

Lucri bonus odor ex qualibet re. Iuue.

Difficile salua erit ciuitas, in qua pluris quam boves nundatur piscis. Plut. in Apoph.

Qui præcotia magno emit, desperat se ad maturitatis tempus peruenturum. Diog. lib. 2.

Res partim emuntur pecunia, vt domus, partim tẽpore & diligẽtia, vt liberalis disciplina. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Non sic sapit lucrum q̃ dolet damnũ. Aug. ser. 48

Commune lucrum fit, quod communi labore acquisitum est. Idem de Nat. Ioan.

Si negotiatores quæris primus in culpa propter auaritiam est: si militantem respicias, cupiditas illi causa militiæ est: si officia singula perscruteris, inuenias homines non honestate duci ad obsequia, sed præda veluti ad negotium prouocari. Ibidē.

Vltroneæ vilescūt merces, & pretia facilitate decrescūt. Hier. in Epist.

Quæstum facile negligit generosus animus. Ibidē.

Lucrum & diuitias per bella quærere nefas est, per Maria autē periculum, per falsitates opprobriū, per agriculturam vero licitum est. Cassiod. in Ep.

Pręcium rebus imponit affectus. Ambr. de Offi.

Lucra interdū dāni occasiōe colligim⁹. Chry. s. Mat.

Homo mercator nunquam pōt placere Deo, & ideo nullus Christianus debet esse mercator, aut si voluerit esse proijciatur de Ecclesia Dei, dicente apostolo, quoniam nō cognoui negotiationes, introibo in potentias domini. Idem super Matth.

DEBITVM ET MVTVVM.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

MVtuum redde priusquam amicis tribuas. Arist. Eth. 9.

Prudentis viri est, qui mutuum prudenter dedit, id amicè recipere: non postquam humaniter contractum est odiose recipere. Stob. lib. 2.

Parum interest, vtrum ab homine vel à fortuna mutuum acceperis. Senec. Ep. 87.

Est animi ingenui cui plurimum debeas, ei plurimum velle debere. Cicer. ad Cur.

Reddit beneficium qui libenter debet. Idem.

Primum delictum arbitramur esse mētiri: secūdum debitorem esse, quādoquidem qui debent, vt plurimum mentiri coguntur. Plut. de vit. vsur.

Nihil grauius quàm audire, redde. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Stultus est debitor qui gaudens pecunias accipit, & tempus quo reddere debeat non considerat. Greg. in Mor.

Censum non soluere vsurpatio est libertatis. Apud Iurisconsul.

Illud fidelissimè dixerim, eū qui pro homine adhuc interuenit ne male ablatā restituat: & qui ad se cōfugientem, quā honestè potest ād restituēdū non compellit, sotium esse criminis. Aug. ad Marcel.

CORPVS ET CARO.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

IN prauis ac male dispositis, caro dominatur animæ. Arist. Sol. 2.

Bona in pueris corporis habitudo, bonæ quoq; senectutis fundamentum iacit. Plut.

Corporis bona propriè bona non sunt. Plat. de leg.

Hanc ſanam & ſalubrem formâ vitæ teneto, vt corpori tantum indulgeas, quantum bonæ valetudini ſatis ſit. Sene. Epiſt 8.

Fateor corporis noſtri nobis inſitam charitatem, fateor huius nos gerere tutelam, nõ nego indulgẽdum illi, ſeruiendum nego. Idem Epiſt 13.

Gerere nos debemus, non tanquam propter corpus viuere debeamus, ſed tanquam non poſsimus viuere ſine corpore. Ibidem.

Quicquid facias, cito redi à corpore ad animã. Ibid.

Maior ſum & ad maiora genitus, quã vt mancipium ſim corporis mei, quod certè non aliter aſpicio, quam vinculum libertati meæ circũdatum. Ibid.

Vis aduerſus hoc corpus liber eſſe, propone tibi aliquando hoc contuberniũ carẽdum, & fortior eris ad neceſsitatẽ exeundi. Idem Epiſt 71.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Carnem qui ſapiunt à Deo recedunt. Aug. ſuper Ioan.

Corpora propter ciborum defectum, minora ſunt iuſtæ menſuræ. Idem de Vit. Beat.

Inter corpus & animã nullũ eſt mediũ. Id. qu. 54.

Corporis noſtri præſentia, Dei prouidentiã loquitur. Idem 22. de Ciuit. Dei.

Corporis partium harmoniã & numerum, vt nemo inuenit, ita nec ſatis admirabitur. Ibidem.

Carnis inobedientia, iuſta primi peccati pœna eſt. Idem 14. de Ciuit. Dei.

Spi-

Spiritꝰ deficit vbi caro requieſcit, vt enim caro mollibus, ſic anima duris nutritur. Aug ſuper Ioan.

Quocunque pergimus nobiſcum inimicum portamus. Hier. in Epiſt.

Corporis debilitas nimia etiam vires animi frangit, mentis quoq; ingeniũ marceſcere facit: quidquid cum modo & temperamento fit, ſalutare eſt. Idẽ.

Sic conditi mirabiliter ſumus, vt ratio animam, anima poſsideat corpus. Greg. 1. Mor.

Caro aliquãdo nobis eſt ſeductrix in malo opere, aliquando adiutrix in bono, ſi igitur ei plusq̃ debemus tribuimus, hoſtem nutrimus, & ſi neceſsitati eius quę debemus nõ reddimus, ciuem necamus. Saciãda eſt igitur caro, ſed ad hoc vt in bono opere nobis ſufficiat. Greg. Hom. 5.

Corpus noſtrum tactuum vſum habet, caput vero omnium ſenſuum. Idem. 3. Mor.

Carnis inſtitutio facilior eſt, quã reſtitutio. Tert.

Corpore molli reddito & delicato, neceſſe ẽ & animã participare ex corporis morbo. Chry. Hom 29.

Corporis vitia ſine animi dolore nõ ſunt. Hie. ho. 29.

Carnales concupiſcentiæ naturalem homini manſuetudinem exterminant. Bern. ſuper Cant.

Corpus aggrauat animam, ne lumen incircunſcriptum videat. Ibidem.

Cur carnẽ tuã prętioſis rebꝰ impinguas, quã poſt paucos dies vermes deuoraturi ſunt in ſepulchro, & animã tuã bonis operibus nõ adornas, quæ deo & angelis eius præſentãda eſt in iuditio? cur animã

tuam vilipendis? cur ei carnem præponis? domina ancillari, & ancillã dominari magna abusio est. Ibi.

Nihil aliud est caro cum qua tanta est societas, quam spuma caro facta, fragili decore vestita, sed erit quãdoq; cadauer miserum & putridum, & cibus vermium, quòd si diligenter cõsideres, quid per os & nares, & cæteros corporis meatus egrediatur, vilius sterquilinium nunquam inuenies. Ibidem

MVNDVS ET TERRA.

MVndus inimicus est ijs, quos beatos facit. Idem de Quant. ani.

Mundo viuere mortis opus est. Idem Epist. 30.

Mũd⁹ tot florib⁹, quot hõibus plen⁹ est. Gr. 11 Mor.

Christianus vtatur mundo nõ fruatur. Ber. sup cãt.

Ecce iam in se ipso mũdus aruit, & adhuc in nostris cordibus floret, vbiq; mors, vbiq; luct⁹, vbiq; desolatio: vndiq; percutimur, vndiq; amaritudine replemur, & tamen cæca mente carnalis concupiscentiæ amaritudines amamus, fugientẽ sequimur, labenti inhæremus, & quia labentem detinere non possumus, cum ipso labimur. Græg in Hom.

ARGVMENTVM ET DISPVTATIO:

EX GRÆCIS.

ARS contradicendi in dubium potest vertere omnia. Plat. de Scien.

Manifesta negare irreuerentia est. Arist. Rhet 2.

Colloquentium duorum irato altero, iste qui verbis non refragatur, prudentior est. Stob.

Ingentia mala ex leui contentione oriuntur. Ibidẽ.

Sermones sophistici facilius contradicuntur, quam vincuntur. Ibidem.

EX LATINIS.

¶Quasdam quæstiones facilius est contemnere quã soluere. Sen. Ep. 51.

Disputare docemur, non viuere. Ibidem.

Non te prohibeo aliquando sophismata tractare, sed tunc cum non voles aliquid agere. Idem Ep. 113.

Necesse est contentiose loquaris, quod probare non possis, Quint. dec 18.

Mala & impia consuetudo est contra deos disputandi, sive ex animo hoc fiat, siue simulate. Cic. de nat. Deorum.

Contentio tandiu sapiens est, quam diu prodest: aut si non prodest non obest. Idem pro Cluen.

Nimium altercando veritas amittitur. Pub Mim.

Contentione obruuntur ingenia discentium. Ibid.

EX SACRIS

¶Argumẽta captiosa breuibus regulis soluẽda sunt Aug. cont. Acad.

In disputationibus, non est quærẽda victoria, sed bonum & rectum. Ibidem.

In disputationibus sine scripturarũ auctoritate, nihil temerè asserendum. Idem cont. Pen.

Disputatiões insanè à sathana suggerũtur. Id suplos.

Potestis Dei dono veritatem facile reperire, si disciplinę silentio contentiosi esse desistitis. Aug. de Pud.

Qui distinguit tempora, soluit quæstionem. Idem lib. 1. de verb. Dei.

Si pater noster aliquid in disputando pro fide sua & pro ecclesiæ charitate dixerit, fortasse feruentius quàm tua grauitas vellet audire: non illa cõtumatia, sed fiducia nominanda est, collatorem enim & disputatorem, non assertorẽ & adulatorem, esse cupiebat. Idem. Epist ad Procul.

In disputationibus hoc cauendum est, ne prorumpatur in litem, & caueria modestis & mitibus potest & solet. Idem Con. Cres.

In præceptis habeatis volo, vt ad ea discutienda redeatis, quæ incautius cõcessistis. Idem cont. Acad

Separatis nugis locorum communium, res cum re. causa, cum causa, ratio cum ratione confligat. Idẽ de vtil cred.

De scripturis disputantem non decet Aristotelis argumẽta cõquirere, nec ex flumine Tullianæ eloquentię ducẽdus est riuulus, sed pedestris & cotidiane similitudinis, & nulla lucubratione redolens oratio necessaria est, quæ rem explicet, sensũ ędificet, obscura manifestet. Hier. ad. pium Pap.

TESTAMENTVM ET HÆREDITAS.

Testa-

TEstamenta hominum, specula sunt morum. Pli. lib 8.

Optima hęreditas quæ à patribus traditur liberis, est gloria virtutis, rerum q; gestarum: cui decori esse nephas & uitiũ est iudicandũ. Cic. of.

Licet patrem apud filium gloriari, ad quem suæ gloriæ hęreditas & factorum imitatio pertinet. Ibid.

Omnia hæredum officia sunt præsumenda. Ibidem.

Testatoris voluntas lex est. Ibidem.

Hęreditas in qua Christi cohęredes sumus, non minuitur multitudine filiorum, aut numerositate cohęredum. Aug. in sent.

Hęreditas ecclesiæ Deus est. Idem psal. 5.

In testamento aliquid pauperibus relinquendum est Chr. Hom. 8.

PVNITIO ET CASTIGATIO

EX GRÆCIS

ARdua verberatio, non admissis precibus, non efficit in seruis vt pœniteãt peccare, sed vt prospiciãt, ne sẽtiãtur peccare. Plu. ẽ Choib irac.

Non peccantes tantum, sed peccare molientes punito. Ibidem.

Qui punit iniustos, is cæteris iniuriam fieri prohibet. Stob. lib. 2.

Qui verberat sine ira, peior est verberante cum ira. Arist. pol. 7.

EX LATINIS.

¶Nihil minus quam irasci puniente decet. Sen. de ira

Magna pars hominum non peccatis irascitur, sed peccatoribus. Ibidem.

Ciuitatis mores magis corrigit parcitas animaduersionum: facit enim consuetudinem peccandi multitudo peccantium. Idem de Clem.

Minus iniquum est, vt euadat pœnam nocens, quã vt contemnat. Quint. dec. 10.

Omnis animaduersio contumelia vacet. Cic. 1 offi.

Magna est illecebra peccandi impunitatis spes. Idem Pro Milo.

Vtili⁹ est vnius improbi supplitio multorũ improbitatem coercere, quam propter multos improbos vni parcere. Idem in Ver.

Est acerbum parentum scelera filiorum pœnis lui. Idem ad Brut.

Graues pœnę exempla dicuntur. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Iussisti domine & sic est, vt pœna sit sibi omnis inordinatus affectus. Aug 1. Conf.

Pœnę nos terreant, si præmia non inuitant. Ibidem.

Ille iustus est punitor, qui non habet quod in illo puniatur. Idem super psal. 5.

Quantum attinet ad vniuersi mundi administrationem, non aliquid durum contigit mortalibus, cũ moriuntur aliquando morituri. Idem lib quæst.

Quis non videat punitis quibusdam, quam plurimi corrigantur? Ibidem.

Timeo

Timendum est ne plura putrescant cum pluribus parcitur. Idem ad hil.

Quoniam tu es domine qui fecisti me, noli me exterminare. tantum cæde vt proficiam, non vt deficiam, tantum cæde vt reducar, non vt comminuar. Idem super psal. 38.

Sæpè euenit vt minores culpæ præcedentium peccatorũm vindictam incurrant. Idem de Me. sac.

Prouidentia Dei gubernantur omnia, & quæ putatur pœna medicina est. Hier. in Epist.

Peccata nostra prælijs puniuntur barbarorum. Ibi.

Nõ est euadere pœnã præuenire sententiã. Cyp. in Ep

Quia impunitum nõ debet esse peccatum, puniatur a te ne tu pro illo puniaris, peccatum tuum iudicẽ te habeat, non patronum. Idem de vtil. pœnit.

Mitigat vim doloris, considerata æquitas ferientis. Græg. in Mor.

Homo ex culpa venit ad pœnam, ex pœna venit ad amorem. Græg. 11 Mor.

Peccatoris mens tanto altius tenebrescit, quanto minus damnum suæ cęcitatis intelligit, vnde diuino munere fit, vt flagella oculos delinquentis aperiant, quod inter vitia securitas cæcabat. Idẽ. 6. Mo.

Reproborum vita tanto sine flagello dimittitur, quãto ad nulla præmia seruatur. Idem. 12. Mor.

Mali tanto amplius in culpa proficiunt, quanto minus ex culpa feriuntur. Idem 15. Mor.

Desperatis quicquid poscunt donãt medici: sic Deo iniustis tẽporalia largitur. Idem 18. Mor.

Tantũ

Tantum quisq, patientius ferrum medici tolerat, quanto putridum sentit esse quod secat, 10 Mor.

Non vniformiter, sed secundum mensuram delictorum increpationes quoq, oportet inferri, sed diligenter aspicere eorum qui deliquerunt vires atq; propositum. Idem super Euang.

Nocentes vltero pœna sequitur. Ibidem

Ideo impatientes ad flagella Dei sumus, quia flagella tantum inspicimus, flagellorum causam inspicere nolumus, & si aliquando fortè inspicimus, causas quantum possumus extenuamus, flagella quantum valemus extollimus. Ibidem.

Quid miramur si peccatis nos Deus verberat, cum ipsi peccantes seruulos verberemus: iniusti iudices sumus, homunculos nos flagelari à Deo nolumus, cum ipsi conditionis sortisq; nostræ famulos frequentissime verberemus. Ibidem.

Vbi non est par culpa, non debet par procedere pœna. Bern. in Ep.

SERMO.

EX GRÆCIS.

QVI doceri vult linguam, is in multitudinem mittendus est: linguæ enim magister est populus. Plat. de Nat. Nom.

Quod bene dicitur, repetere non nocet Idē de leg.

Omnis sermo si breuior fuerit obscurat intellectum si longior difficilis erit retentioni. Arist. pol. 2.

Lingua

Lingua eadē, & optima, & pessima est. Idē ḡ of aud.

Mores boni approbant verba. Ibidem.

Quod facere institueris noli prædicare, nam si facere nequiueris rideberis. Plut.

Peculiare ingenij est elicere ex reb⁹ sermōes accommodatos. Diog. lib. 2.

Directa sermonum seca viam, nec duplex sis vir. Eurip. in ref.

Facinorum malorū sermones quoq; sunt cauēdi Ib.

Nulla est oratio quæ longa videatur, quando res ordine proferuntur. Ibidem.

Aut silere oportet, aut afferre meliora silentio. Stob.

EX LATINIS.

¶Eruditus sermo nō ostendit verum robura nimi, est enim oratio etiam timidissimis audax. Sen. Epist. 26.

Nunquam nimis dicitur, quod nunquam satis dicitur. Idem Epist. 27.

Sicut sapienti viro incessus modestior conuenit, ita oratio præsta, non audax. summa ergo summarū hæc erit: tardi loquum te esse iubeo. Idem Ep. 40.

Consuetudinem verborum vocabo consensum auditorū, sicut viuēdi cōsensum bonorū. Quint. li 1

Quidam & nimium dicunt, nec tamen totū. Idē. li. 5

Curam volo esse verborum, vitę autem solicitudinem. Idem lib. 8.

Ociosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio intelligit. Ibidem.

Vim reb⁹ aliquādo ipsa verborū humilitas affert. Ib

Verba

Verba honesta moribus perdidimus. Idem lib. 8
Sonis homines, vt æra tinnitu cognoscimus. Ibidē.
Etsi vtile est subito sæpè dicere, tamen illud vtilius est sumpto spatio ad cogitandum, paratus atq; accuratius dicere. Cice. 1. de Orat.
Quoties de nobis aut dicim⁹, aut loquimur, totiēs de nobis iudicatur. Idem. 1. de Orat.
Sepè grauius offendunt, qui aliena flagitia aperte dicūt, quā qui aperte cōmiserunt. Idem in Saluſt.
Nō tam copia quàm modus in dicendo est quærendus. Ibidem.
Difficilè est dictu quantopere cōciliet animos, comitas affabilitasq; sermonum. Idem 2. Offi.
Viue moribus præteritis, & vtere verbis præsentibus. Gel. lib. 1.
Melius ea verba pronunciat qui peperit. Idem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS:

In verbis amanda sunt vera, non verba. Aug. 4. de Doct. Chr.
Verbum scriptum non est verbum, sed verbi signū. Idem in Pr. Dial.
Lingua Dei spiritus sanctus est. Idē de Essent. diui.
Linguarū diuersitas hominē alienat ab homine. Ibi.
Lingua coērcita dies bonos affert. Idem de Ver. D.
Nihil aliud in verbis loquentium quæritur, nisi voluntas, propter quam enuntiandam, verba inuenta sunt. Idem lib. Quæst.
Diu considera quid loquendum est, & adhuc tacendi pro-

prouide, ne quid dixisse pœniteat. Tertul.
Praui sicut in sensu leues sunt, ita in locutione præcipites. Greg. 3. Mor.
Cum intentionem bonam locutio cauta non sequitur, ipsa pietatis propositio, in trāsgressionis vitiū vertitur. Idem. 5 Mor.
Bonum verbum per humilitatem dicēdum est, & beneficium per pietatem exhibendum. Ibidem.
Quod in genere dictum est, ad nullius contumeliam pertinet. Ibidem.
Bonus sermō secreta non quærit. Hier. in Ep.
Quicquid dicere volumus, ex ipsa prius sermonis nostri qualitate colligamus. Ibidem.
Loca in quibus vana & superflua dici debeant, inuenire non possum. Ibidem.
Est tempus quando nihil, & est tempus quando aliquid est dicendum, nullum vero tempus est quādo dicenda sint omnia. Ibidem.
Modus loquendi in tribus consistit, quo gestu, quo sono, qua significatione aliquid dicatur. Disciplina autem iubet vt loquentis sit sermo modestus & humilis, sonus dimissus & suauis, significatio verax & dulcis. Idem de Disc. Mon.
Quamuis vitam quis fide muniat, scientia regat, castitatē & sobrietate cōponat, nihil est quod in homine placeat, si in toto lingua displiceat. Val. ep.
Periculum est dicere non solum falsa, sed etiam vera, si ea non quibus oportet insinuat. Amb. sup psal.
Quam plures vidi loquēdo in peccatū incidisse, vix quem-

quemquam tacendo: adeo tacere quàm loqui difficilius est. Idem. 2. Offi.

Cæco lumẽ, surdo sermonem, sapientiam bruto offerre labor irritus est. Cypr. Epist. 4.

Narratio, sæpè doctrinæ loco est. Chry. Hom. 30.

Lingua dicitur, quia lingit adulando, mordet detrahendo, attrahit mentiendo. Hug.

Vox operis quá oris validior est. Ber. sup. cât. ser 19.

Lingua paruum membrum est, innumeras tamen contrahit sordes. Ibidem.

Lingua tenuis & lata, euacuandis cordibus aptum est instrumenum. Ibidem.

INTERROGATIO.

NEcesse est interrogantẽ interrogatum sequi quocunq; ducit. Plat. de San.

Qui litigatione interrogat, prauè disputat. Arist Top. 8.

Ad interrogationes multas, non est danda vna responsio. Idem Elench 2.

Cęci interrogatio est quærere, cur amẽtur quæ pulchra sunt. Ibidem.

Calumniatores conuincere oportet, interrogantes autem docere. Chrys super Matth.

Interrogando docemus alios. Aug. 1. de Magist.

RESPONSIO.

Non

NOn respondere rusticorum est. Plat. de Sciẽ. Ignorantia causa est respondendi varia, & non eadem. Idem de Nat. No.

Sapientibus responsi loco est silentium. Eurip.

Omnibus respondere seruile est, omnes despicere stulti. Idem de Poët.

Ego quandocũq; vel dicẽdo vel scribẽdo respõdeo, etiã cõtumelioſis criminationibus lacessitus, quãtum mihi dominus donat, frænatis atq; contritis vanæ indignationis aculeis, auditori, lectioniue consulẽs: non ago vt efficiar homine conuitiando superior, sed errorem conuincendo salubrior. Aug. cont. Pet.

Roganti tibi respondere non debeo, nisi volenti scire quod rogas. Idem lib. 1. de lib. Arbit.

Laudo quod & si tibi non fuit tanta respondendi facultas, permãsit tamen in corde tuo veritatis firma credulitas. Idem Ep. ad Don.

VTILITAS ET COMMODITAS.

VTilitas quauis ratione oblata repudianda nõ est, nisi pugnet cũ honestatẽ. Dem. 1. olynt. Multa speciem habent vtilitatis, sed vnum expedit. Ibidem.

Nihil tam vtile est, quod in transitu prosit. Senec. Epist. 2.

Non solum pietatis, sed etiam commoditatis est, aliquid de suo iure relaxare. Ambr. de Offic.

Qui inutilis est omnibus, sibi vtilis esse non potest. Ibidem.

DAMNVM.

EX GRÆCIS ET LATINIS

NOn facile est vt qui damna alijs inferunt, nõ patiantur. Plat. Epist. 8.

Damnum præstat turpi lucro. Stob. lib. 1.

Tunc demiq; homines nostra intelligimus bona, cũ quæ in nostra potestate habuimus, amisimus, Plaut. in capt.

Damnum est id perdidisse, quod si volueris emendũ est. Quint. Decl. 3.

Non tam iucundus bonorum cumulus est, quã molesta discessio. Cicer. Tusc. 2.

Male parta, male dilabuntur. Ibidem.

Semper grauior est, in paucitate iactura. Curt. lib. 4.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Non vocatur damnum, quod propter maius lucrũ dimittitur. Aug. de Mende.

Si diligenter consideremus, inueniemus illos maiora damna sustinere, qui faciunt, quàm qui sustinere videtur. Idem de Inno.

Quanto minor est in possessione commoditas, tãto minor est in amissione dolor. Greg. in Mor.

Damna parua, nõ nunquam magni lucri sunt causa. Idem. 3 Dialect.

VSVS ET CONSVETVDO.

EX

EX GRÆCIS ET LATINIS.

MVlta quæ naturaliter nõ sunt delectabilia, cum assuefacta sunt delectabilia fiunt. Arist. Ret. 1.

Consuetudo, altera natura est. Idem Phi. 2.

Optimam tibi viuendi formam elige, eam tibi iocũ dam reddet consuetudo. Plut.

Non tam durum est non accipere, quàm solitum nõ accipere. Volat.

Tardum est & rarum quod vsus docet, quicquid natura tradit, & æquale est, & statim. Sene. Epist. 123.

Inter causas malorum nostrorum est, quod viuimus ad exempla, nec ratione componimur, sed cõsuetudine abducimur. Idem Ep. 124.

Consuetudinis magna vis est, pernoctant venatores in niue, in mõtibus vri se patiuntur. Cic. 2. Tusc.

Consuetudo peccandi, maleficij remouet dubitationem. Idem ad Her.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Consuetudinis malo difficile resistitur, vnde Vehementius vidua quã virgo, & vehementius meretrix quam casta tentatur, & tanto amplius in ea superanda voluntas laborat, quãto ei maiores vires consuetudo dedit. Aug. 6. conf.

Consuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem catholicam nihil vsurpare dignoscitur. Ibidem.

Non est in rebus vitium, sed in vsu. Idẽ. 1. de lib. Arb.

Sicut iniqui male vtuntur bonis operibus Dei, sic & contra Deus bene vtitur malis operibus ini-

quorum. Idem ſuper Ioan.

Ipſa mutatio conſuetudinis, etiam quę vtilitate adiuuat, nouitate perturbat. Idem 1. de Ciuit. Dei.

A conſuetudine non eſt recedendum, niſi rationi aduerſetur. Idem, 2. Muſ.

Cõſuetudo cedat, veritate manifeſtata. Id. 6. de Bap.

Bona loquamur, tranſiet enim per conſuetudinem ſermo in affectum. Idem de Dec. Ioan.

Ad quancunque Eccleſiam veneritis, eius morem ſeruate, ſi pati ſcandalum aut facere non vultis. Aug. de Ieiu.

Ægre reprehendas, quod ſinis conſueſcere. Hiero. ad Lætam.

Conſuetudo ſine veritate, vetuſtas erroris eſt. Cyp. in ſerm.

Cępit eſſe licitum, quod cæpit eſſe publicum. Ibidẽ.

Conſuetudo contemptum affert. Chry. Hom. 34.

In ipſis abrenũciationis initijs, nõ ſine labore & violentia, & amaritudine virtutes operantur, cũ autem proficere cęperimus, ſine mœrore: vel certe cũ minimo mœrore in ipſis exercemur. Climac⁹.

Conſuetudo debitores facit. Bern.

Vſus facit virtutes, non natura, tuum eſt autẽ abutendo facere vitia, aut bene vtendo virtutes. Idem de Conſid.

LOCVS.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

Viri

Viri loca faciunt honorata, nõ loca viros. Plu. in Apoph.

Anguſtiæ, & incommoditas locorum rixas parit. Demoſt. in Arg.

Homini fœlicitatem locus nullus, ſicut nec virtutẽ, nec animi prędantiam aufert. Stob. lib. 2.

Quibus in locis calamitoſus aliquis fuit, ad iſtos accedere nequaquam audet. Ibidem.

Magis quis venerit, quàm quo venerit, intereſt. Senec. Ep. 28.

Omni loco bene viuere poſitum eſt. Ibidem.

Non tantum corpori, ſed etiam moribus ſaluber locus eligendus eſt. Idem Ep. 51.

Veteres inquilinos indulgentia loci, & conſuetudo etiam inter injurias detinet. Idem Ep. 71.

Apertiora ſunt ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum qui terras incolunt eas, in quibus aër ſit purus ac tenuis, quàm eorum qui vtuntur craſſo cœlo atq; concreto, quin etiam cibo quo vtaris intereſt ad mentis aciem. Cice. 3. de Nat. Deo.

Salubritas loci non incolarum colore detegitur, quoniam aſſueti in peſtilentibus durant.

EX SACRIS.

¶Locus iuſtorum, bona cõuerſatio eſt. Gre. in Reg.

Medius locus, tutus eſt. Ber. in Ep.

Caſtitas etiam loci abolet infamiam, non locus infamat caſtitatem. Ambr. de virg.

EX GRÆCIS.

VT ciuitas bene regatur, aut philosophos regnare oportet, aut reges philosophari. Plat. de Rep.

Quot mores hominum, totidem respub. Ibidem.

Ciuitas & libera, & prudẽs, & sibi amica sit. Id. de leg.

Melius est ciuitatem regi a viro optimo, quàm à lege optima. Arist. Pol. 3.

Non est idem bonus vir, & bonus ciuis. Ibidem.

Ciuitas non constat ex vna parte, sed ex multis, quarum vna fuit agricolæ, altera artifices manuales, alia negotiatores circa forum, alia mercenarij, vltima propugnatores: quod in ciuitate necesse est existere, si non vult inimicis seruire. Idem Pol. 4.

Bona fortuna est, ciues mediocrem substãtiam habere, quia per tales bene regitur ciuitas. Ibidem.

Optimus populus est, qui terrę colẽdę dedit⁹ est. Ib.

Optima mihi videtur ciuitas, in qua omnes nõ minus legem quam tyrannum timent. Plut.

Colonię in barbaras nationes ducendę sunt, vt nostræ inopię cõsulatur, & illę ad veram religionem & humanitatem perducantur. Demosth. in arg.

Coloniæ tametsi veteris coniunctionis oblitæ sunt, in periculis tamen ad metropolim, tanquam filij contumaces ad parentes confugiunt. Ibidem.

Melior status ciuitatis est, quę licet deterioribus, firmis tamen legibus vtitur, quàm illius quæ bonis quidem: sed irritis. Stob. libr. 2.

Si ciues obediant magistratibus, magistratus autem legibus, ciuitas in optimo statu est. Ibidem.

EX

EX LATINIS.

¶Proprium est ciuitatis vt sit libera, & non solicita suę cuiusq; rei custodia. Cicer. 2. Offi.

Respub. nomen vniuersę ciuitatis est, pro qua mori, & cui nos totos dare, & in qua omnia nostra bona ponere debemus. Idem. 2. Leg.

Duabus rebus continetur Respub. pręmio & pœna. Idem ad Brut.

Necesse est in Repub. vt plus in ea valeat, qui plus sapit, pareat qui minus. Ibidem.

Nulla prouincia est, quæ non peritos & ingenioſos viros habeat. Plin. lib. 8.

Si incolæ bene morati sunt, bene munitum est oppidum. Plaut. in Perſ.

Fortuna vrbis, vrbem tutatur. Liui. 1. Dec. 2.

Nulla magna ciuitas quiescere diu potest, si hostem foris non inuenit, domi quęrit. Ibidem.

Respub. incolumis, res priuatas seruat. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

In bene ordinata ciuitate, etiam carnifex suum locũ habet. Aug. 1. de Ord.

In ciuitate idem cõcordia est, quod harmonia in musica. Idem 2. de Ciuit. Dei.

Tunc totum Reipub. corpus, roboris sui integritate vigebit, & suę compositionis specie venustabitur, si singula quęq; locum teneant sortita decenter, si fuerit officiorum non confusio, sed distributio. Greg in Mor.

Vnaquæq; ciuitas ac prouintia suos habet mores, suos sensus, qui tolli subito sine perturbatione rerum non possunt. Apud Platinã.

Multo glorioſius est ciuitates condere, quam euertere. Ibidem.

AGER ET AGRICVLTVRA.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

AGricolæ magis appetunt lucrum quàm honorem, & ideo delectabilius est illis laborare, quàm dominari. Arist. Pol. 3.

Ignauæ sunt ad agros colendos, manus bene educatę. Eurip. in Thes.

Agricola semper in proximum annum diues est. Ib.

Agricultura infinita res est, & nunq; absoluitur. Ibi.

Vita rustica, maximè disiuncta est cupiditati, & cũ officio coniuncta, & parsimonię, deligentię, & iustitię magistra. Cicer.

Malus est ager, cũ quo dominus luctatur. Plin. li. 18.

Fallũtur qui segnitiem prioris domini, pro emptore agri esse arbitrantur, nihil enim est damnosius deserto agro. scito itaq; de bono dño potius emendum, nec contemnendã alienam disciplinã. Ibidẽ.

Agricolam vendacem esse oportet, nõ emacẽ. Ibidẽ.

Frons dñi plus agro cõfert, quàm occipitium. Ibid.

Minime inuidiosi, minimeq; mala cogitantes sunt qui in agro occupatissimi sunt. Cat. de Re. Rust.

Res rustica sic est, si vnam rem sero feceris, omnia sero

ro facies. Ibidem.

Villicus primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. Ibidem.

Vtilior ager est, qui salubrior. Var. de Re. Rust.

Procul est quod pleriq; crediderunt, facilimã esse, & nullius acuminis rusticitatem. Ibidem.

In agricultura voluntas facultasq; sine scientia magnam domino affert iacturam, quia plerumq; domino imprudenter facta frustrantur impensas. Col. de re. rust.

Pessime mulctatur ager, cuius dominus quid faciendum sit, non docet, sed audit villicum. Ibidem.

Non maior quam calculorũ ratio exigit, ager emendus est. Ibidem.

Imbecillior ager, quàm agricola esse debet. Ibidem.

Emendus est ager, quo potiamur, non quo oneremur. Ibidem.

In prima adolescentia agrum conferre oportet. Ibi.

Pater familias comitẽ se agat cum colonis, & facilẽ se præbeat. Ibidem.

Dominus non in vnaquaq; re, cui colonum obligauerit, tenax sui iuris esse debet. Ibidem.

Res mala est, frequens locatio fundi, peior tamen vrbanus colonus, qui per familiã mauult agrũ, q̃ per se colere, ab huiusmodi enim homine pro mercede lis redditur. Ibidem.

Nonnunquam cum operarijs iocetur dominus, & aliquid eis iocari permittat. Ibidem.

Nihil est aliud colere, quàm fouere & fermentare

teram. Ibidem.

Nõ fatigatiõe quẽadmodũ multi credidere, nec ſenio ſed nr̃a inertia minus benigne arua reſpondẽt. Ib.

Seu ſponte, ſeu quolibet caſu deſtituta humus, cum eſt repetita, magno fœnore ceſſationis colono reſpondet. Ibidem.

Celeriter locupletari põt qui bene paſcit, vel etiã qui mediocriter paſcit, vel etiã qui male paſcit. Id. li. 6.

Sæpẽ hyemis ac frigoris ſæuitia paſtorẽ decipit. Ibi.

Villicus ſomni & vini ſit obſeruantiſsimus, vtraque enim ſunt diligentiæ inimiciſsima. Ibidem.

Villicus, operariorũ magiſter ſit, nõ diſcipulus. Ibi.

Satis prouidus erit agricola, cui licebit ante multos dies ſuſpecta cauere tempora. Ibidem.

Villicus hortorum quoq; curam ſuſcipiat, vt quotidiani victus leuet ſumptum, & aduenienti domino prębeat inemptas ruris dapes.

DOMVS ET ÆDIFICIVM.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

OPtima domus eſt, in qua talẽ ſe pręſtat dominus, qualem foris leges cogunt. Ariſt. Pol. 1.

Prius quã domo quis exeat, q̃d acturus ſit ſecũ pertractet, cũ redierit q̃d egerit recogitet. Diog. li. 2.

Inops conſilij eſt calamitoſa domus. Eurip.

Facilius eſt deſtruere, quã conſtruere. Ariſt. Pol. 6.

Ædificant homines vt immortales, obſonant vt parum victuri. Ibidem.

Optimè

Optimè conſtituta eſt domus, in qua ſuperfluum nihil abundet, & neceſſarium nihil deſit. Stob. lib. 2.

Domus ſine nuptijs manca eſt. Ibidem.

Non domus dominum, ſed dominus domum exornat. Cicer. 2. de Diuin.

Domũ paternã vendere, aliquid infamiæ habet. Ib.

In re familiari laborioſior eſt negligentia, quã diligentia. Idem lib. 12.

Quod inchoatur ędificium, vt in ſalubri loco, ita in ſaluberrima parte regionis debet conſtitui. Ibidẽ.

ABSENTIA ET PEREGRINATIO.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

QVibus domi nihil dulce eſt, iocunda eſt peregrinatio. Plut. de Pol.

Peregrinus vir iuſtus, non modo ciue, ſed & cognato præferendus eſt. Stob. libr. 2.

Peregrini, Deo curę ſunt. Ibidem.

Diſtantia loci, non ſeparat amicitiam, ſed operationem. Ariſt. Eth. 8.

Peregrinantibus hoc euenit, vt multa hoſpitia habeant, nullas amicitias. Senec. Epiſt. 2.

Tutiſsimum iter eſt, quod ſuſpectiſsimũ. Id. Ep. 60.

Peregrinantibus gratum eſt etiam de minimis quæ domi fiunt, fieri certiores. Ibidem.

In externis locis, minor eſt ad facinus verecundia, Cice. ad Marc.

Externa vt authoritatis minus habent, ſic aliquid gra-

gratæ veritatis afferre videtur. Max.lib.1.

Peregrinis succurrens, paria obtinebit aliquando. Pub.Mim.

Cum improbo non facias iter. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Cui peregrinatio dulcis est, non amat patriam, cui dulcis est patria, amara est peregrinatio. Aug. super Psalm.

Peregrinos suscipiendo, sæpè Christus suscipitur. Idem serm. 6. de temp.

Delectatione & spiritu iunguntur absentes. Cypr. libr. 3.

Nemo tam libenter peregrino miseretur & aduenæ, quàm qui peregrinationis exitus nouit. Ibidem.

PATRIA ET VICINITAS.

EX GRÆCIS.

NOn sufficit patriam, parentes, & ciues amauisse, sed amare. Plut.

Quibusdam est patria dedecori, quidam sunt patriæ dedecori. Diog. lib.1.

Nemo glorietur quod magnæ vrbis ciuis sit, sed qđ dignus sit magna & illustri patria. Ibidem.

Sic erga patriam ingratam, vt erga matrem nos gerere debemus. Stob. libr. 4.

Si claudo vicinus ambulaueris, & ipse claudus ambulare disces. Ibidem.

Nihil

Nihil tuarum rerum facile peribit, si habeas vicinũ bonũ, qui statim in periculo succurrere soleat. Ibi.

Ipsa vicinitas, lites & controuersias, & bella parit. Demost. 1. Olynt.

Vicini in fame alendi sunt. Ibidem.

Prędium vendês Themistocles, proclamari iussit, bonum quoq; vicinum habet. Idem.

EX LATINIS.

¶Patriã tuam mundum existima! Sene. de vit. beat.

Graue est patriam perdere, grauius timere, grauissimum vtrunque. Ibidem.

Malo à ciue spoliari, quã ab hoste veniri. Quin. li. 10.

Patria est, vbicunq; bene est. Cicer. 5. Tusc.

Bono viro non minori curæ esse debet, qualis post mortem suam patria futura sit, quàm qualis hodie sit. Idem in Lel.

Nõ potest cognatio vlla esse proprior, quàm patria. Idem de Orat.

Quoniam sunt omnia cõmoda à patria accepta, nullum incommodum pro patria graue putandum est. Ibidem.

Sapientis est carere patria, & durinõ desiderare. Idẽ ad Marc.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS

¶Bonis nullis finis est cõsulendę patrię. Aug. ep. 12.

Vicinum corrigere, illũ amare est. Idẽ per Euãg.

Interdum expedit patriam negligere, vt sapientiam quis possit acquirere. Casiod. in Ep.

Delica-

Delicatus eſt adhuc cui patria dulcis eſt, fortis autẽ cui iam omne ſolum patria eſt, perfectus autẽ cui mundus exilium eſt. Hug. Didaſc. 3.

EXILIVM.

PRiuari patriâ, magnum malum eſt, & maius re, quam ſermone. Eurip. in Ph.

Maximum exilij malum eſt, carere libertate loquendi. Ibidem.

Spes paſcunt exules. Ibidem.

Exilij nulla iactura eſt, niſi cũ impũbis habitetur. Ib.

Exules multi ditati ſunt. Ibidem.

Oês ſcelerati & impij quos leges in exilio afficivolũt, exules ſunt, & ſi ſolũ non mutẽt. Cic. pro Mil.

Exilium terribilis eſt ijs, quibus quaſi circũſcriptus eſt habitandi locus, non ijs qui omnem orbẽ terrarum vnam vrbem eſſe dicunt. Ibidem.

CAVTELA.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

QVi a captione tutus eſſe vult, à cautela ſummopere caueat. Ariſt.

Solertia, animi celeritas eſt, nõ tarditas. Plat. de tẽp.

Quoquis verſutior eſt, & callidior, hoc inuidior & ſuſpectior detracta opinione bonitatis. Cic. 2. Of.

Scientia quæ à iuſtitia remota eſt, calliditas potius quã ſcientia dicenda eſt. Ibidem.

Eſto

Eſto alieno periculo cautior. Idem.

Quiſquis ferrum præparat neci, ſic illud habet vt poſsit ſuum negare. Quint. Decl. 1.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Omnes ſumus in minimis cauti, in maximis negligentes: hoc ita fit, quia ubi vera vita ſit, ignoramus. Hiero. in Epiſt.

Solus in illicitis non cadit, qui ſe aliquando & à licitis cautè reſtringit. Gregor. 15 Mor.

Cæcum eſt humanum genus, & ſi enim futura præuidet, non tamen vt decet ſibi cauet. Ibidem.

Tanto debemus cautius ambulare, quanto ſcimus nos inter Dei inimicos ambulare. Idem in Reg.

Cõtra aduerſariũ maiori fortitudine & cautela opus eſt ab ea parte, vnde cõſtat acrior pugna. Ber. in Ep.

Quod facile ſanatur non multum cauetur. Idem ſuper pſal.

NATVRA.

EX GRÆCIS.

IN natura nihil eſt ſuperfluum. Ariſt. Ph. 2.

Natura agit propter finem. Ibidem.

Natura non deficit in neceſſarijs, nec abundat in ſuperfluis. Idem de Anim. lib. 3.

Natura conſtituit rem nobiliorem in loco nobiliori, vt cor in medio. Ibid. lib. 12.

Natura eſt perinde ac prudens pater familias & rector. Ibidem.

Boni

Boni aut mali natura non efficimur. Idem Eth. 1.
Facilius mutamus consuetudinem, quam naturam. Idem Eth. 8.
Natura maximè appetit delectabile, & fugit triste. Ibidem.
Naturę operatio, fortuna non indiget. Plut. de Fort. Alex.
Ingens naturę vis est, malum enim hominem, nemo bene educando bonum reddit. Stob. lib. 2.

EX LATINIS.

¶Rem facillimam, secundum naturam viuere, difficilē facit communis insania, in vitia alter alterum trudimus. Senec. Ep. 4.
Non desiderabis artifices, si naturam fueris sequutus. dem Ep. 91.
Æquius est nos parere naturæ, quā naturam nobis. Ibidem.
Satis natura homini dedit roboris, si illo vtamur, si vires nostras colligamus, ac totas pro nobis, certe non contra nos concitemus. Ibidem.
Similis est ars plerumq; naturę. Quint. lib 8.
Multis signis natura declarat quid velit, obsurdescimus tamen nos eo modo, vt nec quæ ab ea monetur audimus. Cicer.
Homo naturę obediens, homini nocere non potest. Idem. 3. Offic.
Nihil est aliud naturæ repugnare, quàm gigantium more pugnare cum dijs. Cato. apud Cicer.
Omnis natura est diligēs & cōseruatrix sui. Id. 5 dfin.

Diligen

Diligentissime considerādum est illis qui instituūt alios, quo sua quemq; natura ducat. Idem. 3. Deor.
Multi sine doctrina naturam ipsam secuti, laudabilia multa fecerunt. Ibidem.
Meliora sunt, quæ natura, quam quæ arte perfecta sunt. Ibidem.
Prima pietatis magistra ipsa natura est. Ibidem.
In alio sua quemq; natura delectat. Plin. in Pan.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Naturaliter multa fiunt, quorum ratio nos latet. Aug. 21. de Ciuit. Dei.
Natura rei cuiusq; Dei est voluntas. Ibidem.
Natura peccauit, homine peccante. Idē cont. Pet.
Vince naturam diligentia, exclude corporis somnū: naturam nobis formare non possumus, possumus diligentiam. Amb. de Ioseph.
Natura rei, veritatis & verecundiæ magistra est. Ib.
Vsus cito naturam mutat. Ibidem.
Natura ipsa legis instar est. Tert.
Quæcunq; ad naturæ ductum fiunt, plerumq; bene succedunt. Nazianz.
Quicquid in hac mortalitate patimur, ex infirmitate naturæ est. Greg in Reg.
Naturæ industria nunquam in nobis dormitet, grāde profecto in nobis naturæ donum, ipsa natura est. Bern. super Cant. ser. 83.
Omnis quippe natura, vel Deus, est quæ nullum habet auctorem: vel ex Deo est, quia illum habet

Rr auctō,

auctorem. Idem. 2. de Ord.

Dubium non est contra naturam esse omne vitiũ, etiam eius rei cuius est vitium. Ibidem.

Quia humanæ naturæ ramus putruit in radice, ideo in conditionis suæ ariditate non subsistit. Ibidẽ.

GENERATIO ET EDVCATIO.

EX GRÆCIS ET LATINIS.

GEneratio vnius, est corruptio alterius. Arist. de Gen.

Spõtanea molestia est, filiorũ procreatio. Ibi.

Gignere debemus & educare liberos, vitam ceu lampadem alijs post alios tradendo. Stob. lib. 2.

Ne gignas liberos dijs inuitis. Ibidem.

Adhortor oẽs homines vt ex bonis viris, bonos liberos gignãt, sic enim nũquã malus euẽtus erit. Ibi.

Suscepta proles, ad temperantiã maximè mouet. Ib.

Homines naturaliter valde pĩgues parũ generãt. Ib.

Homo generat ante terseptimum annum, sed debilem & imperfectum. Ibidem.

Fœlix proles, quæ efficit vt generasse iuuet, & generare libeat. Max. lib. 4.

Ex pessimo genere, ne catulus quidem habendus est. Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

Creauit Deus hominẽ, & illi dedit fertilitatẽ quãdã qua homines alios ppagaret, cõgenerãs eis ipsam pro

ppagãdi possibilitatẽ, nõ necessitatẽ. Aug. 12. de C. D.

Filios malos generando, parentes non sunt in culpa. Idem contr. Iul.

Solent seri partus, vel ob hoc esse gratiores, quod nihil postea speratur.

Si hominibus lætum & glorioſum est filios habere cõsimiles, quanto magis in Deo patre lętitia erit, cum sic aliquis spiritualiter nascitur, vt ex actibus eius diuina generatio prędicetur. Cyp. de Inuid.

FERTILITAS ET ABVNDANTIA.

QVicquid fuerit abundantius & maius quàm necesse est, malum est. Plat.

Ad maturitatẽ nõ puenit nimia fęcũditas. Sen. ep. 39.

Fertilitatis causa, cura est. Ibidem.

Fecũda minus sunt, quę maiora sunt corpore. Id. li. 10.

Fertilitas terrarum non calori solis, sed diuinæ misericordiæ est adscribenda. Amb. in Hex.

Abundantia temporalium, ęternorum facit obliuionem. Bern. de Aduen. Dom.

PARENTES.

EX GRÆCIS.

PRæces parentum aduersus liberos sæpè audiũtur. Plat. de Leg.

Matres plus diligũt filios, quàm patres. Arist. Eth. 1.

Quicquid deest, quod à filijs speramus, natura to-ſ ſibi vendicat. Plut.

Cum paupertatem maximum malum confiteamur, haud aliter ac grauem & difficilem morbum liberis tradere formidamus. Ibidem.

Quæcunq; parentibus stipendia intuleris, eadem ip-ſe à filijs expecta. Diog. lib. 2.

Filium ben euolentia patris meliorem facit. Ibidē.

EX LATINIS.

¶Nato filio, pater de illo optimam spem habeat. ita diligentior à principijs fiet. Quint. lib. 1.

Miserrimus est pater, quisquis inducit filio nouercam. Idem Dec. 1.

Nemo vnquam pro filijs plus dedit, quàm qui sibi nihil reliquit. Idem Decl. 5.

Diuersitas parentū, de filiorū procedit moribus. Ibi.

Filium expectare morientem, longa prœsentia est. Idem Decl. 7.

Nullum est nomen amantius indulgentius q̄, quam maternum. Cic. pro Cluen.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Amādus est generator, sed præponēd⁹ est creator: facite gradus, & quodcunq; debetur restituite. non lite autem maiora minoribus subdere, amare parētes, sed parētibus præponite Deū Aug. de ver. D.

Opera diuina facienti, parētum affectus obstrepere non debent. Idem cont. Man.

Amorē parentū, vxoris & filiorū, Christus nō abstu-

lit

lit, sed ordinauit: non dixit qui amat, sed qui amat super me non est me dignus. Idem de Am. D.

Membra humana cognosco, non curo per quem fuerint seminata, sed à quo creata. Idem ad Cres.

Primus gradus pietatis est iste, vt quos authores sibi voluit esse Deus, honores obsequijs, abstineas contumelijs, nec vultu lędenda est pietas parentum. Ambr. super Matth.

Si necessitas venerit, vt amor parētum vel filiorum amore Dei comparetur, & non possit vtrumque seruari, odium in suos, pietas in Deum seruanda est. Hier. super Matth.

Hostē in se nutrit, q̄ filio nimis indulget. Apū Platin.

FILIVS.

EX GRÆCIS.

Quales filij, talis domus gubernatio. Plat. de Fort.

Quorsum ruitis homines, qui omnem in comparandis pecunijs vestrum studiū facitis, filiorum vero quibus hæc relinquitis, nullam curam suscipitis! Plut. de Educ. lib.

Filij mares columnæ sunt familiæ. Eurip. in Taur.

Vnum fortasse inter multos inuenies, qui nō sit deterior patre. Idem in Heracl.

Filios cum videmus, nouum lumen videmus. Ibid.

Sufficiens liberorum numerus est, mas & fœmina. Plat. de Leg. lib. 1.

Nihil tam honorificum est filijs, quàm bono & honesto genitore esse natos. Ibidem.

Probi atq; honesti filij, sermone breui apud patres vtuntur. Ibidem.

Filius bonus, bonus ciuis est. Ibidem.

EX LATINIS.

¶Filius parentis diuitias in conspectu habeat, non in vsu. Senec. de ira D.

Parentibus liberi non prestant alimenta, sed reddũt. Quint. Dec. 1.

Non habent discrimen liberi, nisi in calamitate. Ibi.

Hic solus affectus maior est, quàm filios amare, filijs misereri. Ibidem.

Vt quisq; vult filium esse, ita est. Ibidem.

Nulli liberi impatientius desiderantur, quàm qui propter patrem videntur occisi. Idem Decl. 8.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶In ea re sola filius non tenetur obedire patri, si aliquid pater ipsius iusserit contra dominum Deum ipsius: nec enim debet ii asci pater quãdo ei prepo nitur Deus. vbi autem hoc iuber pater, quod contra Deũ non sit, sic audiendus est quomodo deus: quia obedire patri iussit Deus. Aug. super ps. 70.

Tibi sunt filij quos forte Anna non habuit, nec ideo laudãda es quia eos habes, sed quia eos piè educare studes: vt enim tibi nascerẽtur fœcũditatis est, vt viuant fœlicitatis est, vt autẽ sic instituantur voluntatis ac potestatis: in illis te homines gratulentur, in hoc te imitentur. Idem de sanct. vid.

Iustius est vt in te glorientur parẽtes, quàm tu in parentibus. Chrysost. de vit. ru.

Filius patris iniquitatem imitans, patris pœnas in hac vita persoluet. Greg. in Mor.

Qui parentes laudat, filios prouocat. Cypr. in Epist.

Filiorum numerus, liberalitatem minuit. Ibidem.

Filij considerare debẽt, quod ipsi futuri sunt aliquãdo patres, vt & ipsi obediant patribus. Ambr. super Epist. ad Thessal.

PVERITIA.

EX GRÆCIS.

PVeris pulchra nomina sunt imponenda. Plat. de Scien.

Pueri à primis annis, armis & honestis iocis assuefaciendi sunt, & ad expectandas pugnas ducẽdi. Idem de Rep.

Liberalibus pueris maiorem cõmoditatem laudes & vituperia, q̃ verbera afferunt. Plut. de lib. Educ.

A continuis laboribus, danda est pueris quædam respiratio. Ibidem.

Puerorum desiderijs remittendæ sunt aliquando habenæ, quandoq; rursus intendendæ. Ibidem.

Ea pueri discant, quibus senes sunt vsuri. Idem in Apophteg.

Tria sunt pueris necessaria, ingenium, exercitium, & disciplina. Diog. lib. 5.

Mens puerilis dolorem nescit. Ibidem.

EX LATINIS

¶ Minora faciljus minores percipiunt. Quint lib. 1.

Ad virile robur, per pueritiam iter est. Idem Decl. 3.

Re inquendum est pueris in ingenio, quod dies atq; ætas mitificet. Gel. lib. 3.

Non tantum celerius, sed etiam perfectius imbuuntur, quæ à pueris discuntur. Veget. li. 1.

Nescire quod antea quam natus sis factum sit, hoc est esse semper puerum. Cice. ad Brut.

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu. Horat.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Habet illa ætas magnum testimonij pondus, quòd prima pro Christo meruit sanguinem fundere. August. super Gen.

In modico sapientiæ sermone, plus laudatur rusticus, quam philosophus. & puer si aliquid dixerit sapienter, laudatur, vbi perfectior non auditur. Chrys. super Matth.

Ætates quædam sunt meritorum, nam & senectus annorum inuenitur in pueris, & innocentia infantium inuenitur in senibus. Ambr. de Offi.

Pueri vocabulum non tantum ætatis, sed conditionis est. Idem de Abrah.

Puerorũ ore nonnunquá Deus loquitur Cyp. 3. Ep.

Quantumcunq; de vêtris angustijs ad latitudinem, de tenebris ad lucem procedat, plorare potest in-

fans, ridere non potest. Ibidem.

ADOLESCENTIA.

EX GRÆCIS.

IVuenis non potest esse sapiens, quia prudentia requirit experientiam, quæ indiget tempore. Arist. Eth. 6.

Potentia est in iunioribus, sapientia autem in senib⁹. Idem Polit. 7.

Ama iuuenis pulchrè quid agere, senex vero sentire. Demetr.

Enitendum est, vt qui iuuenes libidinibus succumbunt, & increpationibus rebelles sunt, connubio iũgantur; hoc etenim est firmissimum iuuentutis vinculum. Ibidem.

Iuuenis ambitiosus, præcox est malitia. Ibidem.

Difficile est aliquid de iuuenibus diuinare, est enim ætas sine scopo, multis mutationibus obnoxia, & alias aliorsum rapitur. Theoph.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶ Iuuentus & senium, simul possunt esse in animo. Augustin. 1. Rhetor.

Adolescens ita seruiat, vt ei dominari pudeat, ita dominetur, vt ei seruire delectet. Ibidem.

Adolescentis rara pietas est. Chry. de vit. Mon.

Adolescẽtia otiosa, ồni bestia imanior ẽ. Id. sup Mat.

Iuuentus neglecta, ſylueſcit. Ibidem.

Ferarum morſus, ornamenta ſunt iuuẽtutis. Tert.

Sicut in equis ferocioribus, ita interdũ ex adoleſcẽtũ vitijs, ꝓclara virtutũ indoles deprehẽditur. Ib.

Sicut in ſenibus ſobrietas, & perfectio morum requiritur, ita in adoleſcẽtibus, obſequium & ſubiectio rite debetur. Cypr de. 12. Abuſ.

Iuuentus quæ ſine fructu præterijt, ſaltem in ſenectute reſipiſcat. Greg. ſuper Euang.

Hoc eſt profecto difficillimum regnãdi genus, exercere iuuentutem in ſuis ſenſibus principatum, rarum omnino bonum eſt, dominum triũphare de moribus, & hoc cõſequi in florida ætate, quod vix in ſenectute conſequitur. Caſiod. ſuper pſal.

SENECTVS.

EX GRÆCIS.

HOminem ſeneſcere, via eſt in corruptionem. Ariſt. Pol. 1.

Mors ſenũ ſine triſtitia eſt, nullo enim dolore eis contingente moriuntur. Idem de long. vit.

Animalia multum coëuntia, cito ſeneſcunt. Ibidem.

Senectutis beneficiũ eſt, libertas. Plut. de cup. diuit.

Cum cætera omnia ſenectute minuantur, ſola ſapiẽtia ſenectute creſcit. Idem de Educ. lib.

Qui ſponte à voluptate recedit, ſapiens eſt: qui vero ipſam prorſus non deſiderat, beatus eſt. ſenectus autẽ vtriq; iſtorũ idonea eſt: nã & prudẽtiores homines & voluptatũ negligẽtiores facit. Stob. li. 2.

Senium omnimoda imperfectio eſt: omnia habet, & omnibus indiget. Ibidem.

Non eſt grauis ſapientum ſenecta, quorum mens dĩ uina luce nutrita eſt. Ibidem.

Miſera in vita res eſt, ſenex egenus. Diog. libr. 4.

Omnium malorum portus ſenectus eſt, ad illam ſiquidem omnia mala confugiunt. Ibidem.

Multis iuuenibus vnus ſenex, ſi fuerit animoſus melior eſt. Ibidem.

Seni patri nihil ſuauius filia eſt, filiorũ enim maiores ſunt animi, & ad blanditias minus apti. Ibidem.

Moleſtus vir eſt, inter iuuenes ſenex. Ibidem.

Senex amator, extrema mala fortuna eſt. Ibidem.

EX LATINIS.

¶Plena eſt voluptatis ſenectus, ſi illa ſcias vti; dices: moleſtũ eſt mortem ante oculos habere. iſta tã iuueni quã ſeni ante oculos eſſe debet. Sene. Ep. 12.

Nihil eſt turpius ſene viuere incipiẽte. Idem Ep. 13.

Satis multũm temporis ſparſimus, incipiamus in ſenectute vala colligere: in freto viximus, in portu moriamur. Idem Epiſt. 19.

Si vis ſenem agere, & implere vitã, non annis adijciẽdũ, ſed voluptatibus detrahendum eſt. Id. Ep. 20.

Frugalitas producere ſenectutem poteſt. Id. Ep. 59.

Eadẽ volumus ſenes, quę voluim⁹ pueri. Id. Ep. 62.

Ante ſenectutem curaui vt bene viuerem, in ſenectute autem curaui vt bene moriar: bene autẽ mori, eſt libenter mori. Ibidem.

Sene-

Senectus insanabilis morbus est. Idem Epist. 109.

Misera est senectus, quæ se tantum oratione defendit. Cato maior.

Senibus labores corporis sunt minuendi, exercitationes autem animi augendæ. Cicer. 3 Offi.

Auaritia senilis vituperãda est, maximè. potest enim quicquã esse absurdius, quàm quo minus vitæ restat, eo plus viatici quærere? Ibidem.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶In iuuẽtute speratur senectus: vtrum cõtingat incertum est, est tamẽ quod speretur: senectus autẽ aliam ætatem, quam speret non habet, incertum est quandiu ipsa senectus sit homini, certum tamen nullam ætatem remanere, quæ possit succedere senectuti. August. in ser. quod.

Sit senectus vestra puerilis, & puericia senilis, id est, nec sapientia vestra sit cum superbia, nec humilitas sine sapientia. Idem super psal. 112.

Senum sermo non solum sit grauis, sed etiam breuis. Ibidem.

Cum cuncta vitia in sene conseneſcant, sola auaritia iuuenescit. Ibidem.

Etiam si senes magis decet docere quam discere, magis tamen decet discere quam ignorare. Idem super Epist. ad Heb.

Nemo tam fractis viribus, & decrepitæ ætatis est, qui non putet se adhuc vnum annum esse victurum. Hier. in Ep.

Sene-

Senectus non facit laudabilem. Ibidem.

Vt æqualiũ vsus, ita senũ dulcior est. Amb. in Hex.

Quæ pueri suscepimus, senes posteris relinquamus. Ibidem.

Erubescat senectus, quę se emendare non põt. Ibidẽ.

Quid naturam incusas homo? habet illa impedimenta quædam, senectutem & infirmitatem: sed senectus ipsa in bonis moribus dulcior est, in consilijs subtilior, ad constantiam mortis promptior, ad reprimendas libidines fortior, infirmitas corporis, sobrietas mentis est. Ibid.

Inter abusiones huius seculi, sola maior est, senis obstinatio. Hug. de Clauſ. Anim.

Nihil est quod senectuti magis noceat, & dies hominis abbreuiet, quàm tristitia. nihil est hilari senectute iucundius. Casiod. in Epist.

Iusti senes, peccata adolescentiæ formidant. Greg. in Mor.

Senibus mors est in ianuis, iuuenibus autem in insidijs. Bern. in Epist.

TEMPVS, ET ÆTAS.

EX GRÆCIS.

FIniti ad infinitũ nulla est ꝓportio. Arist. Phi. 8.

Instans est principium futuri, & finis præteriti. Ibidem.

Sapientissimum omnium tempus est, inuenit enim omnia

omnia. Plut. in Apophteg.

Insipientes bona quoq; præsentia transmittunt, vnde ad futurum vergunt intentissimæ eorum curæ, prudentes contra ad recordationem reducunt in rem præsentem, vel ea quæ iam non sunt, instare etiam atq; adesse faciunt. Ibidem.

Nullum tempus est intempestiuum ad animæ sanitatem. Diog. lib. 10.

Tempus legibus potentius est. Ibidem.

Præsens apud te necessaria meditare, ne præsens absis. Stob. lib. 4.

Factum quod est, nouit & stultus. Homer. Iliad. 28.

Ad melius verte futurum, quodcunque accidit. Eurip. in Her.

EX LATINIS.

¶Quem mihi dabis, qui aliquod pretium tempori ponat? qui diem æstimet? qui intelligat se quotidie mori? Sene. Epist. 1.

Omnia aliena sunt, tempus tantum nostrum est. Ib.

Punctum est quod viuimus, & adhuc pũcto minus. Idem Ep. 49.

Infirmæ terrenæque mentis est, numerare annos. Quint. Dec. 4.

Sensim sine sensu ætas senescit, nec subitò frangitur, sed diuturnitate extinguitur. Ibidem.

Quæ potest esse in vita iucunditas, cum dies ac noctes cogitandum sit, iam iam esse moriendum. Idem Tusc. 1.

Sæpè vtile est nescire quod futurum est, miserum est enim

enim nihil proficientem angi. Idem 3. de Nat. D.

Nunc satis est placuisse paucis, posteriora æquiora sunt iuditia. Ibidem.

Ex præterito possunt futura deprehendi. Plin. lib. 1.

Præterita non præterijsse impossibile est. Ibidem.

Dies alius de alio iudicat. Ibidem.

Alijs tempora desunt, alij temporibus super sunt. Max. libr. 6.

Tanto breuius omne, quanto fœlicius tempus. Pli. libr. 8.

Quod fieri debet de proximo, habetur pro facto. Apud Iurisconsul.

Præterita magis reprehẽdi, q̃ corrigi possunt. Ibid.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶In toto seculo generis humani primum tẽpus est ante legem; secundum sub lege: tertium sub gratia: quartum in pace. Aug. Quæst. 83.

Homini crescenti non adduntur, sed subtrahuntur anni. Idem super psal. 65.

Tempus species mensuræ est, & tempora transeunt, vt veniat mensurę promissio. Ibidem.

Ne dicas meliora fuerunt tẽpora q̃ nunc sunt: virtutes faciũt dies bonos, vitia malos. Hier. su. eccl. li. 2

Ne nimium operis consumas in rebus leuissimis, fugax est ætas, & vitrea res valetudo: non quibuslibet est impendenda, quædam despitienda sunt, & animus ad magna erigendus. Idem.

NOVITAS.

Sapienti

NOVITAS.

Sapienti nihil nouum aut peregrinũ est Diog. libr. 6.

Magna pars mali, apud imperitos, nouitas est. Sene Epist 77.

Superuacũus foret in studijs labor longus, si nihil liceret melius inuenire præteritis. Quint. lib. 3.

Nihil est simul inuentum & perfectum. Cecer. de Clar. Orat.

Eũetus varios res noua semper habet. Ouid. 3. de Põt.

Nouũ omne & incognitũ qđ est, suspectũ est Tert.

Gratiam conciliat nouitas Ibidem.

Nouum factũ, nouum consiliũ expetit. Apud Iurisc.

Nouitas contra Ecclesiæ ritum mihi non placet, mater est enim nouitas temeritatis, soror superstitionis, leuitatis filia. Bernard. in Epist.

ANTIQVITAS.

Multa egerunt, qui ante nos fuerunt, sed nõ peregerunt. Senec. Epist. 65.

Exempla ex veteri memoria ac monumẽtis, plena dignitatis, plena antiquitatis, plurimũ solent & authoritatis habere ad probandum, & iocunditatis ad audiendum. Cic. in Verr.

Multo plura reperiuntur apud veteres, quæ nobis probãda sunt, q̃ quæ repudianda. Col. de Re Rust.

Antiquitas, humana diuinis miscuit. Liui. libr. 1. Dec. 1.

Antiquis

Antiquis in rebus si qua sunt veris similia; pro veris accipiuntur. Ibidem.

Nihil motum ex antiquo probabile est. Ibidem.

Veteribus standum est, nisi vbi vsus euidenter arguit. Ibidem.

Antiquitas non præiudicat antiquitati. Aug. quæst. ex Vtr. test.

Antiquitas errorum omnium mater est. Idem Serm. de Nup.

Veteribus suo multa licuerunt tempore, quæ nunc non licent. Aug 3. Conf.

Antiquorum gesta nobis prophetiæ sunt. Greg. super. Psalm.

PRINCIPIVM.

EX GRÆCIS.

Principium dimidium operis est. Plat. de Leg.

Principium quantitate est minimum, potestate est maximum. Arist. Elench. 2.

Principio inuento facile est augere reliqua. Ibidem.

Contra negantes principium non est disputandum. Idem Phys. 1.

Alteratio subita non habet principium. Id. Ph. 2.

Propensi in vitia fugiant ab initio. Plut. de Polit.

Difficultas initij patienter ferenda est: habent enim initia non nihil obscuritatis, quod iuuenes inexpertos torquet. Idem de off. audit.

Qui docere aliquid instituit, necesse habet aliquod

certum & indubitatũ prestare principiũ. Diog. li. 7.

EX LATINIS ET SACRIS.

¶Vt peruenire ad summa, nisi ex principijs nõ potest: ita procedente iam opere, minima incipiunt esse quæ sunt prima. Quint. li. 12.

Omnium rerum principia parua sunt, sed suis progressibus vsa augentur. Cic. 5. de. finib.

Egressus malitiæ virtutis operatur ingressum. Amb. de offic.

Sicut nemo suum cognouit initium, sic nec cognouit exitum. Greg. 29. Mor.

Quod inter principium & finem clauditur, breue est. Idem 14. Mor.

MEDIVM ET PRÆTERITVM.

PRæterita magis reprehẽdi, quàm corrigi possunt. Plin. li. 12.

Non quæritur quid vel qualis fuerit: præterita enim nec condẽnant, nec iudicant. Amb. de. Offi.

Primordia recolenda sunt, attendenda media, præcauenda nouissima. Ber. 2. de Conf.

Medium tene, si non vis perdere modum. Ibidem.

Quanto aliquid magis accedit ad medium, tanto est melius: & quanto magis recedit, tanto est peius. Arist. Poli. 4.

Aliquando dimidiũ plus est quã totum. Plat de leg.

Medium sapit naturam extremorum. Apud Iurisc.

FI-

FINIS. EX GRÆCIS.

CVius finis est melior, ipsum quoq; est melius. Arist Top 3.

Finis est magis eligendus, quàm quæ sunt ad finem. Ibidem.

Finis non solum est vltimum rei, sed & optimum. Idem Phi. 2.

Quotiẽs exitus rei satis oſtẽdit principia, debemus esse contenti, quo cætera intelliguntur, Quint. lib. 4.

Hoc plerumq; facimus, vt consilia euẽtis ponderemus: & cui bene aliquid cesserit, multũ illũ præuidisse: cui secus, nihil sensisse dicam? Cic. pro Rab.

Euentus belli, quasi iudex iustus est. Liui. dec. 3. li 1.

Si rationem posteritatis habeas, quidquid nõ est inchoatum, pro peracto est. Plin lib. 4.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

¶Multum interest cum aliquid boni facimus, cuius rei contemplatione facimus: offitium quippe nostrũ non officio, sed fine pẽsandũ est. Aug. sup Ioã.

Finis laudabile reddit opus. Idem de Mor. Man.

Sicut non est finis gaudio bonorũ: ita non est finis tormento malorum. Greg. 4. Dial.

Quoniam euentus rerum voluntati se non accommodant nos voluntatem euentibus accõmodare debemus. Idem lib. 2.

Primi Tomi finis.

FRATER FERDINANDVS de Tauora, venerabili Andreæ Eborensi. S.

PErlegi (venerabilis Andrea) hos locos omnes, ex tot grauissimis autoribus depromptos, tam ethnicorum quàm sanctorum patrum: cumq; negotium quod sucepisti, non vltra procedat, quàm in vnum congerere, quod sparsim legeris, & quæ vtili ac peruigili electione collegeris, seuerius examinari non requirit: vidisti, collegisti, scripsisti, iam probata in lucem proferri possunt. VALE.

CONIMBRICAE.

Excudebat Ioan. Barrerius. Idib. Ianuar. Anno. M. D. LXIX.